

FUNDACIÓ NOGUERA

---

Diplomataris, 53

# Diplomatari del Masdeú

Volum II

Edició i estudi a cura de

RODRIGUE TRÉTON



BARCELONA, 2010

© Rodrigue Tréton

Edita: Pagès Editors, S L  
Sant Salvador, 8 - 25005 Lleida  
[editorial@pageseditors.cat](mailto:editorial@pageseditors.cat)  
[www.pageseditors.cat](http://www.pageseditors.cat)

Primera edició: juny de 2010

ISBN obra completa: 978-84-9779-967-5

ISBN volum II: 978-84-9779-972-0

Dipòsit legal: L-711-2010

Impressió: Arts Gràfiques Bobalà, SL

Enquadernació: Fontanet



## DOCUMENTS





1001, 14 d'abril

*Aured i la seva esposa Senvira venen al comte Bernat<sup>1</sup> una medalada de vinya dins dels límits del territori de la vila de Malloles, pel preu de 3 sous en béns de valor equivalent.*

A Original, pergamí, amplada 400/420, alçada 95/110 mm, ADPO, 1B3.<sup>2</sup>

a ALART, *Cart. roussillonnais*, acta núm. XVIII, segons A.

In nomine Domini. Ego Auredo et uxor mea Senvira, vinditores<sup>a</sup> sumus tibi, Bernardo comite, emptores.<sup>b</sup> Per hanc scriptura vindictionis<sup>c</sup> nostre vindimus<sup>d</sup> nos tibi medalada<sup>e</sup> I de vinea, quif nobis advenit per parentorum.<sup>g</sup> Et est ipsa vinea in comitatum Rusolionense,<sup>h</sup> infra fines de villa Godorum vel Maleolas. Et afrontat<sup>i</sup> ipsa vinea de I latus in vinea *Vassadel*, et de alia in vinea de te comparatore, et de III latus in vinea de Amelio, et de IIII latus in ipso semetario.<sup>j</sup> Et quantum infra istas IIII afrontaciones<sup>k</sup> includunt, sic vindimus<sup>d</sup> tibi ipsa vinea,<sup>l</sup> ab omnem integrietatem,<sup>m</sup> cum exios vel regressios<sup>n</sup> earum, propter precium solidos<sup>o</sup> III in rem valentem, et nichil quod de ipso precio quod inter nos et te bona voluptas<sup>p</sup> pacis placuit atque convenit non remansit. Et est manifestum. Quem vero ista scriptura, quod superius scriptum est, de nostros juramus<sup>q</sup> in tuo tradimus dominio ad potestatem per abendi, vindendi, donandi, vel ut etiam comutandi,<sup>r</sup> et quidquid

1. Bernat Tallaferró, comte de Besalú: 988-1020.

2. El document porta al dors dues anotacions similars del segle XI: «K. de Maioles», una signatura topogràfica d'inventari del fons de l'orde de Malta del principi del segle XVIII (d'ara endavant marcat: Inv. Malta): «n° 2105» i una anàlisi del segle XIX.

exinde agere vel iudicare liberam et firmam in Dei nomine abeas<sup>s</sup> potestatem. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo quis<sup>t</sup> contra hanc ista carta vindictione<sup>u</sup> venerit ad inrumpendum, ullusque homo, aut nos vinditores,<sup>a</sup> in duplo tibi componere faciamus, et inantea ista carta vindictio<sup>v</sup> firma et stabilis permaneat omnique tempore. Facta carta vindictione<sup>v</sup> XVIII kalendas madii, anno V regnante Rodberto rege, filio Ugoni condam. Sig+num Auredo.<sup>w</sup> Sig+num Senvira,<sup>x</sup> qui ista carta vindictione<sup>v</sup> scribere fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Guifredo.<sup>y</sup> Sig+num Teudericus.<sup>z</sup> s. Radulfus presbiter scripsit.<sup>aa</sup>

Franco, presbiter, qui ista carta vindiccione<sup>v</sup> scripsit et (SSS) die et anno quod<sup>ab</sup> supra.

Et sunt kartas VII.

a. *Sic A per* venditores. b. *Sic A per* emptore. c. *Sic A per* scripturam venditionis. d. *Sic A per* vendimus. e. *Sic A per* medaladam. f. *Sic A per* que. g. *Sic A per* parentes. h. *Sic A per* comitatu Russilionensis. i. *Sic A per* affrontat. j. *Sic A per* semitario. k. *Sic A per* affrontationes. l. *Sic A per* ipsam vineam. m. *Sic A per* omni integritate. n. *Sic A per* exiis et regressis. o. *Sic A per* solidorum. p. *Sic A per* voluntas. q. *Sic A per* iure. r. *Sic A per* habendum, vendendum, donandum, vel etiam comutandum. s. *Sic A per* habeas. t. *Sic A per* qui. u. *Sic A per* contra istam cartam venditionis. v. *Sic A per* venditionis. w. *Sic A per* Auredi. x. *Sic A per* Senvire. y. *Sic A per* Guifredi. z. *Sic A per* Teuderic. aa. *Subscriptio autografa A.* ab. *Sic A per* quo.

## 2

1001, 14 d'abril

*Guifré i la seva muller Ermetruda venen al comte Bernat una vinya situada dins dels límits del territori de la vila de Malloles, pel preu de 2 sous i 3 diners en béns de valor equivalent.*

A Original, pergami, amplada 275/290, alçada 120/130 mm, ADPO, 1B3.<sup>3</sup>

a ALART, *Cart. roussillonais*, acta núm. XIX, segons A.

In nomine Domini. Ego Guifredo et uxor mea Ermetruictes, vinditores<sup>a</sup> sumus tibi, Bernardo comite, emptores.<sup>b</sup> Per hanc scriptura vindictionis<sup>c</sup> nostre vindimus<sup>d</sup> tibi vinea nostra,<sup>e</sup> qui<sup>f</sup> nobis advenit per parentorum.<sup>g</sup> Et est ipsa vinea in comitatum Rusolionense,<sup>h</sup> infra fines et termines<sup>i</sup> de villa Godorum, vel Maleolas. Et afrontat<sup>j</sup> ipsa vinea de II latus<sup>k</sup> in vineas<sup>l</sup> Sancta Maria de Chubera,<sup>m</sup> et de

3. El document porta al dors dues anotacions similars del segle XI: «k. de Maioles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2090».

III latus<sup>n</sup> in vinea de te comparatore, et de IIII in ipso semetario.<sup>o</sup> Et quantum infra istas IIII afrontaciones<sup>p</sup> includunt, sic vindimus<sup>d</sup> tibi ipsa vinea,<sup>q</sup> ab omnem integrietatem,<sup>r</sup> cum exios vel regresios<sup>s</sup> earum, propter precium solidos<sup>t</sup> II et denarios<sup>u</sup> III in rem valentem, et nichil quod de ipso precio quod inter nos et te bona volumptas<sup>v</sup> pacis placuit atque convenit non remansit. Et est manifestum. Quem vero ista scriptura, quod superius scriptum est, de nostros juramus<sup>w</sup> in tuo tradimus dominio ad potestatem per abendi, vindendi, donandi, vel ut etiam comutandi,<sup>x</sup> et quidquid exinde agere vel judicare liberam et firmam in Dei nomine abeas<sup>y</sup> potestatem. Quod si nos vinditores<sup>a</sup> aut ullusque homo quis<sup>z</sup> contra hanc ista carta vindictione<sup>aa</sup> venerit ad inrumpendum, in duplo tibi componere faciamus, et inantea ista carta vindictio<sup>ab</sup> firma et stabilis permaneat omnique tempore. Facta carta vindictione<sup>ab</sup> XVIII kalendas madii, anno V regnante Rodberto rege, filio Ugoni condam. Sig+num Guifredo.<sup>ac</sup> Sig+num Ermetruictes, qui ista carta vindictione<sup>ab</sup> scribere fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Gualterus.<sup>ad</sup> Sig+num Johannes.<sup>ae</sup> Sig+num Poncio.<sup>af</sup>

Franco, presbiter, qui ista carta vindiccionē<sup>ab</sup> scripsit et (SSS) die et anno quod<sup>ag</sup> supra.

a. *Sic A per venditores.* b. *Sic A per emptore.* c. *Sic A per scripturam venditionis.* d. *Sic A per vindimus.* e. *Sic A per vineam nostram.* f. *Sic A per que.* g. *Sic A per parentes.* h. *Sic A per comitatu Russilionensis.* i. *Sic A per terminos.* j. *Sic A per affrontat.* k. *Sic A per lateribus.* l. *Sic A per vineis.* m. *Sic A per Sancte Marie de Chubera.* n. *Sic A per latere.* o. *Sic A per semetario.* p. *Sic A per affrontationes.* q. *Sic A per ipsam vineam.* r. *Sic A per omni integritate.* s. *Sic A per exiis et regressis.* t. *Sic A per solidorum.* u. *Sic A per denariorum.* v. *Sic A per voluntas.* w. *Sic A per iure.* x. *Sic A per habendum, vendendum, donandum, vel etiam comutandum.* y. *Sic A per habeas.* z. *Sic A per qui.* aa. *Sic A per contra istam cartam venditionis.* ab. *Sic A per venditionis.* ac. *Sic A per Guifredi.* ad. *Sic A per Gualterii.* ae. *Sic A per Johannis.* af. *Sic A per Poncii.* ag. *Sic A per quo.*

## 3

1001, 14 d'abril

*Ponç i la seva esposa Gonfreda venen al comte Bernat una peça de terra situada dins dels límits del territori de la vila de Malloles, pel preu d'1 sou i 3 diners en béns de valor equivalent.*


A Original, pergami, amplada 395/410, alçada 100 mm, ADPO, 1B4.<sup>4</sup>  
a ALART, *Cart. roussillonnais*, acta núm. XVII, segons A.

4. El document porta al dors dues anotacions idèntiques del segle xi: «k. de Malleolas», la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1755», i anotacions del segle xix.

In nomine Domini. Ego Poncio et uxor mea Gontfreda, vinditores<sup>a</sup> sumus tibi, Bernardo comite, emptores.<sup>b</sup> Per hanc scriptura vindictionis<sup>c</sup> nostre vindimus<sup>d</sup> tibi pecia<sup>e</sup> I de terra, quif nobis advenit per comparacione.<sup>g</sup> Et est ipsa terra in comitatum Rusolionense,<sup>h</sup> infra fines et termines<sup>i</sup> de villa Godorum, vel Maleolas. Et afrontat<sup>j</sup> ipsa terra de I latus<sup>k</sup> in terra de te comparatore, et de alio latus<sup>k</sup> in terra Guillabertus comite,<sup>l</sup> et de III latus<sup>k</sup> in terra *Ranlo* femina,<sup>m</sup> et de IIII latus<sup>k</sup> in terra Sancta Maria<sup>n</sup> de villa Maleolas. Et quantum infra istas IIII afrontaciones<sup>o</sup> includunt, sic vindimus<sup>d</sup> tibi ipsa terra,<sup>p</sup> ab omnem integrietatam,<sup>q</sup> cum exios vel regressios<sup>r</sup> earum, propter precium solido<sup>s</sup> I et denariis<sup>t</sup> III in rem valentem, et nichil quod de ipso precio quod inter nos et te bona voluntas<sup>u</sup> pacis placuit atque convenit non remansit. Et est manifestum. Quem vero ista scriptura, quod superius scriptum est, de nostros juramus<sup>v</sup> in tuo tradimus dominio ad potestatem per abendi, vindendi, donandi, vel ut etiam comutandi,<sup>w</sup> et quidquid exinde agere vel iudicare liberam et firmam in Dei nomine abeas<sup>x</sup> potestatem. Quod si nos, vinditores,<sup>a</sup> aut ullusque homo quis<sup>y</sup> contra hanc ista carta vindictione<sup>z</sup> venerit ad inrumpendum, in duplo tibi componere faciamus, et inantea ista carta vindictio<sup>aa</sup> firma et stabilis permaneat omnique tempore. Facta carta vindictione<sup>aa</sup> XVIII kalendas madii, anno V regnante Rodberto rege, filio Ugoni condam. Sig+num Poncio.<sup>ab</sup> Sig+num Gontfreda,<sup>ac</sup> qui ista carta vindictione<sup>aa</sup> scribere fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num *Oriol*. Sig+num Joannes.<sup>ad</sup> s. Radulfus presbiter scripsit.<sup>ae</sup>

Franco, presbiter, qui ista carta vindictione<sup>aa</sup> scripsit et (SSS) die et anno quod<sup>af</sup> supra.

a. *Sic A per venditores.* b. *Sic A per emptore.* c. *Sic A per scripturam venditionis.* d. *Sic A per vindimus.* e. *Sic A per peciam.* f. *Sic A per que.* g. *Sic A per comparationem.* h. *Sic A per comitatu Russilionensis.* i. *Sic A per terminos.* j. *Sic A per affrontat.* k. *Sic A per latere.* l. *Sic A per Guillaberti comitis.* m. *Sic A per femine.* n. *Sic A per Sancte Marie.* o. *Sic A per affrontationes.* p. *Sic A per ipsam terram.* q. *Sic A per omni integritate.* r. *Sic A per exiis et regressis.* s. *Sic A per solidi.* t. *Sic A per denariorum.* u. *Sic A per voluntas.* v. *Sic A per iure.* w. *Sic A per habendum, vendendum, donandum, vel etiam comutandum.* x. *Sic A per habeas.* y. *Sic A per qui.* z. *Sic A per contra istam cartam venditionis.* aa. *Sic A per venditionis.* ab. *Sic A per Poncii.* ac. *Sic A per Gontfreda.* ad. *Sic A per Johannis.* ae. *Subscripció autògrafa A.* af. *Sic A per quo.*





## 4

1006 (estil antic), 8 de febrer

*Arnau i la seva esposa Elo donen al monestir de Sant Pere de Camprodon dues peces de terra i una vinya situades dins dels límits del territori de la vila de Malloles.*

A Original, pergamí, amplada 580 mm, alçada 70/80 mm, ADPO, 1B4.<sup>5</sup>

B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 58-59, segons A.

a ALART, *Cart. roussillonmais*, acta núm. XXI, segons A.

In nomine Domini. Ego Arnaldus et uxor mea Elo donatores sumus domum Sancti Petri cenobii Camporotundo. Per hanc scriptura<sup>a</sup> donationis nostre sic donamus atque tradimus pechias<sup>b</sup> II de terra et pechia<sup>c</sup> I de vinea. Et advenit nobis hec omnia per parentorum.<sup>d</sup> Et sunt ipsas pechias<sup>e</sup> II de terra et ipsa vinea in comitatu Rossilionense,<sup>f</sup> in villa Godore, id est Malliolas. Et est ipsa una pechia<sup>g</sup> de terra in ipso pujolo, et afrontat<sup>h</sup> de I latu<sup>s</sup>i in terra de Ostenne, et de alio latu<sup>s</sup>i in terra de Segovino vel eredes suos,<sup>j</sup> et de III parte in terra de Stefano vel eredes suos,<sup>j</sup> et de IIII parte in terra de *Bonospars*. Et alia pechia terra<sup>k</sup> est in Pujo Jenesto, et afrontat<sup>h</sup> de I parte in vinea Sancti Petri cenobii Campo Rotundo, et de alia parte in terra de Willaberto comite, et de III parte in vinea de Stefano Juliano, et de IIII parte in terra de Gothmare qui fuit condam, vel de filios suos.<sup>l</sup> Et est ipsa pechia<sup>g</sup> de vinea in ipso plano, et afrontat de II partes<sup>m</sup> in ipsas vineas de Odesinda femina vel de filios suos,<sup>l</sup> et de III parte in vinea de Donato vel de fratres suos,<sup>n</sup> et de IIII parte in vinea de Othgario vel eredes suos.<sup>j</sup> Quantum infra istas totas afrontationes<sup>o</sup> includunt, sic donamus et tradimus nos ipsas terras et ipsa vinea,<sup>p</sup> quod superius resonat, ad domum Sancti Petri, et propter Deum et remedium animas nostras,<sup>q</sup> ut beatus Petrus apostolus intercedat pro peccatis nostris ad Dominum. [Amen]. Quod si nos donatores aut ullusque homo qui contra hanc ista charta donathione<sup>r</sup> venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, set in primis iram Dei incurrat et cum Juda Scharioth participationem abeat,<sup>s</sup> et inantea ista charta donathione<sup>t</sup> firmis<sup>u</sup> et stabilis permaneat omnique tempore. Facta ista charta donathionis<sup>t</sup> VI idus

5. El document porta al dors dues anotacions idèntiques del segle XI: «k. de Malleolas»; mencions del segle XV en català: «Certes terres dades a Sent Pere de Campredon», «Villa Godorum»; la signatura topogràfica Inv. Malta «n° 2179»; i anotacions del segle XIX.

februarii, anno X regnante Rodberto rege. S+m Arnaldus.<sup>v</sup> S+m Elo, qui ista charta donatione fecimus et firmare rogavimus. S+m Oldebrandus.<sup>w</sup> S+m Languardus.<sup>x</sup> S+m Falchucius.<sup>y</sup>

ARGEMIRUS, sacer vel monachus, qui ista charta donatione<sup>z</sup> scripsit et (SSS) sub die et anno quod<sup>aa</sup> supra.

a. *Sic A per scripturam.* b. *Sic A per pecias.* c. *Sic A per peciam.* d. *Sic A per parentes.* e. *Sic A per ipse pecie.* f. *Sic A per Rossilionensis.* g. *Sic A per pecia.* h. *Sic A per affrontat.* i. *Sic A per latere.* j. *Sic A per heredibus suis.* k. *Sic A per pecia terre.* l. *Sic A per filiis suis.* m. *Sic A per partibus.* n. *Sic A per fratribus suis.* o. *Sic A per affrontationes.* p. *Sic A per ipsam vineam.* q. *Sic A per animarum nostrarum.* r. *Sic A per contra istam cartam donationis.* s. *Sic A per habeat.* t. *Sic A per carta donationis.* u. *Sic A per firma.* v. *Sic A per Arnaldi.* w. *Sic A per Oldebrandi.* x. *Sic A per Languardi.* y. *Sic A per Falchucii.* z. *Sic A per istam cartam donationis.* aa. *Sic A per quo.*

## 5

1006, 11 de febrer

*Esteve ven a l'abat Delà i al monestir de Sant Pere de Camprodon una terra d'onze destres de llarg i dos destres d'ample situada al terme de la vila anomenada Malloles, pel preu de 4 diners que ha rebut en béns de valor equivalent.*

- A. Original, pergami, amplada 460 mm, alçada 90/105 mm, ADPO, Hp186.<sup>6</sup>  
 B. Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 513-514, segons A.  
 a. ALART, *Cart. roussillonnais*, acta núm. XXII, segons A.

In nomine Domini. Ego Stefanus vinditor<sup>a</sup> sum vobis Delane abate<sup>b</sup> et congregatione Sancti Petri apostoli Campo Rotundo, emptore. Per hanc scriptura vindicionis<sup>c</sup> mee vindo<sup>d</sup> vobis terra mea propria qui<sup>e</sup> mihi advenit per parentorum.<sup>f</sup> Et est ipsa terra in comitatu Rossilionense,<sup>g</sup> in terminio de villa Godore, vel in villa que dicunt Malliolas. Et ipsa terra abet<sup>h</sup> in longitudine dextros XI et in latitudine dextros II. Et afrontat<sup>i</sup> de una parte in terra Sancta Maria<sup>j</sup> de Malliolas, et de alia parte in terra de Williello abate, et de III parte in terra de Teudevio levita, et de IIII parte in terra de Wischafredo. Quantum infra istas IIII<sup>or</sup> afrontationes<sup>k</sup> includunt, cum ipsos dextros, sic vindo<sup>d</sup> vobis ipsa terra<sup>l</sup> ab omni intregrietate,<sup>m</sup> cum exiis et regressiis earum, propter precium dinarios<sup>n</sup> IIII in

6. El document porta al dors una menció del segle XI: «Terra de Maioles», un regist del segle XV en català: «Venda de I<sup>a</sup> terra a Malloles a l'abat de Camp Redon»; i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 2107».

rem valentem, quod manibus meis recepi. Et est manifestum. Quem vero ista terra, quod superius resonat, de meo jure in vestro trado dominio potestatem faciendi quod volueritis, liberam in Dei nomine abeatis<sup>o</sup> potestatem. Quod si ego vinditor<sup>a</sup> aut ullusque homo qui contra hanc ista charta<sup>p</sup> venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, set componat ista terra<sup>q</sup> in duplo cum omni in melioratione,<sup>r</sup> et inantea ista charta firmis<sup>s</sup> et stabilis permaneat omnique tempore. Facta ista charta vindicionis<sup>t</sup> IIII idus februarii, anno X regnante Rodberto rege. S+ignum Stefanus,<sup>u</sup> qui ista charta vindicione<sup>v</sup> fecit et firmare rogavit. S+ignum Bonefilius.<sup>w</sup> S+ignum Lopardus.<sup>x</sup> S+ignum Soniofredus.<sup>y</sup> S+ignum Bonospars.

ARGemirus, sacer, qui ista charta vinditione<sup>v</sup> scripsit et (SM) sub die et anno quod supra.

a. Sic A per venditor. b. Sic A per abbate. c. Sic A per venditionis. d. Sic A per vendo. e. Sic A per terram meam propria qua. f. Sic A per parentes. g. Sic A per Rossilionensis. h. Sic A per habet. i. Sic A per affrontat. j. Sic A per Sancte Marie. k. Sic A per affrontationes. l. Sic A per ipsam terram. m. Sic A per integritate. n. Sic A per denariorum. o. Sic A per habeatis. p. Sic A per contra istam cartam. q. Sic A per istam terram. r. Sic A. s. Sic A per carta firma. t. Sic A per carta venditionis. u. Sic A per Stefani. v. Sic A pour istam cartam venditionis. w. Sic A per Bonefilii. x. Sic A per Lopardi. y. Sic A per Seniofredi.

## 6

1114, 6 de maig

*Pere Riquin i la seva esposa Estefania constitueixen el dot de llur filla Rengarda perquè aquesta en faci donació al seu marit Guillem Bernat [de Pià]. Pere Riquin dóna a la seva filla les seves possessions patrimonials de Sant Hipòlit, és a dir, el mas habitat per Berenguer Repalpa amb els seus habitants i totes les seves dependències, l'hort anomenat Guadall, sobre el qual percep la meitat dels fruits, el camp situat a la ribera Gontidia, que té en penyora de Bernat Seguer per 3 lliures de plata, camp que aquest darrer tenia en feu per Gausbert Riguall. Rengarda i els seus posseiran aquest camp tant de temps com aquest quedi empenyorat, i més endavant tindran el camp de Vassalonga, situat damunt de la via que mena a les salines i que pertany a Pere Riquin. Aquest dóna igualment dues vinyes. Per la seva banda, Estefania dóna a la seva filla tot l'alou i l'honor que posseeix a la parròquia de Sant Cir de Pià. Rengarda ho dóna tot al seu espòs perquè ho tinguin en comú tot al llarg de*

*llur vida, i, si Guillem la sobreuiu en gaudirà mentre visqui, i després d'ell llurs fills. A falta de descendència, aquesta honor revertirà als parents pròxims de Rengarda.*

A Original, pergamí, amplada 210 mm, alçada 175 mm, ADPO, 1B42.<sup>7</sup>

a ALART, *Sem. rel.*, núm. 21, 1884, acta núm. LXXXVIII, pp. 335-336, segons A.

In nomine Domini. Ego Petrus Riquini et uxor mea Stefania, ambo donatores sumus tibi filię nostrę, Rengardis nomine, honorem nostrum in episcopatu sedis Elenensis et in territorio seu comitatu Russilionis, qui nobis advenit a parentibus nostris. Ego vero pater Petrus dono tibi, filię meę, in adjacencia Sancti Ipoliti et terminio ejusdem villę, mansum ubi habitat Berengarius Repalpa, cum habitatoribus et cum omnibus suis pertinenciis, quas per me habere et tenere solent. Et amplius dono meum ortum qui dicitur de Guadallo, et hic ortus dat medietatem. Et adhuc dono illum campum quem habeo in pignere<sup>a</sup> per Bernardum Segarium propter III libras argenti puri. Hic vero campus erat feodum hujus prenominati Bernardi, quem campum ipse<sup>b</sup> tenebat per Gausbertum Riguallum, et est in *ribera* que dicitur Gontidia. Hic vero campus cum exierit a mea potestate, ego Petrus, aut filii mei habuerimus III libras prenominatas argenti. Et modo dono tibi filię meę campum meum de alodio qui dicitur de Vassalonga, qui est super viam discurrentem ad salinas. Hunc campum tu filia mea, et vir tuus Guilelmus, seu infantes vestri, tam subito apprehendatis et teneatis per alodium, quam subito alius campus fuerit egressus a meo pignere,<sup>a</sup> set interim pigneralem<sup>c</sup> possideatis. Et amplius dono tibi illam vineam meam quam per me tenet Suricharius, et alteram vineam quam per me tenet P.<sup>d</sup> Ego igitur prescripta mater donatrix sum tibi filię omnem alodium et honorem quem habeo, et habere debeo in adjacencia et terminis Sancti Chirici de villa Apiani. Nos et enim ambo prescripti Petrus Riquini et Stefania conjux tibi damus, filię nostrę Rengardi, prescriptum omnem honorem nostrum, cum ingressibus et regressibus, absque enganno, ut dones viro tuo Guilelmo, in conubii donacionem. Nunc igitur ego Rengardis femina, sub Christi nomine, donatrix sum tibi viro meo Guilelmo Bernardi, in conjugii donum omnem prescriptum honorem, quem michi sic dederunt parentes, ut tibi darem conubii matrimonio ipsi michi dederunt, et eorum jussu taliter concedo ut, dum vixerimus, pariter teneamus. Tu vero, si michi fueris su-

7. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2679».

perstes, possideas omnibus diebus vitę tuę; et post finem tui, si nobis aderint geniti infantes, illis remaneat; et si non fuerint, post finem tuum revertatur meis proquiquis.<sup>e</sup> Et est manifestum. Quis voluerit disrumpere, non valeat facere, set semper omnia in duplo componat prescripta cum universa melioracione sua, et ulterius inperpetuum firmiter permaneat. Facto hoc II nonas mai,<sup>f</sup> anno VI Ludovico regnante. Sig+num Petri Riquini et Stefanię, conjugis ejus, et Sig+num Rengardis, donatricis, qui et que fieri jusserunt, firmaverunt, firmarique rogaverunt. Sig+num Gomballi. Sig+num Bernardi Xedemundi. Sig+num Ugonis. Fuit factum in presencia bonorum hominum et aliorum.

Wilelmus, levita, scripsit (SM) rogatus.

a. Sic A per pignore. b. ipse repetit erròniament A. c. Sic A. d. L'escrivà ha deixat un espai en blanc de 25 mm. e. Sic A per propinquis. f. Sic A per maias.

## 7

1116, 1 d'octubre

*Arnau Ponç, la seva esposa Saura i llurs fills concedeixen a Pere Gliner i als seus dues vinyes situades al terme de la vila de Malloles. Els terratgers hauran de treballar aquestes vinyes i donaran a Arnau Ponç i als seus la quarta part de la collita, que portaran a la casa d'Arnau, a Malloles. Per aquesta concessió, Pere Gliner els ha donat cinc sous del Rosselló.*

A Original, pergami mutilat, amplada 200/220 mm, alçada 110/115 mm, ADPO, 1B63.<sup>8</sup>

B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 158-159, segons A.

a ALART, *Sem. rel.*, núm. 22, juny 1884, acta núm. LXXXVIII, p. 352, segons A.

In Dei nomine. [Ego]<sup>a</sup> Arnaldus Pontii et uxor mea Saura et infantes nostri donatores sumus vobis Petro Gel[ineri]<sup>a</sup> et uxori tuę Aladedi et omnibus infantibus vestris et toti posteritati vestre duas pecias de vineis ad quartum. Et sunt ipsę pecię in comitatu Russilionensi, in episcopo Helensi,<sup>b</sup> in terminio villę Malleolis. Et Afrontat una pecia in vinea de Bernardo *Trebug*, et in vinea de

8. El document presenta un forat de 5 mm d'amplada a l'altura de les dues primeres línies. Porta al dors una anotació del segle XV en català: «Cartes de possessions a Malloles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2104».

Guilermo Ambrosii, et in vinea de Petro Raimundi milite, et in vinea de Raimundo *Osten*. Et alia pecia afrontat de I<sup>a</sup> parte in vinea de Pontio Blicherii, et de alia parte in vinea de Guilermo Ambrosii, et de III<sup>a</sup> in vinea de Senfredo Garrigę, et de IIII<sup>a</sup> parte in vinea de Guilermo Petri. Quantum infra istas afrontationes includunt ipse vineę, sic donamus nos vobis eas ut bene laboretis, et quartum in nostram domum villę Malleolis portetis. Et servetur similis hordo<sup>c</sup> omni posteritati vestrę et nostrę. Et inantea ista carta firma et inrupta permaneat in omni tempore. Facta est ista carta kalendis octobris, anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> X<sup>o</sup> VI<sup>o</sup> ab incarnatione Domini, anno VIII<sup>o</sup> regnante Leudigo<sup>d</sup> rege. Et dedit Petrus Gelinei eis per laudamentum istius carte V solidos Russellos. Sig+num Arnaldi Pontii et uxoris suę Saurę et infantum suorum, qui jusserunt scribere istam cartam, et firmaverunt, et testibus firmare rogaverunt. Sig+num Petri Miri. Sig+num Guilelmi Boni Filii. Sig+num Jocaberti.

Stephanus, presbiter, scripsit (SM).

a. *Forat en A.*    b. *Sic A per* episcopatu Helenensi.    c. *Sic A per* ordo.    d. *Sic A per* Ludovico.

## 8

1131 (nou estil), 3 d'octubre<sup>9</sup>

*Bernat Pere dóna a la milícia del Temple un home de nom Arnau de Contrast amb el mas on aquest viu, al terme de Sant Andreu de Banyuls [dels Aspres], així com dos camps situats a*

9. El 1131 i l'any del regnat només concorden si l'escrivà ha adoptat un mode de datació segons el càlcul pisà, pràctica atestada al Llenguadoc i a Catalunya en el mateix període (*Cartulaire des templiers de Douzens*, ed. P. Gérard i É. Magnou, p. XVII; *Recueil des chartes de l'abbaye de La Grasse*, ed. Cl. Pailhès, p. XXVIII). Aquesta pràctica caracteritza les actes redactades pel monjo prevere Pere entre els anys 1131 i 1147. Vuit actes de la seva pròpia mà han estat recopiades en el cartulari de la comanda del Masdú, han estat editades aquí amb els números 8, 9, 10, 11, 31, 34, 35 i 42. Hi constatem que els costums d'aquest escrivà en matèria de datació han evolucionat en el decurs de la seva carrera. Sembla que primer ha utilitzat l'estil de la Nativitat o de l'u de gener: és si més no el que se'n dedueix de l'acta núm. 11, datada del 27 de febrer de 1135 (corregit 1134 nou estil) i del vint-i-sisè any del regnat de Lluís VI. Més tard, el veiem adoptar l'estil de l'Anunciació, o de Pasqua, en un instrument datat del 8 de febrer de 1146 i del novè any del regnat de Lluís VII, vegeu més endavant l'acta núm. 34. Tots els documents testimonien el seu fort lligam amb el sistema pisà, del qual sembla que només se'n desprèn cap al final de la seva carrera, quan opta pel càlcul florentí, si ens basem en l'acta núm. 42, que està datada del 25 de juny de 1148 i de l'onzè any del regnat de Lluís VII. Destacarem la utilització contemporània del càlcul pisà per un altre escrivà rossellonès: el diaca Arnau, vegeu més endavant l'acta núm. 14.

*la parròquia de Santa Maria de Brullà que havia comprat a Pere Ramon de Brullà. Dóna igualment la batllia sobre l'honor del seu nebot Bernat Ramon que la seva germana li havia donat. Fa aquesta donació en presència de Robert, senescal,<sup>10</sup> i d'Hug Rigald.<sup>11</sup>*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 80, acta núm. 127.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 127-128, segons *B*  
*a* ALART, *Cart. roussillonnais, Sem. rel*, núm. 47, 1884, acta núm. CIX, p. 751.  
*b* ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. XLVIII, p. 37.  
*c* VINAS, Robert, *Les templiers en Roussillon*, doc. 1, p. 185.

In Christi nomine. Ego Bernardus Petri dono domino Deo et ad miliciam Templi Jherosolimitani Arnaldo, cum suo manso ubi ille habitat, qui vocatur *Contrast*, cum suis pertinenciis, et II campos, quem emi de Petro Raymundi de Bruiano, cum illis affrontacionibus. Et mansum prenominatum est in adjacentia Sancti Andree de Baniolis. Et prescriptos campos sunt in parrochia Sancte Marie de Bruiano, et affinant juxta *Serra Partida*. Similiter, dono domino Deo et prescripte milicie ipsam bajuliam quod soror mea mihi dimisit in honore Bernardi Raymundi, nepotis mei. Hoc donum facio pro remissione anime mee et anime et patris ac matris mee et omnium parentum meorum, ut dominus noster Jhesus Christus dimittat nobis omnia peccata nostra, et pro anima uxoris mee Saure. Sicut superius est scriptum, sic dono domino Deo et prescripte milicie, sine ullo retentu et absque ullo malo ingenio et sine blandimento ullius hominis vel femine. Et est manifestum. Quod si ullus homo vel femina hanc scripturam donacionis voluerit disrumpere,<sup>a</sup> in duplo componat cum sua melioracione, et inantea firma et stabilis permaneat omni tempore et non sit disrupta. Et qui de hoc donum ullam rem infregerit, sit separatus de amore Dei et de sua gloria usque veniat ad emendacionem. Hoc donum facio in presencia Rotberti, *senescalch*, et Uguoni Rigalli. Actum est hoc V° nonas octobris, anno ab incarnatione Domini M° C° XXX° II°, regnante Lodvico rege XXIII° anno. Sig+num Bernardi Petri, qui ista carta donacionis fieri jussit, firmavit et testes firmare

10. Es tracta molt versemblantment de Robert de Craon, anomenat el Borgonyó, senescal de l'orde del Temple (1131-1136), després mestre major (1136-1149).

11. Hug Rigald havia estat delegat des de 1129 al Llenguadoc i a Catalunya per Hug de Payens, fundador de l'orde, per a suscitar-hi les primeres vocacions i donacions.

rogavit. Sig+num Deusdedi de Solario. Sig+num Bernardi Raymundi de Cameles. Sig+num Petri de Baniolis. Sig+num Bernardi, fratris ejus. Sig+num Berengarii *Mancel*. Sig+num Saure, uxoris Bernardi Petri. (SM) Petrus, monachus<sup>b</sup> et sacerdos, rogatus, scripsit die et anno quo supra.

a. disrumpere *B*.    b. monacus *B*.

## 9

1132 (nou estil), 29 de juny<sup>12</sup>

*Sobirana confirma la donació d'una honor efectuada pel seu marit, Berenguer Arnau, a favor del Temple de Jerusalem, a excepció, tanmateix, de l'honor situada a l'altra banda del Reard, prop de Vilamulaca, que guardarà mentre visqui i que revertirà al Temple després de la seva mort, amb la condició que els templers li donin a títol vitalici sis aimines d'ordi cada any, per Sant Pere ad Vincula.*<sup>13</sup> *Sobirana confirma igualment la donació efectuada pel seu espòs d'una altra honor situada a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca a favor del priorat de Santa Maria del Camp. Aquesta transacció ha estat signada en presència de Pere Bernat de la cavalleria [del Temple]<sup>14</sup> i d'altres prohoms.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami, amplada 250 mm, alçada 80/85 mm, ADPO, Hp190.<sup>15</sup>

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 383-384, segons A<sup>1</sup>.

a ALART, *Sem. rel.*, núm. 48, novembre de 1884, p. 768.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. LXV, pp. 49-50.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Subirana femina dono et laudo domino Deo et milicie Templi Jherosolimitani ipsum honorem quod vir meus Berengarius Arnalli donavit prefate milicie, exceptus ipsum honorem qui est ultra *Riard*, qui est juxta Villam mulacham, quod retineo de mea

12. Vegeu més amunt la nota 2 de l'acta núm. 8.

13. Festa que se celebra l'1 d'agost.

14. Es tracta segurament de Pere Bernat de Perpinyà, primer company rossellonès d'Hug Rigald en les seves missions en terres catalanes.

15. El document porta al dors una anotació del segle XII: «de Villa mulacha», una altra del segle XV: «Vila mulaca», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1622».



vita, et post obitum meum, revertatur ad supradictam miliciam, in tale conventu ut milites Templi donent michi per unumquemque annum, ad vincla<sup>a</sup> s(ancti) Petri, VI heminas ordeï, quandiu vixero. Et dono et laudo ipsum honorem quod vir meus Berengarius dedit<sup>b</sup> Beate Marie de Campo. Sicuti ille donavit, sic dono et laudo Beate Marie, et ad clericis ejus, sine omni *engan* et absque ullo retentu. Prefatus autem honor est in comitatu Russilionensi,<sup>c</sup> infra fines et terminos de Villa mulacha et in ajacencia<sup>d</sup> Beati Juliani. Et est manifestum. Qui voluerit disrumpere, domino Deo et milicie Templi in duplo componat, et ultra habeat firmitatem in perpetuum. Actum est hoc III<sup>o</sup> kalendas juli,<sup>e</sup> anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Leduico<sup>f</sup> rege XX<sup>o</sup> III<sup>o</sup> anno. Sig+num Subirane femine, qui istam cartam donationis vel laudationis fieri jussit, firmavit et testes firmare rogavit. Sig+num Bernardi Gitardi. Sig+num Guilelmi de Sancta Eugenia, fratris predictæ Subirane. Sig+num Petri de Corneiano. Sig+num Petri de *Baniols*. Fuit factum in presentia Petri Bernardi de cavalleria, et aliorum bonorum hominum qui presentes fuerunt.

(SM) PETRUS, monachus et sacerdos, rogatus, scripsit, cum litteris rasis in IIII linea, die et anno quo supra.

a. Sic A per vinculas. b. dedit *ha estat escrit ulterioirment sobre una raspadura* A. c. Sic A per Russilionensis. d. Sic A per adjacencia. e. Sic A per julii. f. Sic A per Ludovico.

## 10

1132 (nou estil), 29 de juliol<sup>16</sup>

*Adelaida dóna el seu cos i la seva ànima a Déu, a la milícia del Temple i als seus cavallers, per a servir Déu sota l'autoritat del mestre del Temple, sense cap bé material. Dóna a la milícia, i posa a les mans d'Hug Rigald, tot l'alou que posseeix al lloc de Cirà, a les parròquies Santa Maria de Nils i Sant Julià de Vilamulaca. No obstant això, els cavallers del Temple hauran de tornar a comprar aquest alou a Oliba de Candell, que el té empenyorat per la quantitat de 4 lliures de plata. Adelaida fa aquesta donació amb el consentiment dels seus fills Guillem Gauter, Ramon i Bernat, i del seu gendre Dalmau de Paretstortes.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 135v-136, acta núm. 219.

16. Vegeu més amunt la nota 2 de l'acta núm. 8.

- C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 129-132.  
 a ALART, *Sem. rel.*, desembre de 1884, acta núm. CXI, pp. 783-784.  
 b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. LXVIII, pp. 51-52.

In nomine Dei Patris. Ego Açalaidis femina dono et laudo corpus meum et animam meam domino Deo et ad sanctam miliciam Templi Jherosolimitani, que<sup>a</sup> vocatur Templum Salomonis, ad ipsos qui ibi sunt milites et inantea venturi sunt, ad servicium Dei faciendum subtus obedienciam de ipso magistro qui ibidem est et inantea venturus est, sine ulla proprietate. Et ad sanctam miliciam suprascriptam de Jherusalem dono et laudo omnem meum alodem, in manu Uguoni Rigualdi, qui est servus et obediens ad milites Christi, quantum habeo vel habere debeo per qualescumque voces, sine blandimento ullius hominis vel femine, in locum quem apellant Cirsano, pro remissione omnium peccatorum meorum et parentum meorum, absque ullo retentu. Est autem prescriptum alodem in comitatu Rossilionensis,<sup>b</sup> infra terminos Beate Marie de *Anils* et Beati Juliani de Villa mulacha. Quantum infra istos terminos habeo vel habere debeo, totum dono sine omni enganno ad suprascriptam miliciam, et ita ut milites prescripti Templi trahant<sup>c</sup> de Oliba de *Candel* prescriptum alodem, quia ille habebat in pignus per III<sup>or</sup> libras argenti. Et hoc donum facio propter quod Dominus meus fuit dignatus esse pauper per me, sicuti ille fuit pauper per me, sic volo esse pauperculus<sup>d</sup> per illum, et ut ille faciat me pervenire ad veram penitenciam et ad veram confessionem, et faciat me pervenire ad suum sanctum paradysum, et habeat mercedem ad animam patris et matris mee et ad omnium parentum meorum, et ad omnes infantes meos faciat facere suum sanctum servicium per quod veniant ad bonam fidem. Et hoc donum facio cum consilio et cum bona voluntate de meis infantibus, videlicet Guilelmi Galterii et Raymundi et Bernardi. Istum donum et istum honorem, sicut superius est scriptum, dono et laudo et firmo domino Deo et ad sanctam miliciam prenominatam. Siquis aliquis de meis infantibus aut de meis parentibus rem tulerit aut infregerit de prescripto alodio, sit separatus de Libro vite usque veniat ad emendacionem. Et est manifestum. Actum est hoc III kalendas augusti, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Lodovico rege XX<sup>o</sup> III<sup>o</sup> anno. Sig+num Açalaidis femine, qui istam cartam donacionis fieri iussit, firmavit et testes firmare rogavit, Sig+num Guilelmi Galterii, Sig+num Raymundi, Sig+num Bernardi, filiorum ejus. Sig+num Dalmacii de *Paretz Tortas*, gener

ejus, qui hoc laudat et firmat. Sig+num Uguoni Rigaldi, qui est servus ad milites Christi, qui hoc donum recepit. Sig+num Petri Bernardi de Perpiniano, confrater<sup>e</sup> ejus. Sig+num Bernardi de Peralada, similiter confratris ejus. Sig+num Poncii Adalberti de Taçio. Sig+num Jacobi de Perpiniano. Sig+num Guilelmi *Casal*. Sig+num Raymundi Stephani. Sig+num Johannis Peregrini. Sig+num Petri Boni Mancipii, filii ejus. Sig+num Oliba de *Candel*. Sig+num Bernardi Guillmi<sup>f</sup> de Monte Eschivo. Sig+num Poncii de Rocha . Sig+num Petri de Corneiano. Sig+num Berengarii Arnalli. Sig+num Bernardi Utalgerii, confratris predicte milicie. Sig+num Poncii Stephani de *Candel*.

(SM) Petrus, monachus et sacerdos, rogatus, scripsit die et anno quo supra.

a. qui *B*.      b. Rossillionensi *B*.      c. traxerunt *B*.      d. paupercula *B*.      e. *Sic B per* confratris.      f. *Sic B*.

## 11

1134 (nou estil), 27 de febrer<sup>17</sup>

*Pere Ramon [de Brullà] dóna a la milícia del Temple un farraginar situat al comtat de Rosselló, a la parròquia de Santa Maria de Brullà.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 174v, acta núm. 295.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 145-146, segons *B*.

*a* ALART, *Sem. rel.*, núm. 52, desembre de 1884, acta núm. CXIII, p. 832.

*b* ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CXVIII, p. 83.

In nomine Domini. Ego Petrus Raymundi dono domino Deo et milicie Templi Jherosolimitani, quod vocatur Templum Salomonis, unam ferraginam. Et est in comitatu Rossillionensi, infra fines et terminos de villa Bruiani et in adjacencia Sancte Marie. Affrontat autem jam dicta ferragina de oriente in meo alode, de meridie in via que discurrit ad ecclesiam, de occidente in strata publica, de aquilone in ferragina quam dedit Carbonus prefate milicie. Quantum includunt jam dictas IIII<sup>or</sup> affrontaciones prescripte ferragine, sic dono domino Deo et jam dicte milicie pro remissione omnium peccatorum meorum, cum exitibus et regressibus, et cum suis terminis, et cum omnia in se habentia,

17. Vegeu més amunt la nota 2 de l'acta núm. 8.

sine omni engan. Et est manifestum. Siquis contra istam cartam donacionis venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, set componat in duplo cum sua melioratione, et inantea firma et stabilis permaneat hec scriptura omni tempore. Actum est hoc III<sup>o</sup> kalendas martii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, regnante Ledovico rege XX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup> anno. Sig+num Petri Raymundi, qui istam cartam donacionis fieri jussit, firmavit et testes firmare rogavit.<sup>a</sup> Sig+num Bernardi Gausberti de Bruiano. Sig+num Bernardi Bironi. Sig+num Poncii de Bruiano.

(SM) Petrus, monachus<sup>b</sup> et sacerdos, rogatus, scripsit die et anno quo supra.

a. fieri jusserunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt B. b. monachus B.

## 12

1134, 20 d'octubre

*Pere Andreu i la seva muller Garsenda donen en acapte a Bernat Ramon, a la seva esposa Estefania i a llurs fills un mas que tenen a la vila de Perpinyà, a la parròquia de Sant Joan, al carrer que va de l'església Sant Joan al mercat, mitjançant el cens anual de 18 diners del Rosselló pagable per Nadal. Per aquesta concessió, han rebut 9 lliures de plata pura, segons el pes de Perpinyà. Si els terratgers volen vendre o empenyorar aquest mas, Pere Andreu i els seus disposaran d'un termini de 15 dies per a tornar-lo a comprar desemborsant 12 diners de menys que qualsevol altre adquiridor.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part superior, amplada 245 mm, alçada 105/110 mm, pergami, ADPO, 1B59.<sup>18</sup>

B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, t. V, pp. 164-165, segons A<sup>1</sup>.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXII, p. 815.

In nomine Domini. Ego Petrus Andreas et uxor mea Garsendis donatores sumus tibi Bernardo Reimundo, et uxori tue Stephanie, et infantibus vestris, et tote vestre progenie et vestre posteritati, unum nostrum mansum, quem habemus intus villa<sup>a</sup> Perpiniani, in

18. Contràriament a la pràctica correntment observada al Rosselló, l'escrivà ha utilitzat una divisa de partició en lloc de les lletres de l'alfabet. El text d'aquesta divisa escrita amb lletres majúscules és difícil de restituir complet; sembla que comença amb les paraules següents: «Quod cum non...». El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 1352».

adjacentia Sancti Johannis, et affrontat a parte orientis in exitu de manso de nobis donatoribus, a meridie in manso de Bernardi Comitis et in manso nostro, ab occidente in operatore Jacobi et in operatore quem tenet Gonballus de Biterensis<sup>b</sup> et in operatore Flandine femine, de aquilone in strata publica qui pergit de Sancto Johanne ad *mercadale*, et sunt parietes de operatoribus ex uniuscujusque partibus in simul, extra de oriente qui est libera de manso. Quantum iste affrontaciones includunt, sic donamus vobis cum omni integritate, cum exitibus et regressibus, et sine enganno, in tali conventu ut per unumquemque annum in Natale Domini reddatis nobis donatoribus de predicto manso X<sup>m</sup> VIII<sup>o</sup> denariis Rosselis<sup>c</sup> de censu. Et per istum accaptum habuimus de vobis acceptores VIII libras de puro argento, ad directum Perpignano. Et si volueritis vindere<sup>d</sup> hunc mansum, vel impignare,<sup>e</sup> nobis donatoribus scire faciatis per XV dies, et si voluerimus accipere, habeamus minus XII denariis quam alteri homines, si noluerimus accipere, faciatis vestras voluntates cui vultis, salvo nostro censu. Et est manifestum. Si aliquis dirrumpere voluerit, non possit, set in duplo componat, et ultra firmiter maneat semper. Acta hoc XIII kalendas novembris, anni Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>, Ledoico regnante. Sign+ Petri Andree, Sign+ Garsendis, uxoris ejus, qui hoc firmaverunt firmarique rogaverunt. Sign+ [...].<sup>f</sup> Sign+ Raimundi Stephani. Sign+ Petri Johannis. Sign+ Johannis Montepessulani. Sign+ Arnalli Senfrendi. Sign+ Bernardi Amallvini.<sup>g</sup>

Petrus, presbiter, scripsit (SM) rogatus et jussus.

- a. *Sic A per villam.*    b. *Sic A per Bitteris.*    c. *Sic A per denarios Rossellos.*  
 d. *Sic A per vendere.*    e. *Sic A per impignorare.*    f. *L'escrivà ha traçat una ratlla al loc del nom.*    g. *Les subscripcions han estat objecte de nombroses esmenes.*

### 13

1136 (estil antic), 9 de març

*Berenguer de Guàrdia, amb la seva esposa Jordana, dóna a la milícia del Temple tota la sal produïda en un dia a les seves salines de Torrelles, que els batlles del Temple podran anar a cercar quan els plagui. Posa aquesta donació a les mans d'Arnau de Contrast i altres prohoms.*

- B    Còpia de l'últim decenni del segle XIII o del començament del segle XIV, Cart., f. 446, acta núm. 847.  
 C'    Còpia de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. A, p. 186, segons B.

- C<sup>2</sup> Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 150-151, segons B.  
 a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXVI, p. 64.  
 b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CXXXVI, p. 95.

Sancte et individue sub Trinitatis nomine. Ego Berengarius de Gardia, cum muliere mea Jordana, donator sum Deo atque milicie de Templo unum diem de salinis, quas habeo in Tureliis, quando sui bajuli melius accipere voluerint. Et hoc facio propter Deum atque remedium nostrarum animarum, in tali convenientia quod, nec modo nec tempore futuro, sit aliquis homo vel femina qui hoc donum dirumpere valeat, nec etiam addere valeat, set hoc donum in eternum inconvulsum maneat omni tempore. Et hoc donum factum est in manu Arnalli de Contrasto atque plurimorum bonorum hominum. Actum est hoc donum VII<sup>o</sup> idus marci,<sup>a</sup> annis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup> ab incarnatione Christi, regnante Ludovico rege. Sig+num Berengarii, qui hanc cartam donacionis fieri jussi manibusque meis firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num Jordane. Sig+num Guilelmi de Paliolo. Sig+num Gomballi. Sig+num Stephani, presbiteri.<sup>b</sup> Bernardus scripsit, rogatus et jussus (SM).

- a. *Sic B per martias.*      b. presbiter B.

## 14

1136 (nou estil), 24 de maig<sup>19</sup>

*Ermengol de So va fer testament i va nomenar Bernat de Santa Fe, Pere Ramon de Millars i Pere Duran marmessors testamentaris perquè disposessin dels seus béns tal com va deixar estipulat: dona el seu cos a la milícia de Santa Maria que està reunida a Jerusalem a fi d'anar-hi a servir Déu, sempre que aquest li doni llarga vida. En canvi, si li sobrevé la mort, ordena que el seu cos sigui portat al Masdéu de la cavalleria del Temple, cosa que ha estat feta. Llega als templers l'alou que tenia als termes de les villae de Borrat i de Centernac, al comtat de Fenolleda, a la parròquia de Sant Esteve de Derc. Igualment els llega tots els seus béns mobles: blat, vi, bous, vaques i equipaments. Deixa la seva roba i sis sesters d'ordi als preveres de Millars, així com quatre sesters d'ordi a l'obra*

19. El 1136 i l'any de regnat indicats només coincideixen si l'escrivà ha adoptat el càlcul pisà.

*de l'església de Millars. El mas que té Bernat Guillem Roig i que depèn de l'alou de Centernac ha de revertir als templers després de la mort del terratger. Ermengol de So llega al seu germà la cavalleria que Bernat Guillem te per ell, així com tot el patrimoni patern i 60 sous que té empenyorats sobre el molí i les oliveres d'Arnau Guilla de Trilla. Deixa als templers 60 sous que li deu el vescomte de Fenolleda per una mula, els quals li ha de retornar durant la primera fira que segueix Sant Genís; Pèire de Rasigueres i Arnau de Cercet són els fiadors del vescomte. Artau aprova aquest testament. Arnau de Contrast rep aquestes deixes en nom del Temple.*

B Còpia figurada del final del segle x, Cart., ff. 118v-119, acta núm. 188.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 171-174, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXIX, pp. 127-128.

b ALBÓN, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CXXXIX, p. 97.

Sub trino et uno omnipotentis Dei nomine. Hoc (est)<sup>a</sup> testamentum quod jussit atque instituit fieri in vita sua Ermengaudus de Sono. Certum quidem est atque manifestum quem elegit sibi idoneos testes, elemosinarios atque dispensatores me, Bernardum Sancte Fideis, et me, Petrum Raymundum de *Milars*, et me, Petrum Durani, quatinus res ejus atque honoris essemus dispensatores, sicut ex ejus ore audivimus, sicuti et facimus ut in subsequenter est resonandum. Primum, comisit animam suam Domino qui dedit eam. Corpus vero suum dedit milicie Beate Marie que est in Jherusalem in honore Dei servicio congregata, ut esset ibi serviens Deo, si vitam<sup>b</sup> ei Deus concessisset. Si autem ejus excessum in hac terra evenerit, jussit corpus suum deferi<sup>c</sup> ad ipsum Mansum Dei, quem de ipsa cavalleria est, ut est factum. Et jam dictam cavalleriam Dei, que, ut dictum est, est congregata in honore Dei in *Jherusalem*, in ipsa<sup>d</sup> domo quam<sup>e</sup> vocant Templum Salomonis, dimisit ipsum suum alodem proprium, quod habebat et habere debebat infra fines et terminos duarum villarum, una earum dicitur *Borrad*, altera *Senternach*, et sunt in comitatu Fenoleti, et in appendicione vel in parrochia Sancti Stephani de Dercho. Predictum alodium, quod habebat jam dictus Ermengaudus infra fines et terminos predictarum villarum et jam dicte parrochie, dimisit ad jam dictam cavalleriam, ut, sicut ille habebat vel habere debebat in proprio alode, ita ipsa habeat proprio alode, secure et in pace et sine contradicto ullius persone. Et dimisit ad ipsam cavalleriam omne mobile suum quod habebat: blad, vinum, boves,

vaccas,<sup>f</sup> *guarniment*. Ad ipsos clericos de *Milars* presbiteros dimisit vestimentum suum et VI *ssesters* de ordeo, et ad ipsa opera *ssesters* IIII de ipsa ecclesia. Ipsum mansum quem tenet Bernardus Guilelmus Rubeus, qui est de supradicto alode de *Sent Ernach* qui fuit condam de *Pere Ysarn*, post mortem Bernardi Guilelmi, deveniat ad ipsam cavalleriam. Et ipsam cavalleriam, quem tenet pro me iste Bernardus Guilelmi, cum omni alio honore qui ad me pertinet ex parte patris mei, dimitto,<sup>g</sup> inquit, ad ipsum Bernardum, fratrem meum, cum ipsos LX solidos, quos habeo pro pignore in ipso molino et ipsos olivarios de Arnaldo Guilelmo de Trilano. LX solidos, quos debebat ei vicecomes de *Fenolet* pro ipsa mula, dimisit ad ipsam cavalleriam, et est terminum dare ad ipsam primam fram que venit de sancto Jenesio, et sunt fide et *hostatges* Petrus de *Rasigeres* et Arnaldus de *Cerced* insuper vicecomes ipse fides et dator. Si quis testamentum hoc temptare conaverit dirumpere, non valeat peragere, set in duplo componat. Testamentum hoc maneat firmum et stabile. Quod est factum VIII<sup>o</sup> kalendas junii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup> Christi incarnationis,<sup>h</sup> XXVIII<sup>o</sup> Lodoyci regis. Sig+num Ermengaudi, qui hoc testamentum jussit fieri et nomen suum ibi jussit scribere et firmare testibus. Sig+num Bernardi Sancte Fidis, Sig+num *Pere Raimun*, Sig+num *Pere Duran*, qui hoc scribere jussimus, sicut ex ore hujus defuncti<sup>i</sup> audivimus, et perhibemus<sup>j</sup> testimonium veritatis, et, si oporteat, jurare parati sumus. Sig+num Artaldi, qui hoc laudo. Arnaldus de C[on]trast hoc recepit. Arnaldus *Scriba*, levita, scripsit testamentum hoc, die et anno (SM) quo supra.

a. est omès B.    b. vita B.    c. defferri B.    d. ipso B.    e. quem B.    f. vacas B.  
g. dimitto B.    h. Sic B.    i. deffuncti B.    j. peribemus B.

## 15

1136, 3 d'octubre

*Bernat Berenguer, vescomte de Tatzó, el seu fill Hug i la seva esposa Jordana donen a la milícia del Temple tot el que posseeixen a la vila de Prunyanes, situada al vescomtat de Fenolleda. Aquesta donació només serà efectiva després de la mort de Jordana. Donen igualment als templers la part de la cellera que posseeixen a la vila de Llupià, al Vallespir, on s'alça l'església de Sant Tomàs, que Bernat Berenguer havia mostrat, recorregut i delimitat amb Arnau de Bedós i Arnau de Contrast, frares de la*



*milícia. I si un dels donants, un de llurs fills, de llurs hereus o de llurs vassalls perjudiquessin els interessos dels servidors de la milícia tot apoderant-se de qualsevol part d'aquesta honor o dels homes, béns o drets pertanyents a la milícia, el vescomte i els seus es comprometen a reemborsar tots els perjudicis patits en un termini de deu dies un cop se'ls hagi requerit fer-ho, i, si no ho fan, els templers rebran en compensació tot el condomini que el vescomte posseeix prop de la vila de Llupià, al costat del cementiri de la Portalada.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 115v, acta núm. 180.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 147-150, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXVII, pp. 79-80.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. XLVIII, pp. 89-90.

In nomine Domini. Ego Bernardus Berengarius, vicecomes de Taçço, et ego Ugo, filius Bernardi predicti (et)<sup>a</sup> Jordane femine, donamus Deo omnipotenti et Sancte Marie et milicie Jherosolimitane<sup>b</sup> Templi Salomonis totum quicquid habemus et habere debemus per ullam vocem et habere visi sumus in villa de Prunana, que est in vicecomitatu de *Fenolades*, et in suis terminis, ita videlicet quemadmodum istum prenominate honorem totum, sine omni retenimento, dedit Jordana, uxor de me, Bernardo Berengario, et mater de me, Uguone predicto, domino Deo et Sancte Marie et milicie predicte, ad diem mortis sue, pro remissione anime sue et parentum suorum. Iterum, ego Bernardus Berengarii jam dictus, ego Uguo, filius ipsius et Jordane predicte, donamus Deo omnipotenti et Beate Marie et milicie Jherosolimitane prenominate, nostra bona voluntate et pro redempcione animarum nostrarum et parentum nostrorum, quandam partem cellarie, quam habemus et habere debemus infra villam de Lopiano, ubi est fundata ecclesia in honore Dei et beati Thome apostoli, que villa est in episcopatu Elnensi, in termino de Valle Aspirii. Et ista pars istius cellarie quam Deo donamus, sicut ego Bernardus Berengarius jam dictus eam monstravi et pedavi<sup>c</sup> et terminavi cum Arnaldo de *Bedoç* et Arnaldo de *Contrasto*, fratribus predicte milicie, terminatur ita: ab oriente, in ipso nostro estare dominico, quod est ad capud jam dicte ecclesie, a circio vero terminatur in via que venit a fossato et intrat ad ecclesiam Beati Thome, ab occidente vero terminatur in cellaria Sancti Petri de Rodas, a meridie autem terminatur in honore Sancte Marie de Campo. Totum istum suprascriptum honorem, sicut superius in hac carta scriptus et terminatus est,

donamus nos prefati, scilicet Bernardus Berengarius et ego filius ipsius et Jordane, domino Deo et Sancte Marie et milicie predicte, per franchum alodium et per jus imperpetuum, sine inganno et sine omni retenimento. Et si nos prenominati donatores, vel infantes nostri sive aliquis ex nostris heredibus seu ex illis qui sunt sub nostra potestate et districtione, in isto jam dicto honore quicquam vobis vel successoribus vestris, qui in predicta milicia Deo servierint, abstulerit vel emparaverit, sive in vestris hominibus, dominiis, sive in aliis seu in eorum pecuniis,<sup>d</sup> quas in isto vestro honore prefato tenuerint et habuerint, nos emendabimus totum damnum<sup>e</sup> vobis vel vestris infra X dies quos amoniti fuerimus. Quod si non faciebamus, donamus Deo et vobis, in jam dicta milicia Deo servientibus, totam nostram condaminam que jungitur cum eadem villa de Lopiano et tenet se cum ciminterio<sup>f</sup> de Portali. Facta carta ista V<sup>o</sup> nonas octobris, feria VII<sup>a</sup>, Lodoyco regnante, anno Dominico M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>. S+ Bernardi Berengarii, S+ Ugonis, filii sui et Jordane, qui donum istius honoris fecimus et hanc cartam fieri jussimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. S+ Petri de Corneliano. S+ Berengarii de Oltreyra. S + *Cabaot*, fratris sui. S+ Bernardi de Paciano. S+ Arnaldi de Capraria, jussus a prenomnatis donatoribus.

Petrus scripsit die et anno quo supra.

- a. et omès B.    b. Jherosolmitane B.    c. mostravi et pedovu B.    d. peccuniis B.  
e. dampnum B.    f. ciminterio B.

## 16

1137 (estil antic), març

*Pere Bernat de Castellnou dóna a la milícia del Temple, perquè la posseixi després de la seva mort, tota l'honor que el seu germà li havia donat a Borrat i a Centernac, a la parròquia de Sant Esteve de Derc, amb tot el que posseix en aquestes poblacions. Per aquesta donació, Pere Bernat ha rebut dels templers una almoïna d'un centenar de sous.*

- B Còpia autèntica tramesa el mateix dia que l'original, pergami deteriorat, amplada 150, alçada 75 mm, ADPO, Hp186.<sup>20</sup>

20. El document porta al dors una anotació del segle xv: «Carta de Centernag. Petrus Bernardi»; un regist modern: «donacio a Sent Steve de Derch»; la signatura Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 3048», i diverses anotacions del segle xix.

- C Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 389-390.  
 a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXI, p. 160.  
 b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CXLVII, pp. 103-104.

In nomine Domini. Notum sit omnibus hominibus quod ego Petrus Bernardi de Castro novo, dono, laudo et concedo Deo et milicie Templi totum illum honorem, quem michi dedit frater meus in *Borrad* et in Centernago, in parrochia de Sancto Stephano de *Derc*. Quiquid habeo in supranominatis locis, in eremis,<sup>a</sup> in cultis, in domibus, in curtis, in casalibus, in pratis, in vineis, in ortis, in hominibus, in feminis, in usibus, hoc totum dono Deo et supradicte milicie redemptione<sup>b</sup> anime mee, ut ipsi milites post mortem meam habeant et possideant in perpetuum sine querela et sine contradictione omnium hominum.<sup>c</sup> Siquis vero ex parentela mea vel alius malus homo aut femina hanc donationem irrumpere voluerit, non valeat impetrare quod postulat, set in duplo componat, et inantea firma et stabilis permaneat. Facta est carta ista mense marcii, anno ab incarnatione Domini M° C° XXX° VII°. Sig+num Petri Bernardi, qui hanc cartam fieri iussit et firmare rogavit manibus amicorum suorum, et [...]<sup>d</sup> de elemosinis Templi accepit. Sig+num Guilelmi de Follano. Sig+num Petri [Arnaldi de Follano]. Sig+num Guilelmi de *Paracols*.

Petrus, scriptor, (scripsit)<sup>e</sup> die (SM) et anno quo supra.

ARNALDUS, levita, fecit hoc translatum die et anno quo (SM) supra.

- a. ermis B.    b. redemptione B.    c. hominium B.    d. *Passatge il·legible*,  
 llacuna de 25 mm B.    e. scripsit omès B.

17

1137, 2 d'agost<sup>21</sup>

*El cavaller Ramon Guillem de Pesillà dona a la cavalleria del Temple un mas que posseix a la villa de Sant Feliu d'Avall, a la parròquia de Santa Maria i de Sant Andreu, i en el qual habita Arnau de les Portes amb els seus fills i els seus nebots. Dona,*

21. L'acta està datada del 2 d'agost de 1137, i el vint-i-vuitè any del regnat del rei de França Lluís VI és exacte. El diaca rossellonès que ha estès aquesta acta encara no estava, és clar, informat de la defunció del rei, sobrevinguda el dia abans prop de Compiègne.

*igualmente, dues peces de terra situades als Aspres, tres peces de vinya al vinyar de Sant Martí i un hort amb els seus arbres situat a les ribes de la Tet. Cedeix, igualment, a la cavalleria i als seus representants, fra Pere Bernat i fra Arnau de Contrast, tots els censos, usos, toltes, forces, drets i recursos que ell i els seus antecessors posseïen sobre aquests béns. El cens recaptat sobre el mas consisteix en mig xai, un sester d'ordi segons la mesura corrent, tres fogasses, un parell de gallines i una tercera de vi.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 119v, acta núm. 189.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 175-178, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXVIII, pp. 111-112.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CXL, p. 98.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quia ego miles Raymundus Guilelmi de villa Pedilano, pro amore Dei et indulgentia peccatorum meorum et anime matris mee, dono ad ipsam cavalleriam que est in honore Dei congregata in ipsam domum quem vocant Templum Salomonis in *Jherusalem*, mansum unum quem habeo in villa Sancto Felice Subteriore, in parrochia vel appendicione Beate Marie et Beati Andree. Est enim mihi proprii alodis. Et habitat in eo Arnaldus de *les Portes*, cum filiis et nepotibus suis, id est Guilelmus et Poncius Bernardus et Petrus. Affrontat namque a parte orientis in mansum ubi habitat Petrus Arnalli, a meridie in ipsa strata que transit<sup>a</sup> per ipsam villam,<sup>b</sup> ab occidente in ipsa via que vadit ad ipsam ecclesiam, ab aquilone in mansum de *Arnal Males pels*. Dono similiter duas pecias de terra, que sunt ad ipsos Asperos. Una earum affrontat de II partes in terra de *Ramon Arnal*, de tercia in terra de *Pere Esteven*, de quarta in via de *Salancha*. Et alia terra affrontat de una parte in terra de *Arnal Roig*, de alia in terra de *Pere Clergue* et fratres suos, de tercia (in)<sup>c</sup> via de *Figueres*, de quarta in terra de *Ramon Gauçbert*. Et III pecias de vinea in ipso vineario Sancti Martini. Una earum affrontat de una parte in vinea de *Senfre*, et de alia in vinea de *Guillem Ponci*, de tercia in vinea de *Ramon Arnal*, de quarta in vinea de *Mulino*. Alia pecia affrontat de una parte in vinea de *Pere Gauçbert*, de alia in via de *Mulinos*, de tercia in vinea Sancti Martini, de quarta in vinea de *Guillem Arnal*. Tercia pecia affrontat de una parte in vinea Sancti Martini, de II<sup>a</sup> et tercia in vinea de *Guillem Esteven*, de quarta in vinea de *Bernad Espada*. Et ortum unum, cum suis arboribus, et affrontat de una parte in orto de

Poncio *Boschet*, de alia in orto *Vadalaril*, de tercio in orto de *Bernat Espada*, de quarta in ipsa aqua de *Ted*. Prenominatum mansum, cum supradictas terras et vineas vel ortum, dono ego prefatus, cum exiis et regressibus eorum, ad supradictam nominatam cavalleriam, cum suis habitatoribus qui ibi sunt vel erunt in futuro, ut, sic ego habeo vel habere debeo pro proprio alode, ita ipsa cavalleria habeat pro alodio proprio, secure et in pace et sine contradictu ullius persone in vita et post mortem meam.<sup>d</sup> Et omne censum vel usaticos, toltas vel forces, vocem vel voces, quod in eo habebam, et antecessores mei in eo habuerunt, dono, delibero ac definitio<sup>e</sup> eidem cavalleria, in manus vel potestate Petro Bernardi et Arnaldi de Contrasto, fratres eorum. Censum<sup>f</sup> vero hujus mansi est medio moltone recipiente, et *sester* I de ordeo *current*, et tres fogacias, et par<sup>g</sup> I de galines et tercera I de vino. Si quis contra hanc cartam mee<sup>h</sup> donacionis venerit ad irrumpendum, non valeat peragere, set in duplo componat prenominata omnia. Carta autem ista vel donacio maneat stabilis et in perpetuum firma. Que est facta IIII<sup>o</sup> nonas augusti, anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup> Christi Incarnationis, XX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup> Lodoci regis. Sig+num Raymundi Guilelmi, qui hoc scribere mandavi, firmavi et testibus firmari mandavi. Sig+num Artalli de *Milars*. Sig+num Ugo de Tacione. Sig+num Bernardi Gausberti. Fuit factum in presencia aliorum [bonorum hominum].<sup>i</sup> Arnallus scripsit, levita, jussus, die (SM) et anno quo supra.

a. transi B.    b. ipsa villa B.    c. in omès B.    d. morte mea B.    e. definitio  
co B.    f. sensum B.    g. pario B.    h. me B.    i. *Paraules il·legibles* B.

## 18

1138, 8 de maig

*Malseinada de Tatzó i els seus fills, Pere Guillem, Berenguer i Bernat, donen a la milícia del Temple de Jerusalem i als frares Pere Roger i Arnau de Contrast les honors que posseeixen a les parròquies de Sant Andreu de Banyuls [dels Aspres], Sant Sadurní de Tresserra i Sant Julià de Vilamulaca. Per aquesta concessió, Malseinada i els seus fills han rebut 10 sous dels cavallers del Temple.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 133, acta núm. 214.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 178-180, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXIII, p. 224.

*b* ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CLVII, p. 110.

In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Malseinada de Tacione et filii mei, Petrus Guilelmi et Berengarius et Bernardus, insimul, donamus et concedimus domino Deo et milicie Templi Domini de *Jherusalem*, spontanei et gratuita voluntate,<sup>a</sup> remedio animarum nostrarum et remissione peccatorum nostrorum, omnem ipsum honorem quem habemus in parrochia Sancti Andree de *Banuls* et in ejus terminis, et omnem ipsum honorem quem habemus in parrochia Sancti Saturnini de Tresserra et in ejus terminis, et omnem ipsum honorem quem habemus in parrochia Sancti Juliani de Villa mulacha et in ejus terminis. Sicut vero superius resonat, sine ullo vinculo et ullius persone inquietudine, sicuti unquam melius habuimus et habere debuimus, ita de nostro jure, libere et quiete, tradimus in potestate Dei et milicie Templi Domini de *Jherusalem*, ut habemus et tenemus nos, vel aliquis per nos, in omnibus locis supradictis, ubicumque sint. Hanc vero donacionem facimus in<sup>b</sup> Petri Rogerii et Arnaldi de Contrastu. Et est manifestum. Et habuimus propter hanc donacionem de ipsis militibus Templi X solidos. Siquis vero contra hanc scripturam donacionis venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vindicare<sup>c</sup> quod requirat, set in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat omni tempore. Factum est hoc VIII<sup>o</sup> idus mai,<sup>d</sup> anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXXVIII<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege in Francia. Sig+num Malseinada, Sig+num Petri Guilelmi, Sig+num Berengarii, Sig+num Bernardi, qui hanc cartam jussimus fieri, laudavimus et firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Arnalli de Turre. Sig+num Guilelmi Berengarii de *Ermolans*. Sig+num Mironis de Helna. Sig+num Olibe, fratris ejus.

Guilelmus, sacerdos, rogatus, scripsit hec die et anno quo supra.

a. volunta B. b. Sic B, *cal segurament restituir una paraula del tipus manibus*. c. vedicare B. d. Sic B per maías.

1138, dilluns, 19 de desembre

*Guillem de Vilamulaca i la seva esposa Orgolosa donen als templers el delme que Guillem recaptava sobre el camp on està avui edificat el mas del Temple, el qual és anomenat Masdèu per*

*un gran nombre de persones. Fra Arnau de Bedós ha rebut aquesta donació en nom del Temple.*

- A Original, pergamí, amplada 340 mm, alçada 85/95 mm, ADPO, Hp190.<sup>22</sup>  
 B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 390-391, segons A.  
 a HENRY, D. M. J., *Histoire du Roussillon*, t. I, París, 1835, p. 202.  
 b ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXIV, pp. 255-256.  
 c ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CLXXI, p. 119.

(*crux*) In Dei omnipotentis nomine. Ego Guilelmus de Villa mulacha et ego uxor ejus nomine Orgolosa, bona fide et sine dolo, ut Deus propicietur peccatis et negligentiis nostris, donamus et offerimus in perpetuum domino Deo et beate Marie et militie Jherosolimitane Templi Salomonis et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, ipsam decimam quam ego Guilelmus jam dictus habebam et demandabam in ipso campo, in quo est jam edificatus et constructus mansus supradicte militie Jherosolimitane, qui appellatur a multis Mansio Dei. Terminatur autem predictus campus ab oriente in prato ejusdem militie Christi, de circio in terra Bertrandi de Villa mulacha, ab occidente terminatur in terra quam pater meus Bernardus Guilelmi dedit Deo et jam dicte militie, et a meridie terminatur in terra Bernardi Adalberti. Suprascriptam decimam istius prenominati campi et mansi, qui in eo est fundatus et edificatus, totam integriter de omnibus substantiis, scilicet de omnibus laborantiis et ortaliciis et de bestiis, domino Deo et militibus Templi donamus ego Wilelmus predictus et ego uxor ejus Orgollose, et de nostra potestate in eorum tradimus jus et dominium, ad habendum et possidendum securiter suamque voluntatem perpetim faciendum, absque nostra nostrorumque successorum aliqua inquietudine. Siquis igitur contra hanc donationem a nobis liberaliter factam ad infringendum venerit, non valeat vindicare que<sup>a</sup> pecierit, sed eandem donationem duplam et melioratam militie Christi componat, et inantea hec presens nostre donationis scriptura perhenniter maneat firma. Que est acta XIII kalendas januarii, feria II, anno dominice Incarnationis millesimo C° XXX° VIII°, regni vero Lodoyci regis anno II°. Sig+num Guilelmi de Villa mulacha predicti, Sig+num Orgollose uxoris ejus, nos qui hanc donationem facimus et hanc cartam fieri jussimus et manibus nostris firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Deodati de Solario. Sig+num Petri Berengarii de Tolugas. Sig+num Ber-

22. El document porta al dors diverses anotacions il·legibles i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1286».

nardi Raimundi de *Banuls*. Sig+num Berengarii Arnaldi. Sig+num Girberti canonici. Sig+num Ugonis, socii ejus. Sig+num Petri, qui scripsit die et anno quo supra. Fuit autem hec donatio facta in manu fratris Arnaldi de *Bedoz*.

a. *Sic A per quod.*

## 20

1139, 25 de maig

*Guillem Gairard i el seu germà Arnau, frares del Temple, informen el comte de Rosselló, Gausfred, així com els prohoms de l'oppidum [de Perpinyà], que han concedit a perpetuïtat llur herència materna als frares del Temple. Precisen que havien empenyorat un camp i una vinya provinents d'aquest patrimoni a llur cunyat, Albert, pel preu de 140 sous del Rosselló, amb la condició que, si aquesta moneda fos devaluada quan volguessin recuperar llurs béns, el reemborsarien amb senerios de moneda melgoresa. És per això que confien en la caritat i la pietat del comte, i li supliquen que vetlli perquè aquesta terra beneficiï l'obra dels pobres cavallers de Crist. Tota aquest honor se situa al terme de la vila de Perpinyà, a la parròquia de Sant Joan. El comte confirma aquesta donació tot reservant-se el quartum. Com a preu del seu consentiment, els templers li han donat els 40 sous que els devia. Berenguer de Guàrdia, veguer, aprova aquesta donació i rep 20 sous dels templers.*

A Original, pergami, llargada 295 mm, alçada 90 mm, ADPO, 1B4.<sup>23</sup>

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 392-393, segons A.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXV, p. 271.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CLXXXVIII, p. 129.

In nomine Domini. Venerabili Dei gracia G(aufredo), comiti Russilionensis, omnibus atque probis ejusdem oppidi, Wilelmus Gairardus et Arnaldus, (frater)<sup>a</sup> suos, humili fratres Templi Salomonis, salutem cum servicio devoto et oraciones in Christo. Ex parte conventus totius militum Dei et fratrum Templi bonitati vestra notificamus nos perpetuo jure concessisse Deo et fratribus

23. Una faixa de pergami, un dels extrems de la qual és esquinçat, ha estat lligada al costat esquerre de la peça, a l'altura de l'angle inferior. El document porta al dors un regest en català del segle XV: «Carta de donatio que lo compte Gaufred feu de certa fond al Temple», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «N° 2112» i mencions modernes.



nostris Templi hereditatem matris nostre, de qua campum quendam et vineam sub Alberto, cognato nostro, in pignus posuimus pro CXXXX sollidis<sup>b</sup> de Rossell[ione], tali condicione quod, si moneta illa dejusteretur cum reabere<sup>c</sup> res nostras vellemus, melgurienses senerios<sup>d</sup> illi reddemus. Quare vos in Christo precamur ut terram prenominatam ad opus pauperum Christi militum benigne manuteneatis,<sup>e</sup> in vestra enim karitate<sup>f</sup> et gratuita pietate confidimus. Valet. Est autem prefatu<sup>g</sup> omnis honor in comitatu Russilionens,<sup>h</sup> infra fines et terminos de villa Perpiniani, in ajacencia Sancti Johanni.<sup>i</sup> Et ego Gaufredus laudo et concedo hanc donationem Deo et predictis fratribus Templi, presentibus atque futuris, salvo meo quarto. Qua laudatione ego Gaufredus comes,<sup>j</sup> dimiserunt mihi fratres Templi XL sollidos<sup>k</sup> quos illis debebam. Et Berengarius de Guardia, vicarius, laudat et confirmat similiter, et recipit de supradictis fratribus xx sollidos.<sup>k</sup> Et est manifestum. Quicquid hoc dirumpere voluerit, in duplo componat, et ultra firmiter maneat in eternum. Actum est hoc VIII kalendas juni,<sup>l</sup> annis<sup>m</sup> Domini MCXXXVIII, anno II regnante Ledoico rege in Francie.<sup>n</sup> Sig+num Wilelmus Gairardi, sig+num frater suus Arnallus, qui istam cartam donationis jussimus scribere manibusque firmavimus et testibus firmare rogavimus. Sig+num R(aimundi) Stephani. Sig+num Petri Ermengaudi. Sig+num Bernardi de Redes. Sig+num Jacobi.

Bernardus scripsit, rogatus atque (SM) jussus.

a. Omissió de l'escrivà. b. Sic A per solidis. c. Sic A. d. Sic A per senarios. e. Les lletres -ne- de manuteneatis, afegides a la interlínia A. f. Sic A per caritate. g. Sic A per prefatus. h. Sic A per Russilionensis. i. Sic A per adjacentia Sancti Johannis. j. Sic A cal segurament restituir pro qua laudatione quam ego Gaufredus comes facio. k. Sic A per solidos. l. Sic A per junii. m. Sic A per anno. n. Sic A per Francia.

## 21

1140, 13 d'agost

*Els templers concedeixen a Pere de Rebollet i a Guillem, el seu germà, el molí que tenen a la vila de Pesillà [de Conflent], al lloc anomenat Cinta, perquè el reconstrueixin i el posseeixin mentre visquin, mitjançant la quarta part dels fruits. A la mort de cadascun dels dos germans, els templers recuperaran la meitat del molí que sigui tinguda pel difunt. Pere i Guillem donen als templers dues vinyes, amb l'hort que s'hi troba, i*

*una terra situada aigua amunt del molí de Pere de Pesillà, que tindran mitjançant l'ager, i que revertiran en alou als templers després de morts.*

A Original, pergamí deteriorat, amplada 210 mm, alçada 160 mm, ADHG, H Malte Homps 4, doc. núm. 1.<sup>24</sup>

a ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCXII, p. 146.  
Anàlisi del 1704 en francès, ADHG, H Malte, inv. núm. 76, f. 81.<sup>25</sup>

In nomine Domini. Nos fratres Jherosolimitane militie Templi Salomonis concedimus vobis, scilicet Petro de *Reboled* et fratri tuo Guilelmo, ipsum nostrum molendinum, quem habemus in villa de Pedilano, in locum quem vocant Cinta, ut edificetis et plantetis eum, et ut donetis nobis quartum sine enganno, et possideatis eum in vita vestra, post mortem vero vestram revertatur molendinum, cum suo caputriguo aquarum, predictae militie Templi, et si unus moritur, sua medietas remaneat Templo; quando vero moritur alter, siat similiter. Insuper ego prenomminatus<sup>a</sup> Petrus et frater meus Guilelmus donamus vobis fratribus Templi duas vineas, cum radice, ac cum orto qui ibidem est, et ipsa terra que est super molendinum Petri de Pedilano. De istis vineis et de orto et de terra dabimus vobis agrarium de vita nostra; post mortem nostram sit proprius alodius militie Templi. Facta carta ista idibus augusti, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup>. Sig+num Petri de *Reboled* et Sig+num Guilelmi, fratris sui, qui istam cartam firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Udalgarrii de *Fenoled*. Sig+num Raimundi de Pratis. Sig+num Petri de Pedilano.

Sig+num Ugonis, canonici Sancti R[uf]i<sup>b</sup> (SM), qui hanc cartam scripsit die et anno quo supra.

a. La lletra -r- afegida a la interlínia A. b. En la seva edició, el marquès d'Albon ha desenvolupat l'abreviació Ri en R(aimund)i sense explicar les raons de la seva tria. Sabent que no existia aleshores ni capítol ni orde de Sant Ramon, l'única hipòtesi plantejable em sembla que és la de fer d'aquest canonge un membre de l'orde avinyonès dels canonges regulars de Sant Ruf. Aquest orde, instrument de la reforma gregoriana, s'havia implantat des del 1084 al comtat de Besalú, del qual depenia el vescomtat de

24. El document porta al dors anàlisis modernes i la signatura topogràfica «n° 2.»

25. «Donnation faite par le commandeur de la maison du Temple à Felix Pierre de Rabolet et a Guillaume son frère du moulin de Pedilhan pour le jouir et entretenir pendant sa vie et apres sa mort faire retour à l'ordre en date de l'an 1140 en parchemin cotté n° 1.» [«Donació feta pel comanador de la casa del Temple a Fèlix Pere de Rebollet i a Guillem el seu germà del molí de Pesillà per gaudir-ne i mantenir-lo durant la seva vida i després de la seva mort el molí haurà de tornar a l'orde amb data de l'any 1140 en pergamí numerat amb el núm. 1».]

*Fenolleda, amb la donació de l'església de Santa Maria de Besalú que li havia estat feta pel comte Bernat.*

## 22

1141, 6 d'abril

*Udalgar, vescomte de Fenolleda, i els seus fills Pere i Arnau donen als templers, representats pel mestre Pere de Rovira i fra Hugues de Bessan, tots els drets que tenen sobre Guillem Ramon de Corbós i sobre la seva descendència, així com sobre tota l'honor que aquest ha donat als templers.*

- A Original, pergami munitat, amplada 335 mm, alçada 125/130 mm, ADHG, H Malte Homps 4, doc. núm. 3.<sup>26</sup>
- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 76v-77, acta núm. 120, segons A.
- C Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, ADPO, 12J25, núm. 243, segons B.
- D Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, BNF, Moreau, vol. 59, ff. 107-108.
- E Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, t. VII, pp. 195-197, segons B.
- a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXXIII, p. 448.
- b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCXXXIII, p. 158.
- Anàlisi del 1704 en francès: ADHG, H Malte, inv. núm. 76, f. 81r-v.

In nomine Domini. Ego Uzalgarus<sup>a</sup> vicecomes, et filii mei, Petrus et Arnallus, nos insimul donatores et diffinitores sumus domino Deo et militibus Templi Domini, in manu Petri magistri de Ruira et Ugonis de Bezano,<sup>b</sup> omnes voces quas habemus in Gilelmo Raimundi et suos infantes atque posteritates, scilicet albergas, et censum, et omnes usaticos, et traces, et toltas, et forces, et omnes *adempraments*,<sup>c</sup> quantum nos habuimus vel<sup>d</sup> accepimus in illis, et quesivimus etiam in suis honoribus, totum, sine *engan* et sine ullo retentu, pro remedio animarum nostrarum, sicut dictum est superius, donamus et diffinimus domino Deo et predictis Dei militibus, ita ut neque nos neque posteritas nostra audeat aliquid requirere in predictum Gilelmo Raimundi de *Corbos*<sup>e</sup> et suis posteritatibus, nec in suum totum honorem in quantum ipse dedit domino Deo et Templo suo et suis militibus. Siquis hoc

26. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari a final del segle XIII, una anotació del segle XV: «donacion de Corbos», una anàlisi moderna i la signatura topogràfica «n° 3».

irrupere<sup>f</sup> temptaverit, non valeat, sed componat, aut componant ad Templum et suis militibus Dei in duplo, et inantea hoc firmum sit modo omni tempore.

Actum est hoc VIII idus aprilis, anno I° C° XL° I ab incarnatione Christi, regnante Ludovico rege in Frantia.<sup>g</sup>

Sig+num Uzalgarii,<sup>h</sup> vice comitis, Sig+num Petri, Sig+num Arnalli,<sup>i</sup> nos qui hanc donationem vel diffinitionem fieri scripsimus, firmamus testibusque firmare rogamus. Sig+num Berengarii, archidiachoni. Sig+num Pontii, capellani de Valle. Sig+num Gilelmi de *Paracols*. Sig+num Gilelmi, archidiachoni de Folliano.<sup>j</sup> Sig+num Raimundi de *Prads*.<sup>k</sup> Sig+num Arnalli<sup>i</sup> de Sorniani. Sig+num Gauclmi<sup>l</sup> de *Viver*.

Raimundus, monachus, qui hoc scripsit (SM).

a. Umalgarius B. b. Berano B. c. adempmentis B. d. et B. e. Corbons B. f. irrupere B. g. Francia B. h. Umalgarii B. i. Arnaldi B. j. *Aquesta subscripció ocupa tres línies a la part inferior i a la dreta de l'acta A, de Folliano afegit a la interlínia B.* k. Prats B. l. Gauclmi B.

## 23

1141, 23 de maig

*Ramon Berenguer i el seu germà Pere Berenguer donen a la milícia del Temple una peça de terra que tenen a la vila de Perpinyà, a la parròquia de Sant Joan, al lloc anomenat Ceruscledo, per a fer-hi un hort. Posen aquesta donació en poder de Pere de Rovira, Hugues de Bessan, Pere Bernat i Bernat de Fenollet, frares del Temple, amb la condició que els templers els donin, així com a llurs successors, l'agrer de tot el que es recol·lecti en aquest hort, com també l'agrer i el braçatge del lli. Els dos germans es reserven tots els drets. Per aquesta donació, reben 25 sous del Rosselló.*

A Original, pergami, amplada 355 mm, alçada 105/125 mm, ADPO, Hp188.<sup>27</sup>

B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 407-409, segons A.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXXIV, pp. 463-464.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCXXXVI, pp. 159-160.

27. El document porta al dors una menció del segle XII: «R. Berengarius et P. Berengarius», una menció del segle XV: «al terme de Sent Johan. Perpenya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 209».

In nomine Domini. Ego Raimundus Berengarii et frater meus Petrus Berengarii, nos ambos insimul donatores sumus domino Deo et milicie Templi Jherosolimitane pecia una<sup>a</sup> de terra ad edificando orto,<sup>b</sup> sic donamus sicuti nos abemus vel abere<sup>c</sup> debemus infra fines et terminos de villa Perpiniani, in ajacencia<sup>d</sup> Sancti Johannis, in locum que<sup>e</sup> vocant *Cerusledo*. Et hoc donum fecimus<sup>f</sup> in potestate Petrus<sup>g</sup> de Riuvera et Ugo<sup>h</sup> de Bescano et Petrus<sup>g</sup> Bernardi et Bernardus de Feniolatensi,<sup>i</sup> quos sunt fratres milicie Templi. In tali vero pacto donamus nos vobis prescripta terra<sup>j</sup> ad edificandum ortum, ut de omni fructu qui inde exierint,<sup>k</sup> reddatis nobis donatoribus, et successoribus nostris, agrarium, et de lino agrario<sup>l</sup> et *bracage*. Et affrontat in parte orientis intus *Vassa*, de meridie in orto de Gauscelmo, de occidente in orto de vos<sup>m</sup> ipsis acceptoribus, de aquilone in terra Petrus<sup>g</sup> Johanni qui fuit. Quantum includunt infra istas jam dictas IIII<sup>or</sup> affrontaciones, sic donamus nos vobis, cum exitibus atque regressibus, et cum suis terminis, et cum omnibus in se habentibus, et sine omni enganno, totum quod superius resonat per<sup>n</sup> facere ortum, et salvos omnes nostros dirrectos.<sup>o</sup> Et per<sup>n</sup> ista donatione nobis jam dicti donatores accepimus de vobis acceptoribus XXV solidos moneta<sup>p</sup> Rosselle. Et est manifestum. Si quis homo vel femina contra istam cartam donationis venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, sed componat in duplo cum sua melioratione, et inantea firma et stabilis permaneat omnique tempore, et non sit dirrupta.<sup>q</sup> Actum est hoc X kalendas junii, annis<sup>r</sup> Domini MCXLI, regnante Lodovico rege in Francia IIII anno. Sig+num Raimundi Berengarii, sig+num Petri Berengarii, qui istam cartam donationis fieri jussimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Raimundi Stephani. Sig+num Bernardi de Redes. Sig+num Petri Ermengalli. Sig+num Bernardi *Casal*.

Bernardus scripsit rogatus atque (SM) jussus, cum litteris rasis et emendatis in VI linea.

a. *Sic A per peciam unam.* b. *Sic A per edificandum ortum.* c. *Sic A per habemus vel habere.* d. *Sic A per adjacentia.* e. *Sic A per quem.* f. *Sic A per facimus.* g. *Sic A per Petri.* h. *Sic A per Ugonis.* i. *Sic A per Bernardi de Feniolo.* j. *Sic A per prescriptam terram.* k. *Sic A per quem inde exierit.* l. *Sic A per agrarium.* m. *Sic A per vobis.* n. *Sic A per pro.* o. *Sic A per directos.* p. *Sic A per monete.* q. *Sic A per dirrupta.* r. *Sic A per anno.*

1141, 27 de juny

*Arnau de Corbós i el seu germà Pere venen a la milícia del Temple, i posen a les mans dels frares Hugues de Bessan i Bernat de Fenollet un bancal de terra situat a la parròquia de Santa Maria de Sornjà, a la vila de Corbós, al condomini del Temple i de Bernat Ferad, pel preu de 9 sous. Fan aquesta venda amb el consentiment de llur senyor Ramon Hug de Fórnols.*

A Original, pergami, amplada 340 mm, alçada 135/140 mm, ADHG, H Malte Homps 4, doc. núm. 2.<sup>28</sup>

a ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acte n° CCXL, p. 162.  
Anàlisi del 1704 en francès: ADHG, H Malte, inv. núm. 76, f. 81.<sup>29</sup>

In nomine Domini. Sit notum cunctis quem ego Arnallus de *Corbons* et frater meus Petrus, nos insimul venditores sumus domino Deo et sue militie Templi Jherusalem. Per hanc scripturam venditionis nostre vendimus domino Deo et sue predictae militie, in manu Ugonis de Bezano et Bernardo de *Foneiledes*, quadrum unum de terra. Advenit nobis predictum quadrum de terra per vocem seniorum nostrorum sive per cunctas voces. Est autem predicta terra in comitatu *Foneiledes*, in parrochia Sancte Marie de *Sornia*, in villa de *Corbons*, infra condaminam de predictae cavalerie Templi Domini et Bernardi *Ferad*. Sicut dictum est superius, sic nos predicti Arnallus et Petrus vendimus domino Deo et vobis, fratribus predicto Ugoni et Bernardo predictae militie Domini, predictum quadrum de terra, cum suis terminis et affrontationibus, cum omne in se habente, de nostro jure in potestate Dei militieque Templi Domini in alodium franchum, ut sit solidum et liberum de predicta militia, per novem solidos dinariorum, quos vos nobis datis. Hanc venditionem facimus nos, predicti Arnallus et Petrus, cum consilio senioris nostri, Raimundi Ugonis de *Fornols*. Siquis hoc domino Deo et militie Templi Domini irrupere<sup>a</sup> voluerit, non valeat, sed componat, aut componant in duplo, et inantea hoc firmum sit predictae militie Domini modo omnique tempore.

28. El document porta al dors una anotació del segle xv: «de Pezilha de molendinis», mencions modernes i la signatura topogràfica: «n° 1».

29. «Vente faite par Arnaud de Corbous en faveur de la milice du Temple de la quatrieme partie d'une condamine scituée a Corbons, franche et allodiale, en datte de l'an 1141 en parchemin cottée n° 2.» [«Venda feta per Arnau de Corbós a favor de la milícia del Temple de la quarta part d'una condamina situada a Corbós, en franc i lliure alou, amb data de l'any 1141 en pergami numerat amb el núm. 2».]

Actum est hoc V kalendas julii, anno I° C° XL° I° a nativitate Christi. Sig+num Arnalli. Sig+num [...]b Sig+num [...]b. Sig+num Petri. Sig+num [...]b Sig+num[...]b Sig+num[...]b nos qui hanc venditionem facimus, firmamus testibusque firmare rogamus. Sig+num Raimundi Ugonis, senioris. Sig+num. Sig+num Petri Gilelmi. Sig+num Bernardi de *Corbons*.

Raimundus monachus, qui hoc scripsit (SM).

a. Sic A per irrumpere. b. L'escrivà ha deixat en blanc l'espai destinat al nom del subscriptor A.

## 25

1141, divendres, 4 de juliol

*Bernat Adalbert de Capmany i els seus fills, Ponç i Bernat, donen a la milícia del Temple la totalitat del que posseeixen sobre els delmes, batllies i altres béns que els frares havien obtingut de la senyora de la Torre a l'alou de la milícia, als termes de Cirà, Vilamulaca, Paçà, Tresserra, Candell, Nils i Trullars. Fan aquesta donació amb el consentiment de Galceran de Mont-roig, pel qual tenien aquesta honor, i ho posen a les mans de Pere de Rovira, profés i mestre, i d'altres frares del Temple, que els donen a canvi una almoina de 30 morabatins.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 57v-58, acta núm. 93.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 193-195, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXXV, p. 480.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCXLII, p. 163.

In nomine Domini. Ego Bernardus Adalberti de Campo magno et filii mei, Poncius et Bernardus, donamus domino Deo et milicie Templi Jherosolimitani et fratribus ibi Deo servientibus, omne quod habemus vel habere debemus in alodio prescripte milicie, quod illis advenit<sup>a</sup> per dominam de Turre que vocatur, scilicet in decimis, in bajuliis<sup>b</sup> et in omnibus aliis rebus, sicut tenemus et possidemus, sic militibus Templi totum ab integro donamus et concedimus. Est autem prescriptum alodium in episcopatu Helenensi, in terminio quod vocant Cersanum, et in Vilam mulacham et in Paciano, et in Tresserra, et in *Candel*, et in *Agnils* et in<sup>c</sup> *Troliars*. Istam donacionem facimus pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, ut Deus propicietur iniquitatibus nostris, in manu Petri de Rovera, professi et magistri, et Ugonis de Beciano, cum Bernardo de Petra Lata et cum Guilelmo Sumario

de Gerunda, cum consilio Gaucerandi de Monte rubio, pro quo tenebamus ipsum honorem, ipso Gaucerando donante, laudante et concedente prescriptis militibus Templi. Et ego Petrus de Rovera, cum consilio fratrum nostrorum, per istam donacionem et diffinicionem, donamus tibi, Bernardo Adalberti, et filiis tuis, de caritate domus nostre XXX morabatinos. Siquis hanc donacionem irrumpere temptaverit, non valeat vindicare quod petierit, set in duplo componat, et inantea firma permaneat. Facta carta ista III<sup>o</sup> nonas julii, feria VI<sup>a</sup>, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> primo, regnante Lodovico rege. Sig+num Bernardi Adalberti. Sig+num Poncii et Sig+num Bernardi, filiorum ejus, nos insimul in unum firmamus et firmari rogamus. Sig+num Gaucerandi, qui hanc cartam firmo et laudo et prescriptum honorem dono et concedo. Sig+num Bernardi de *Fenoliar*. Sig+num Poncii Guilelmi de Valle Garnera. Sig+num Petri Lançani. Sig+num Raymundi *Vidal*.

Sig+num (SM) Uguonis, canonici,<sup>d</sup> qui hanc cartam rogatus scripsit, cum litteris<sup>e</sup> suprascriptis in X<sup>a</sup> linea, die et anno quo supra.

a. avenit B.    b. bailiis B.    c. de B.    d. kanonici B.    e. literis B.

## 26

1142, 29 de juny

*Udalgar, vescomte de Fenolleda, assistit pels seus fills Pere i Arnau, dóna a la milícia del Temple el bosc de Mata Perusta amb tot el que hi percep i el que és tingut per ell: tasca, lleuda, drets de boscatge i d'aglanada, entrada i eixida. Udalgar posa aquesta donació a les mans dels frares Pere de Rovira, Hugues de Bessan i Arnau de Sornia. En compensació, aquests li lliuren un mul, el mas de Gausbert de Prunyanes amb totes les seves dependències i una vinya.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 77v-78, acta núm. 123.

C Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, ADPO, 12J25, núm. 244, segons B.

D Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, BNF, Moreau, vol. 60, f. 7.

E Còpia de la segona meitat de segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 199-200, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXXVIII, p. 544.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCLXIV, p. 174.



In Dei nomine, videlicet Patris et Filii sacrique Flaminis. Notum sit cunctis hominibus quod ego Udalgarius, proconsul Fenoliotensis, cum filio meo Petro atque Arnallo, dono atque laudo domino Deo Temploque Jherosolimitani milicie et fratribus illic presentibus atque venturis, omnem boschum de *Mata Perusta* per alodium, cum omnibus que ibi habeo vel habere debeo, vel que pro me homo vel femina illic tenet, videlicet tascam, leudam, foresteriam, glandeam, introitum et exitum, et affrontat ab oriente in torrente de *Proveencher*, de meridie vero in termino de *Ponts*, ab occidente in flumine de *Adadig*, ab aquilone in via que pergit de Archano ad *Pleit Lubi* et ad Agualbam. Sicut iste III<sup>or</sup> affrontationes includunt, sic dono ac laudo domino Deo et milicie *Jherusalem*. Sicut supra scribitur, ob remedium anime mee et parentorum meorum, in manu Petri de Ruiria, servi servorum Dei, et Ugons de Berhano<sup>a</sup> et Arnaldi de Sorgniano, absque fraude et decepcione. Et propter hoc accipio ab illis unum mulum et unum mansum Gausberti de *Prugnanes*, cum omnibus pertinenciis, et unam vineam. Si quis hanc cartam rumpere voluerit, in duplo componat, et cum Juda traditore societur. Que facta est III<sup>o</sup> kalendas julii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, regnante Leodovico anno V<sup>o</sup>. Sig+num Udalgarii, vice comitis, sig+num Petri, filii ejus, sig+num Arnaldi, filii ejus, qui hoc pariter firmaverunt et testes firmare perceperunt. Sig+num Raymundi de *Prats*. Sig+num Guilelmi de Paracollis. Sig+num Gaucelmi de *Viver*. Sig+num Berengarii de Sorgniano.

Ego Bernardus, rogatus, scripsi die et anno quo (SM) supra.

a. Sic B, *llegir* Ugonis de Bezano.

1142, 9 d'agost

*Ramon Arnau, la seva esposa Ricsenda i llurs fills, amb el consentiment de llur senyor Guillem Pere i dels fills d'aquest, Ramon i Guillem, venen a Arnau un mas situat a la parròquia de Sant Pere de Tuïr, pel preu de 6 sous de moneda del Rosselló.*

A Original, pergami deteriorat, amplada 220/240 mm, alçada 115 mm, ADPO, 1B66.<sup>30</sup>


B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, t. V, p. 167-168, segons A.

30. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 2110».

In nomine Domini. Notum sit [omni]bus<sup>a</sup> omnibus<sup>b</sup> tam presentibus quam futuris ut ego Raimundus Arnalli et uxoris mee Ricsendis et infantes [nostri]<sup>a</sup> Bernardo et Petro et Aleaidis, nos omnes insimul, cum consilio et mandamento domino nostro Wuilelmo Petro et filii sui Raimundum et Guilelmum,<sup>c</sup> vendimus tibi Arnallo I<sup>m</sup> mansum nostrum, quem nos abemus vel abere<sup>d</sup> debemus pro qualicumque voce et condam aptavimus<sup>e</sup> de dicto seniori nostro Guilelmo Petro. Et est istum mansum in comitatu Barsillionensi,<sup>f</sup> et in ajacentia<sup>g</sup> Sancti Petri de Toiri, et infra fines et terminos de ejusdem ville, et similiter in eadem villa, et affronta<sup>h</sup> a parte orientis et de meridie in via publica, et de occidentis<sup>i</sup> in manso de dicto Guilelmo Petro, et de aquilonis<sup>j</sup> in manso Pontio *Tron*. Quantum includunt infra istas jam dictas IIII<sup>or</sup> affrontaciones, sic vendimus nos tibi<sup>k</sup> propter pretium qui venit inter nos et tu VI<sup>ex</sup> solidos Rossellis. Et de nostra potestate tradimus et mittimus in tua, ut tu abeas,<sup>d</sup> et cuncte posteritati tue et tuis, sine omni enganno<sup>l</sup> et sine ullo retentu, sicut superius resonat. Et est manifestum. Qui hoc disrumpere voluerit, in duplo componat cum sua melioracione, et inantea ista carta semper remaneat firma. Factum est hoc V<sup>o</sup> idus agusti<sup>m</sup> anni<sup>n</sup> Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, regnante Ledovico rege in Francia anno VI<sup>o</sup>. Sig+num Raimundi Arnalli, et uxoris sue Ricsendis, et infantes eorum Bernardi et Petri et Aleaide. Sig+num Wuilelmi Petri et filii sui Raimundi et Guilelmi hii prescripti, qui hoc firmaverunt et testes firmarique rogaverunt. Sig+num Bernardi Radulfi. Sig+num Bernardi de Lopiani. Sig+num Pontii de Narbona.

Guilelmus, sacer, rogatus, scripsit, cum literis rasis et emendatis in VIII<sup>a</sup> linea, die et anno quod (SM) prefixo.

a. *Forat en A.* b. *Sic A per hominibus.* c. *Sic A per Raimundo et Guilelmo.*  
 d. *Sic A.* e. *Sic A per acaptavimus?* f. *Sic A, cal restituir Rossilionensis, l'escrivà ha manifestament vacil·lat entre una realitat política i una altra de geogràfica: Tuïr, així com una part important situada a l'oest de l'antic comtat carolingi del Rosselló, estava aleshores sotmesa a l'autoritat dels vescomtes de Castellnou/Vallespir, ells mateixos vassalls del comte de Barcelona.* g. *Sic A per adjacentia.* h. *Sic A per affrontat.* i. *Sic A per occidente.* j. *Sic A per aquilone.* k. *Les lletres -bi de tibi han estat escrites posteriorment sobre una raspadura A.* l. *Quatre lletres esborrades després d'engan-no A.* m. *Sic A per agusti.* n. *Sic A per anno.*



## 28

1143 (nou estil), dilluns 1 de març<sup>31</sup>

*Arnau de Sornia es lliura en cos i ànima a Santa Maria i als frares de la milícia del Temple, en mans de mestre Pere de Rovira i d'Hug de Bessan, amb el delme que Guillem Ramon de Corbós tenia per ell, és a dir, el delme de tots els aliments i de la producció en el decimari de Corbós, amb una mitgera d'oli que posseïa a [Pesillà de Conflent] dins l'honor dels frares del Temple. I com que abans havia donat aquest delme al seu fill Arnau, en compensació li dona un mas situat a la vila de Sornia.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 146, acta núm. 236.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 201-202.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXXVII, p. 528.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCXCV, p. 193.

In nomine Domini. Ego Arnaldus de Sorniano, cupiens pervenire ad gaudia paradisi, trado corpus meum et animam meam domino Deo et beate Marie et fratribus Jherosolimitane milicie Templi Salomonis, in manu Petri de Roveria, magistri, et Ugonis de Beciano, cum decima quam Guilelmus Raymundi de *Corbos* tenebat per me, scilicet decimam que mihi contigit de universo nutrimento et labore domus [...]a decimarium de *Corbos*, cum mejeria de oleo, quam habebam in honore predictorum fratrum Templi in [Pediliano]. Et pro ista decima, quam jam dederam Arnaldo, filio meo, dono ei in emendatione unum mansum qui est in villa de Sorniano, in capite prati, cum totis suis pertinentiis. Facta est hujus donationis scriptura kalendis marcii, feria II<sup>a</sup>, anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> II<sup>o</sup> ab incarnatione Domini, regnante Lodovico rege. Sig+num Arnaldi, qui hanc cartam firmavit et firmari rogavit. Sig+num Guilelmi de Sorniano, et Sig+num Berengarii, et Sig+num Arnaldi, et Sig+num Uguonis, filiorum ejus. Sig+num Udalgarii, vicecomitis. Sig+num Petri de Radegueria. Sig+num Guilelmi de *Paracols*. Sig+num Arnaldi de *Cercet*. Sig+num (SM) Uguonis, canonici, qui hoc scripsit.

a. Passatge il·legible, llacuna de 20 mm B.

31. Si l'1 de març de 1143 cau en dimarts, perquè el dia de la setmana i el dia del mes concordin cal doncs afegir un any al 1143. L'escrivà, per tant, aquí ha utilitzat l'estil de Pasqua o més exactament l'estil de l'Encarnació segons el càlcul florentí.

1143, 8 d'abril

*Pere Bernat<sup>32</sup> lliura el seu cos, en la vida i en la mort, a la cavalleria de Jerusalem, així com tres bordes i un hort que posseeix a Sant Feliu d'Amunt. Mentre visqui, conservarà les dues bordes i l'hort que Guillem Guilla té per ell mitjançant dues fogasses, dues gallines i dos sesters de civada, mesura rasa, de cens per la borda, i un diner de cens per l'hort. Revertirà als templers després de la mort del donant. Els templers tindran sense termini la borda que té Guillem Quiquo, que fa donació d'una fogassa, una gallina i un sester de civada, mesura corrent, de cens. Els templers del Masdéu hauran de traslladar el cos de Pere Bernat i fer-li una sepultura semblant a la d'un dels seus confreres. I si, en vida seva, manifesta el desig de lliurar-se personalment, que els templers el rebin i li donin el menjar i l'hàbit com a un d'ells, i rebran llavors les dues bordes i l'hort tinguts per Guillem Guilla. De la mateixa manera, si el seu fill Pere mor sense descendència legítima, els templers tindran tot l'alou que haurà heretat d'ell.*

A Original, pergami, amplada 305/310 mm, alçada 95/105 mm, ADPO, Hp189.<sup>33</sup>

B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 410-411, segons A.

a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXLI, pp. 671-672.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCXCIX, p. 195.

In Dei nomine. Ego Petrus Bernardi, pro remissione meorum peccatorum et pro salute anime mee, dono corpus meum, et in vita et in morte, Deo et cavallarie de Jerussalem,<sup>a</sup> cum tribus bordis et cum uno orto, quod habeo de franco alodio in villa de Sancto Felice Superiori. Duas bordas et ortum tenet Guilelmus Guille, et dat de censu de bordis duas focacias et duas gallinas et duos sextarios rasos de civata, et de orto unum numum.<sup>b</sup> Terciam

32. Es tracta, segons totes les aparences, de Pere Bernat de Castellnou. Autor d'una donació a favor del Temple al mes de març de 1137 (vegeu més amunt l'acta núm. 16), pertanyia a una branca secundària de la família vescomtal de Castellnou, detentora de drets importants sobre la vila de Sant Feliu. L'acta està a més a més subscripta pels cosenyors de Sant Feliu d'Amunt, Gausbert, vescomte de Castellnou, Udalgar, vescomte de Fenolleda, i Pere Gausbert de Sant Feliu, amb els quals el donant tenia segurament lligams de parentiu.

33. Una mà coetània ha escrit a la part inferior de la subscripció les paraules: «Sit omnibus». El document porta al dors la menció «S' Felicis de Monte», dues anotacions del segle XV en català: «Sent Pheliu d'Amunt dos bordes e hun ort» «Sent Pheliu», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1942».

bordam tenet Guilelmus Quiquo, et dat de censu unam focaciam et unam gallinam et unum sextarium currentem de civata. In tali conveniencia facio supradictam donacionem Deo et cavallarie de Jerusalem<sup>a</sup> quod, dum vixero, habeam et teneam ego supradictus Petrus Bernardi duas bordas et ortum que tenet Guilelmus<sup>c</sup> Guille, et cavallaria et modo et semper de hoc die inantea habeat et teneat bordam illam quam tenet Guilelmus Quiquo cum supradicto censu. Et post meam mortem, habeat et teneat cavallaria supradictas duas bordas et ortum que<sup>c</sup> tenet Guilelmus Guille. Et seniores de Manso Dei portent corpus meum, et sepeliant, et faciant pro me sicut pro uno de confratribus. Et si ego in mea vita, vellem relinquere proprium, quod seniores de cavallaria reciperent me, et donarent michi victum et vestitum sicut uni de confratribus, et illi haberent supradictas duas bordas et ortum que tenet Guilelmus<sup>c</sup> Guille. Et iterum, si filius meus Petrus moreretur sine infante de uxore, totum alodium quod filio meo Petro adveniret de me revertatur ad cavallariam. Et est manifestum. Actum est hoc VI<sup>o</sup> idus aprilis, ANNO DOMINI M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XLIII<sup>o</sup>, regnante Lodovico rege in Gallia. S+ignum Petri Bernardi, qui istam cartam fieri jussit et firmavit et testibus firmare rogavit. S+ignum Gosberti, vicecomitis Castri novi. S+ignum Uzalgarii, vicecomitis Fenoleti. S+ignum Petri Gosberti de Sancto Felice.

Rotbertus, gramaticus<sup>d</sup> (SM) rogatus, scripsit die et anno quo supra, cum suprascriptione «Guilelmi Guille».

a. Sic A.    b. Sic A per nummum.    c. Guilelmus afegit a la interlínia A.  
d. Sic A per grammaticus.



## 30

1143, 1 de juliol

*Pere Fillol i les seves germanes Orfeita i Maria, Pere Bru i la seva mare Trutgarç, i llurs hereus, donen a la milícia del Temple, en poder del mestre Pere de Rovira i d'Hugues de Bessan, l'alou que posseeixen a la vila de Ceret, a saber, el mas de Concha amb totes les seves dependències. Fan aquesta donació seguint el consell de Ramon de Contrast i dels seus germans, que la confirmen i prometen no exigir d'ara endavant cap cens o ús en l'extensió d'aquesta honor. Per aquesta confirmació, aquests últims reben 16 sous dels donants.*

- A Original, pergami, amplada 145/295 mm, alçada 80/105 mm, ADPO, Hp186.<sup>34</sup>
- B Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, f. 148, acta núm. 241, segons A.
- C<sup>1</sup> Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 205-206, segons B.
- C<sup>2</sup> Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, p. 409, segons A.
- a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXXIX, p. 336.<sup>35</sup>
- b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCII, p. 197.

In nomine Domini. Ego Petrus Filiolus et sorores mee<sup>a</sup> Orfeita et Maria, et ego Petrus Bruni et mater mea *Trutgarç*, et heredes nostri donamus domino<sup>b</sup> Deo et fratribus milicie Templi Salomonis, presentibus atque futuris, in potestate Petri de Roveria magistri et Uguonis<sup>c</sup> de Beciano, omnem nostrum alodium, quod habemus vel habere debemus in villa que vocatur *Ceret* et in finibus ejus, cum consilio Raimundi de Contrasto et fratrum ejus. Est autem istud alodium mansum de *Concha* cum suis pertinentiis, in casis et casalibus, in heremo et cultu.<sup>d</sup> Totum ab integro donamus predictis fratribus milicie Christi ad faciendum omnes suas voluntates. Et ego Raimundus<sup>e</sup> de Contrasto et mei fratres, scilicet Guilelmus Poncius et Guilelmus Bernardus et Bernardus, clericus, et Arnallus,<sup>f</sup> laudamus et confirmamus hanc donationem bona fide et sine enganno supra nominatis fratribus Templi, ut libere et quiete perpetuo possideant. Et nos neque aliquis posteritatis nostre ammodo<sup>g</sup> non requiramus neque habeamus ullum censum vel usaticum in predicto honore. Et pro hac laudatione et diffinitione quam fecimus,<sup>h</sup> accepimus ab ipsis donatoribus, scilicet a Petro Filiolo et Petro Bruni, XVI solidos. Facta est ista carta hujus donationis anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, kalendis julii, feria V, regnante Lodoico<sup>i</sup> rege. Sig+num Petri Filioli et sororum suarum, et sig+num Petri Bruni, qui hanc cartam firmaverunt et firmari rogaverunt. Sig+num Raimundi<sup>j</sup> de Contrasto et Guilelmi Poncii et Guilelmi Bernardi et Bernardi, clerici, et Arnalli,<sup>k</sup> fratrum ejus. Sig+num Bernardi Teimundi<sup>l</sup>. Sig+num Petri Teimundi.<sup>l</sup> Sig+num Marie. Sig+num Stephanie. Sig+num Jocfredi<sup>m</sup> de *Ceret*. Sig+num Berengarii, fratris ejus. Sig+num Guilelmi Miri.

Sig-(SM)-num Guilelmi, qui hanc cartam, rogatus, scripsit die et anno quo supra.

34. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari a final del segle XIII, una anotació moderna en català: «d'un alou a Ceret», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 2879».

35. Amb l'any erroni 1140.

a. meas *B.*    b. domino omès *B.*    c. Uguonis *B.*    d. culto *B.*    e. Raymundus *B.*    f. Poncius et Guilelmus et Bernardus *B.*    g. amodo *B.*    h. facimus *B.*  
 i. Lodayco *B.*    j. Raymundi *B.*    k. et Poncii et Guilelmi et Bernardi *B.*  
 l. Reimundi *B.*    m. Gaufredi *B.*

## 31

1144 (nou estil), 8 de juny<sup>36</sup>

*Pere Ramon de Brullà i els seus donen a la milícia del Temple llur honor de Brullà situada al lloc anomenat Cent Destres. A canvi, Bernat de Peralada, que actua seguint el manament de mestre Pere de Rovira, de Berenguer de Rovira, el seu germà, i d'Arnau de Sornia, servidors del Temple, els ha donat una almoina de 300 sous i una mula valorada en 150 sous de moneda rossellonesa. Vidià d'Alenyà confirma aquesta donació.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 168v-169, acta núm. 283.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 251-253, segons *B.*

*a* ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXLVI, pp. 799-800.

*b* ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCLVIII, pp. 229-230.

Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod ego Petrus Raymundi de Bruiano et uxor mea Cerdana et filii mei Guilelmus<sup>a</sup> Cerdani et Berengarius, nos pariter donatores sumus domino Deo et militibus Templi Salomonis, quod est in *Jherusalem*, honorem nostrum quem habemus et habere debemus in comitatu Rossilionensi, infra fines et terminos ville Bruiani et in ajacentia<sup>b</sup> Beate Marie, in locum qui vocatur ad Centum Dextres. Affrontat autem prescriptus honor de una parte in via que discurrit de *Bages* apud *Banuls*, de alia parte in camino Franceschi, de III<sup>a</sup> parte in via que exiit de *Bages* et pergit apud Candellum, de IIII parte in Comba de *Darnach*. Quantum includunt jam dicte IIII<sup>or</sup> affrontaciones predicti honoris, sic donamus domino Deo et militibus Templi Salomonis, presentibus et futuris, cum exitibus et regressibus, et cum suis terminis, et cum omnia in se<sup>c</sup> habentia, sine omni enganno et absque ullo retentu, propter amorem Dei et remissione omnium peccatorum nostrorum. Et insuper accepimus de elemosinis Dei et militum Templi predicti solidos CCC et unum mulum per CL solidos ex moneta Rossella, quos dedit nobis Bernardus de Petra lata, per mandatum Petri de *Ruyra*, magistri,

36. Vegeu més amunt la nota 2 de l'acta núm. 8.

et Berengarii, fratris ejus, et Arnalli Soreiani,<sup>d</sup> qui sunt servi et ministri militibus Christi suprascripti Templi. Et est manifestum. Siquis contra istam cartam donationis venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, set componat in duplo cum sua melioratione, et inantea firma et stabilis permaneat semper. Actum est hoc VI° idus junii, anno ab incarnatione Domini M° C° XLV°, regnante Ludovico rege VII° anno. Sig+num Petri Raymundi de Brujano, Sig+num Cerdane, uxoris ejus, Sig+num Guilelmi Cerdani, Sig+num Berengarii, filiorum ejus, qui istam cartam donationis fieri jusserunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Vidiani de Aleniano, qui hoc laudavit et firmavit. Sig+num Guilelmi de *Bages*. Sig+num Bernardi de *Bages*. Sig+num Olibe de Candello. Sig+num Petri Olibe de *Bainuls*. Sig+num Guilelmi Calvatii. Sig+num Petri Poncii de Brujano.

(SM) Petrus, monachus et sacerdos, rogatus, scripsit die et anno quo supra.

a. Guilelmi B.    b. Sic B.    c. se *afegit a la interlínia B.*    d. Sic B, *corregir Sorniani.*

### 32

1144, 4 de setembre

*Ramon de Montesquiu, malalt, fa testament. Lliura el seu cos i la seva ànima a Santa Maria del Masdéu, al mestre Pere de Rovira i al frare Bernat de Peralada. Deixa als frares de la milícia l'alou constituït per masos i bordes situats a les Cluses, a Vallbona i a Terrades. Els dóna a més a més un altre alou a Alenyà, és a dir, tot el que havia heretat del seu pare, amb el seu millor cavall i la seva roba, i 80 morabatins i besants, i un busal de sendal. Llega un cavall al Sepulcre de Nostre Senyor, un mul i els seus guarniments a l'Hospital de Jerusalem, 20 sous melgoresos al bisbe d'Elna, 20 sous a l'obra de Santa Eulàlia, ídem al convent de Santa Maria d'Arles, ídem al convent de Santa Maria del Camp, ídem a Santa Maria del Vilar, ídem a Santa Maria d'Espirà i a Sant Salvador del Masdéu.<sup>37</sup> Deixa 100 sous a la seva germana Ermessenda de Rabós, o al seu fill si aquesta mor abans d'ell. Al seu nebot Bernat li*

37. Es tracta del priorat de Sant Salvador de Cirà.



*deixa la seva honor de Nils, així com tots els feus que té pel seu germà Bernat, i que els tingui pel seu germà Guillem, i li llega igualment el feu que té pel comte Gausfred a Tresserra. I que la resta dels seus béns mobles serveixi per a pagar els seus deutes i els convits funeraris dels dies setè i trentè. Llegat al seu nebot Bernat el condomini de Vilanova de la Muga que ha empenyorat a Guillem de Vilanova per 60 morabatins, amb el feu. Mana al monjo Ramon i a Bernat de Peralada que vetllin per l'execució d'aquest testament.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 43r-v, acta núm. 69.  
 C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 241-244, segons B.  
 a ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXLIV, pp. 719-720.  
 b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCXXXIX, pp. 220-221.

In nomine Domini. Ego Raymundus de Monte Esquivo jaceo in egritudine et timeo ut non veniat<sup>a</sup> mihi subito repentina mors, ideo facio hoc meum testamentum scribere, ut si mors mihi advenit, distribuo omnem meum mobile et immobile sicut hic fuerit scriptum. In primis, dimitto<sup>b</sup> corpus et animam meam in manu Dei omnipotentis et Beate Marie Dei genitricis de Manso Dei, et in manu de fratribus milicie Christi Jherusalem, scilicet Petri de Ruir, magistri, et Bernardi de Petra Lata, fratri. Et dimitto<sup>b</sup> in remissione peccatorum meorum Deo et predictis fratribus milicie Christi alodium meum, scilicet mansos et bordas qui sunt ad Clusam, in Valle Bona et ad *Terrades*, quantum ibi habeo et possideo. Et insuper, dono et dimitto<sup>b</sup> domino Deo et sue milicie predictae alium alodium meum in Aleiano, quantum ibi mihi dimisit pater meus pro hereditate, cum cavallum meum meliorem et guarnimentum meum, et inter morabatinos et *besanz* LXXX, et *busal* I de *celand*; et ad Sepulcrum Domini, cavallum meum *laur*; et ad Hospicium de *Jherusalem*, mulum meum cum suo enselamento. Et dimitto<sup>b</sup> ad episcopum Elne xx solidos malguriensium; et ad operam Sancte Eulalie alios xx solidos malguriensium; et ad conventum Sancte Marie de Arulis xx solidos malguriensium; et ad conventum Sancte Marie de Campo alios xx solidos malguriensium; et ad Sanctam Mariam de *Vilar* xx solidos malguriensium; et ad Sanctam Mariam de Aspirano xx solidos malguriensium; et ad Sanctum Salvatorem de Manso Dei xx solidos malguriensium. Et dimitto<sup>b</sup> ad sororem meam Ermisendis de *Rabedos* C<sup>m</sup> solidos malguriensium; et si illo tempore viva non fuerit, habeat insimul nepoti mei, filii sui. Et dimitto<sup>b</sup> ad nepotem meum, Bernardum,

honorem meum de *Agils*. Et omnes fevos quos teneo per Bernardum, fratrem meum, ubicumque teneo et possideo, dimitto<sup>b</sup> nepoti meo, predicto Bernardo, et teneat similiter per fratrem suum Guilelmum. Et dimitto<sup>b</sup> fevum quem teneo per Gaufredum comitem in Traserra Bernardo, predicto nepoti. Et de meo mobile quod remanet extra hoc quod superius est scriptum, sint soluti debiti mei et convivium meum ad VII<sup>mam</sup> diem et trigenarium diem similiter; et quid superfuerit, sit datum pro anima mea. Et condemniam de Villa nova de Samuga, quam misi in pignore<sup>c</sup> ad Guilelmum de predicta Villa nova, que est de fevo, per LX morabatinos, dimitto<sup>b</sup> predicto Bernardo, nepoti meo, cum predicto fevo qui ibi est. Sicut superius scriptum, sic mando Raymundo, monacho, et Bernardo de Petra Lata, ut sit adimpletum pro anima mea. Actum est hoc II<sup>e</sup> nonas septembris, anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> III<sup>o</sup> a nativitate Christi. Sig+num Raymundi, qui istum testamentum scribere jussi, firmo et laudo, testibus firmare rogo. Sig+num Bernardi de Petra lata. Sig+num Berengarii de Aleiano. Sig+num Raymundi de Valle bona. Sig+num Armentera.

Raymundus, monachus, qui hoc scripsit (SM).

a. venia B.    b. dimito B.    c. pignora B.

### 33

1145, 26 d'octubre

*Bernat Berenguer, vescomte de Tatzó, i el seu fill Hug, d'una banda, i Gausfred [III], comte de Rosselló, d'una altra banda, solucionen amistosament el litigi que els enfrontava a propòsit de la possessió de l'honor de Pujols. Bernat Berenguer i el seu fill restitueixen aquesta honor al comte Gausfred, tal com la posseïa abans de la guerra que els havia enfrontat; en canvi, Gausfred renuncia a totes les diligències que havia entaulat en contra d'ells per culpa dels danys que havien comès a causa d'aquesta honor.*

A' Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami munitat, amplada conservada 270 mm, alçada 150 mm, ADPO, 1B5.<sup>38</sup>


38. Tota la part superior de la banda esquerra del document (cara de carn) està rosegada. Porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2149», i una anàlisi del segle XIX de l'arxiver B. Alart.

- B* Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, t. V, pp. 168-169, segons *A'*.  
*a* ALART, *Sem. rel.*, 1885, acta núm. CXLVII, pp. 815-816, segons *A*.

Manifestum sit omnibus hominibus quod contencio fuit inter me Bernardum Berengarii, vicecomitem de Tacione, et Ugonem, filium meum, et te Gaufredum, Russulionensem<sup>a</sup> comitem, de ipso honore de *Pugols*, quem nos predicti tibi predicto comiti clamabamus, et de magnis malefactis que nos fecimus tibi pro ipso honore. De quibus contencionibus quamvis tu predictus Gaufredus comes voluisses facere nobis tuum directum et accipere nostrum, tamen cum nostris amicis nos ipsi vi[di]mus in nostrum melius per consilium convenire tecum, quam per directum, sicut inferius scriptum est. Ego Bernardus Berengarii, vicecomes de Tacione, et Ugo, filius meus, evacuamus, dimittimus et sine omni enganno diffinimus tibi, prescripto Gaufrido comiti, et omni tue posteritati, totum honorem de *Pugols* ab integro, quem tibi clamabamus, sicut tu melius habebas et tenebas et possidebas in illa die in qua guerra se comovit inter nos, aut tu, aut aliquis per te. Et ego Gaufredus predictus comes, sine omni enganno et sine omni reservatione, diffinio tibi, prescripto Bernardo Berengarii, et filio tuo Hugoni, omnes clamores quos de vobis habebam, et omnia malefacta que michi fecistis pro ipso honore de *Pogols*. Siquis contra hanc cartam diffinicionis venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat in dupplo<sup>b</sup> cum sua melioracione. Actum est hoc VII<sup>o</sup> kalendas novenbris,<sup>c</sup> anno Chisti M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, regnante Lodovico rege in Francia. S+num Bernardi Berengarii, vicecomitis de Tacione. S+num Ugonis, filii ejus, qui hanc cartam fieri jusserunt, firmaverunt testesque firmare rogaverunt. S+num Guilelmi de Foliano. S+num Berengarii de Coco Liberi. S+num Petri Ferrandi. S+num Berengarii de Villa Arnalli. S+num Caboti de Tacione. S+num Ramundi Catalani. S+num Guilelmi de Sancto Juliano.

Rotbertus rogatus scripsit (SM).

- a. *Sic A per* Rossilionensis.    b. *Sic A per* duplo.    c. *Sic A per* novembris.



## 34

1146, 8 de febrer<sup>39</sup>

*Gausfred [III], comte de Rosselló, confirma la compra de dos molins feta a Pere Vicenç pels cavallers de la milícia del Temple, sigui quin sigui el lloc on siguin traslladades les edificacions que acullen aquests molins.<sup>40</sup> El comte es reserva el cens de 12 diners de moneda rossellonesa. Per aquesta donació ha rebut 30 sous de les mans de Bernat de Peralada, servidor de la milícia.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 6v-7, acta núm. 16.

*a* ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CXLIX, p. 16.

*b* ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCLXXXVIII, p. 245.

In nomine Domini. Ego Gaufredus comes dono et laudo domino Deo et milicie Templi Salomonis et militibus ibi habitantibus, presentibus et futuris, duos molendinos, quos milicia emit de Petro Vincencii. Sicuti ille vendidit jam dicte milicie, sic dono et laudo sine omni enganno ipsos duos molendinos, ubicumque fuerint mutatos ipsos *monnars* in quo sunt jam dicti molendini, salvo meo censu, scilicet XII denariis rossellis, jam dicte milicie, propter amorem Dei et pro remissione omnium peccatorum meorum. Et per istum donum accepi ego Gaufredus comes XXX solidos ex denariis rossellis, quos mihi dedit Bernardus de Petra Lata qui est servus prefate milicie. Et est manifestum. Siquis contra istam cartam donationis venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, set componat in duplo cum sua melioratione et inantea firma et stabilis permaneat. Actum est hoc VI° idus febroarii, anno ab incarnatione Domini M° C° XL° VI°, regnante Lodoyco rege VIII° anno. Sig+num Gaufredi comitis, qui istam cartam donationis et laudationis fieri jussit, firmavit et testes firmare rogavit. Sig+num Berengarii, vicarii. Sig+num Poncii de Cocoliberi. Sig+num Scarboti. Sig+num Bernardi Amalvini. Sig+num Raymundi Guilelmi de Curia.

(SM) Petrus, monachus et sacerdos, rogatus, scripsit, cum litteris<sup>a</sup> rasis in I<sup>a</sup> linea, die et anno quo supra.

a. literis *B*.

39. Vegeu més amunt la nota 2 de l'acta núm 8.

40. Aquests molins estaven situats a Perpinyà, com ho atesta l'acta següent.

## 35

1146 (nou estil), 2 de juliol<sup>41</sup>

*Pere Robert, el seu germà Joan Robert i llurs esposes venen als confreres de la milícia del Temple la meitat d'un molí que tenen de l'acapte fet per Ramon Vicenç i Arnau Pere. Els venedors reben 200 sous de moneda rossellonesa de Bernat de Peralada, servidor i confrere de la milícia. Aquest molí se situa a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 7, acta núm. 17.

a ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLVIII, p. 208.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCCLVII, p. 284.

In nomine Domini. Ego Petrus Rotberti, et Johannes Rotberti, frater meus, et uxores nostras, *Berengera* et Blanca, nos pariter venditores sumus domino Deo et milicie Templi Salomonis confratribus ibi manentibus, presentibus et futuris, dimidium molendinum, sicuti habemus vel habere debemus in accapite quod fecerunt Raymundus Vincencii et Arnaldus Petri. Est<sup>a</sup> autem prescriptum molendinum, unde vendimus nostram medietatem, de oriente in *exagador*, de meridie in molendino prescripte milicie, de occidente in cabe-dago, de circii in molendino Petri Vincencii. Quantum includunt jam dicte IIII affrontationes prescripti molendini, sic vendimus prescripte milicie et confratribus ibi adstantibus, presentibus et futuris, nostram medietatem quam in eo habemus, cum exitibus et regressibus, et cum suis terminis, et cum omnia in se habentia et pertinentia, propter solidos CC ex denariis rossellis, quos accepimus de manibus Bernardi de Petra Lata qui est servus et confrater prescripte milicie. Est autem supradictum molendinum, unde vendimus nostram medietatem, in comitatu Rossellionensi, infra fines et terminos ville Perpiniani et in adjacencia Sancti Johannis. Et est manifestum. Siquis contra istam cartam venditionis venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, set componat in duplo cum sua melioratione, et inantea firma et stabilis permaneat semper. Actum est hoc VI° nonas julii, anno ab incarnatione Domini M° C° XL° VII°, regnante Ludvico rege VIII° anno. Sig+num Johannis Rotberti, (Sig+num Petri Rotberti),<sup>b</sup> qui istam cartam venditionis fieri jusserunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Berengere. Sig+num Blance, uxorum

41. Vegeu més amunt la nota 2 de l'acta núm 8.

eorum. Sig+num Petri Vincencii. Sig+num Bernardi Amalvini. Sig+num Petri de Sancta Maria.

(SM) Petrus, monachus et sacerdos, rogatus, scripsit die et anno quo supra.

- a. *Sic B, s'esperava més aviat* affrontat.    b. *Subscripció omesa B.*

### 36

1146, 15 de juliol

*Arnau Pere de Pesillà es dóna a la milícia del Temple amb tot l'alou que té a Pesillà [de Conflent] i a Prats [de Sornià], en presència del mestre Berenguer de Rovira, dels frares Bernat de Fenollet, Ponç de Laval i Seguíer, i de Guillem Gros.*

A Original, pergami, amplada 310 mm, alçada 80/95 mm, ADHG, H Malte Homps 4, doc. núm. 4.<sup>42</sup>

a ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCCII, p. 253. Anàlisi del 1704 en francès: ADHG, H Malte, inv. núm. 76, f. 81v.<sup>43</sup>

In nomine Domini. Quem<sup>a</sup> ego Arnaldus Petri de Pidilano dono domino Deo Jhesu Christo et milicie Templi Jherosolimitani meum corpus atque me ipsum et omnem meum alaudem quem habeo et habere debeo in predicta villa Pidilano et in terminis ejus, et in terminis de Pratis. Prefatum alaudem et me ipsum dono Deo et jam dicte milicie Templi Salomonis, et fratribus ejusdem loci ibi Deo servantibus, presentibus et futuris, ad faciendas omnes voluntates eorum per omnia, et de meo jure in suorum trado illum dominio, in presentia Berengarii de Ruyra, magistri, et Bernardi de Funuleto, et Poncii de Valle et Segarii, fratrum, et Guilelmi Grossi. Siquis hoc disrumpere voluerit, agere non valeat, sed in duplo componat, et hoc donum firmum et stabile permaneat. Actum est hoc idibus julii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>, anno X<sup>o</sup> regni Luduici.

42. El document porta al dors la menció del segle XII: «villa Pidilano», una anotació del segle XV: «de Pizihanello», dues anàlisis modernes i la signatura topogràfica «n<sup>o</sup> 4».

43. «Donnation faite au sr commandeur par Arnaud Pierre de Pedilhan de tout ce qu'il avoit a la ville et juridiction de Pedilhan, en datte de l'an 1146 en parchemin cotté n<sup>o</sup> 4.» [«Donació feta al senyor comanador per Arnau Pere de Pesillà de tot el que tenia a la vila i jurisdicció de Pesillà, amb data de l'any 1146 en pergami numerat amb el núm. 4.»]

Sig+num Arnaldi Petri, qui hoc firmo et firmari rogo. Sig+num Udalgarii vicecomitis. Sig+num Petri de *Fonolet*. Sig+num Berengarii de Sorniano. Sig+num Petri de Pidilano. Sig+num Arnaldi junioris de Sorniano.

Johannes, qui hoc scripsit die et (SM) anno quo supra.

a. *Sic A per sit notum cunctis quod.*

### 37

1146, 21 de setembre<sup>44</sup>

*Ramon, comte de Barcelona i príncep d'Aragó,*<sup>45</sup> *dóna als frares de la milícia del Temple de Jerusalem, representats pel mestre Pere de Rovira, el mas on viu Pere de Cirac, així com aquest terratger amb tots els seus béns.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 6v, acta núm. 15.

a ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLV, p. 128.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCCVII, pp. 255-256.

Notum sit omnibus quod ego Raymundus, comes Barchinonensis Dei gracia et princeps Aragonum, dono et offero omnipotenti Deo ac sancte milicie Jherosolimitani<sup>a</sup> Templi fratribus, presentibus et futuris,<sup>b</sup> mansum ipsum cum omnibus pertinentiis suis, quem inhabitat Petrus de *Cirach*. Et dono vobis jam dictum Petrum cum omnibus rebus suis et manso dicto jam pertinentibus. Et trado vobis jam dictum mansum et omnibus successoribus vestris, cum omnibus pertinentibus suis et cum ipso homine, in remissione peccatorum meorum et pro salute anime mee, ad habendum et tenendum et in perpetuo jure possidendum. Facta est donatio ista XI kalendas octobris, anno X<sup>o</sup> regni Lodovici regis junioris, in manu Petri de Rovera predicto sancte milicie magistri.

Sig+num Raymundi comitis.<sup>c</sup> Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Guilelmi de Sopiratis. Sig+num Guilelmi de *Paracols*. Sig+num Perelle. Sig+num Raymundi Bernardi de Guardia.<sup>d</sup> Sig-(SM)-num Rotberti, hujus carte scriptoris. Sig-(SM)-num Poncii, scriptoris comitis, qui precepto comitis carta hujus extitit auctor die et anno quo supra.

a. Jherolimitani B.    b. futura B.    c. comes B.    d. Grudia B.

44. El desè any del regnat de Lluís VII comença l'1 d'agost de 1146.

45. Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona: juliol de 1131 - † 26 d'agost de 1162; príncep d'Aragó: novembre 1137-1162.

## 38

1146, 18 d'octubre

*Arnau dona a la milícia del Temple una part del seu alou constituït per possessions a Ortafà, Bages i Brullà, i la meitat de tota l'honor que posseeix amb el seu nebot Pere a Cànoes i a Toluges. I si la seva filla Miria morís sense cap fill legítim, la milícia tindria tot l'alou que li ha donat en dot i un mas situat a la vila de Bages. Posa aquesta donació a les mans del mestre Pere de Rovira i del seu germà Berenguer.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 169, acta núm. 284.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, p. 262, segons *B*.

*a* ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLII, p. 64.

*b* ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCIX, p. 257.

In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Arnallus dono domino Deo et milicie Templi Salomonis unam porcionem de meo alodio pro remedio anime mee et parentorum meorum, scilicet medietatem vinee de Denubio; et medietatem ipsius *fex* terre que affrontat in via que vadit de Bagis ad Elnam; et medietatem ipsius *fexe* terre que affrontat in honore Dalmacii de Ortaphano et a parte orientis in honore Sancte Eulalie; et medietatem ipsius terre que est ad Podium Bernardi Poncii de Ortafano; et medietatem campi qui est in loco apellato de *Figuera*; et medietatem ipsius *fexe* terre que est prope de isto campo; et medietatem ipsius terre que est in loco apellato ad *Destres*, et medietatem tocius honoris quem habeo, et ego et Petrus, in *Canues* et in *Tuluges*. Et insuper dono eidem predictae milicie omnem aliud alode unde maritavi filiam meam, si ipsa filia mea Miria obierit sine infante legitimo, ita quod sit proprium alodium prescripte milicie; et unum mansum in villa de Bagis, qui affrontat a parte orientis et a meridie in alodio predictae milicie. Et hoc totum, ut superius resonat, abstraho de mea potestate et mito in potestate et in jus prefate milicie, in manu Petri de Ruyra et Berengarii, fratris ejus, magistri milicie quem citra mare est. Et est manifestum. Siquis contra hoc venerit ad irrumpendum, non valeat, set in duplo componat, et postea firmiter permaneat. Factum est hoc XV° kalendas novembris, anno M° C° XL° VI° Christi, regnante Ledovico rege in Francia. Sig+num Arnalli, qui hoc fieri jussi, laudo, firmo et testes firmare rogo. Sig+num Petri, nepotis mei. Sig+num Mirie, filie mee. Sig+num Poncii, gener mei. Sig+num Guilelmi militis de Bagis. Sig+num Raymundi, capellani.



Guilelmus, sacerdos, rogatus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

## 39

1146, 18 d'octubre

*Pere*<sup>46</sup> *dóna a la milícia del Temple el seu alou constituït per possessions a Ortafà, Elna, Bages i Brullà, i tota l'honor que posseïx a Cànoes i a Toluges, i tres feixes situades a Montescot que estan empenyorades per 9 sous melgoresos. Posa aquesta donació a les mans del mestre Pere de Rovira i del seu germà Berenguer.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 169r-v, acta núm. 285.

*a* ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLIII, p. 80.

*b* ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. CCCCVIII, p. 256.

In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Petrus, pro redemptione anime mee et parentorum meorum, dono et concedo domino Deo et milicie Templi Salomonis omnem ipsum alodium quod habeo et habere debeo, ubicumque habetur et scietur et modo [pro me] possidetur vel ab aliquo per me, sine ullo retentu et sine enganno, meam partem de vinea Danubii, et de [...] <sup>a</sup> que affrontat in via que vadit de Bagis ad Elnam; et meam partem ipsius terre que affrontat in alodio Sancte Eulalie ad Portellum de Elna; et campum de *Figuera*; et meam partem ipsius feixe que est prope istum campum, et aliam ad *Cit destres*; et aliam faxam ad *Vassam*; ad *Travesseram* aliam faxam; aliam faxam ad *Figueram*, juxta alodium Sancti Andree de Bagis; et aliam faxiam in eodem loco, juxta alodium Sancte Marie de Campo; et aliam faxam in eodem loco; ad *Mileroles* aliam faxiam, juxta alodium Sancti Andree; et aliam faxam ad *Pratum*, ad *Canadals*; <sup>b</sup> et unum mansum qui affrontat a parte orientis in honore Hospitalis et ab aquilone in alodio Sancte Eulalie; et ipsum totum honorem quem habeo et habere debeo in *Canues* et in *Tuluges*; et III alias feixas in Monte *Eschot*, que sunt in pignore propter VIII solidos malguriensium. Et totum hoc, ut superius resonat, abstraheo de mea potestate et mitto <sup>c</sup> in potestatem domini Dei et milicie Templi Salomonis, in manu Petri et <sup>d</sup> Berengarii, fratrum de *Ruyra*, qui sunt magistri

46. Es tracta del nebot o del nét d'Arnau que disposa en l'acta precedent i que subscriu aquesta.

milicie que est citra mare. Et est manifestum. Siquis contra hoc venerit ad irrumpendum, non valeat quod requirat, set in duplo componat, et postmodum firmiter permaneat omni tempore. Factum est hoc XV° kalendas novembris, anno M° C° XL° VI, regnante Lodovico rege. Sig+num Petri, qui hoc jussi fieri, laudavi et firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Arnalli Angulinum. Sig+num Mirie, consanguinee mee. Sig+num Poncii, mariti sui. Sig+num Guilelmi, militis de Bagis. Sig+num Petri Saturniani, presbiteri. Sig+num Raymundi, fratris capellani.

Guilelmus, sacerdos, rogatus, scripsit hoc die et anno quo supra.

a. Paraula il·legible B. b. Sic B, falta versemblantment un membre de frase abans d'aquest topònim. c. mito B. d. Petri Berengarii B.

#### 40

1147 (estil antic), 4 de març

*Gaucelm de Leucata i els seus fills donen a Gausbert de Sant Hipòlit, al seu germà Arnau i al seu fill Pere la meitat de tota l'honor situada a Sant Hipòlit, és a dir, els seus homes i els seus alous, que Gaucelm havia heretat del seu pare, excepte el camp situat darrere els horts. Gausbert, Arnau i Pere els restitueixen aquests béns en feu, amb la condició que Gaucelm i els seus successors els tinguin sempre per ells. Prometen donar-los suport amb llur castell i llurs homes. Gaucelm i els seus fills prometen ajudar i donar suport a Gausbert de Sant Hipòlit i als seus contra tots els homes, excepte contra Gausbert de Leucata.*

A' Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami, amplada 310/405 mm, alçada 830/860 mm, ADPO, 1B42.<sup>47</sup>

B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, t. V, pp. 209-210, segons A'.

a ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLVI, pp. 175-176.

Notum sit cunctis hominibus, presentibus et futuris, quod ego Gauzelmus de Locata, et infantes mei, bono animo et gratuita voluntate, donamus tibi Gauberto de Sancto Ipolito, et fratri tuo Arnaldo, et filio tuo Petro, medietatem tocius mei honoris qui

47. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3035».

advenit michi, Gauzelmo, hereditate patris mei, et quem habeo in adjacencia Sancti Ipoliti, in villa et in terminiis, scilicet homines et mea alodia que habeo et habere debeo, extra campum meum qui est retro ortos. Quomodo nominatur, sic nos predicti trahimus medietatem tocius honoris de notre jure et nostra potestate et dominio, et tradimus in vestrum jus, et in vestra potestate mittimus ac derelinquimus per alodium vestrum. Et iterum nos, predicti Gaubertus et Arnaldus atque Petrus, donamus vobis, predictis Gauzelmo et infantibus tuis, ipsam medietatem hujus honoris suprascripti ad fevum, hoc pacto ut semper teneatis per nos dominos. Et adhuc convenimus vobis ut simus adjutores et manutentores et *valedors* de vestris corporibus et membris et de hac honore et alio de omnibus hominibus et de omni alio honore, quem modo habetis et antea cum nostro consilio adquisieritis, nos valeamus et manuteneamus cum nostro castello et nostris hominibus. Iterum ego Gauzelmus et infantes mei convenimus vobis, Gauberto et Arnaldo ac Petro, quod valeamus vobis et adjuvemus et manuteneamus de vestris corporibus et membris et de honore vestro, quem modo habetis et antea cum nostro consilio adquisieritis de cunctis hominibus, extra Gaubertum de Leucata. Et est manifestum. Qui voluerit disruptere in duplo componat et firmiter maneat. Actum est hoc IIII nonas marcii, anno M° C° XLVII° ab incarnatione Christi, regnante rege Lodoico in Francia. Sig+num Gauzelmi et infantum ejus, qui hoc fieri jusserunt, laudaverunt testesque firmare rogaverunt. Sig+num Gauberti, et fratris ejus Arnaldi, et filii Petri, qui hoc fieri jusserunt, laudaverunt testesque firmare rogaverunt. Sig+num Berengarii *Sarier*. Sig+num Bernardi *Sarier*. Sig+num Guilelmi *Creat*. Sig+num Rigaldi *Cocos*. GUILLELMUS, levita, (SM) scripsit, rogatus et jussus.

## 41

1148 (a. st.), 19 de febrer

*Gausbert Gutmar, el seu germà Ramon Gutmar i la seva muller Maria donen als templers dues peces de terra de llur alou, amb un hort petit i els arbres que hi ha, situats a la parròquia de Sant Pere de Paçà, al lloc anomenat la coma de Tovo; a canvi, fra Arnau de Sant Cebrià, amb l'acord de Ripert i d'altres frares de la milícia, els dóna 70 sous de moneda rossellonesa. Bernat de Paçà, canonge de Santa Eulàlia [d'Elna], dóna als*

*frases de la milícia una peça de terra del seu alou situada al lloc anomenat la coma de Tovo; a canvi, fra Arnau de Sant Cebrià li dóna 40 sous. Els templers canvien amb Ponç, prior, i tots els clergues i conversos de Santa Maria del Camp aquestes tres peces de terra per un camp situat prop de la casa dels templers.*<sup>48</sup>

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 70r-v, acta núm. 110.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 268-271, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLXI, pp. 271-272.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. DXLVIII, pp. 335-336.


In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego Gosbertus Gutmar, cum fratre meo, Raymundo Gutmar, et cum uxore mea, Maria, insimul nos omnes donamus domino Deo et fratribus milicie Templi Salomonis de nostro alodio duas pecias de terra, propter redemptionem<sup>a</sup> animarum nostrarum et parentum nostrorum. Sunt autem pecie de terra in termino Sancti Petri de Paciano,<sup>b</sup> ad locum qui vocatur Coma de Tovo, cum uno ortello et arboribus que ibidem sunt, affrontant vero orientis in eadem cumba, a meridie in via que ducit de Paciano ad Sanctum<sup>c</sup> Stephanum, ab occidente in terra Petri Irimballi, ab aquilone in via que exit de Paciano ad Turderas. Quantum infra istas affrontaciones includitur totum, sine ullo retentu, abstrahimus<sup>d</sup> de nostro jure et potestate et mittimus<sup>e</sup> in jus et potestatem fratrum milicie Templi prescripte, sine enganno. Et ego Arnallus vocatus de Sancto Cipriano, cum consilio Ruberti et aliorum amicorum meorum fratrum prelibate milicie, donamus vobis prelibatis septuaginta solidos rossellonensium<sup>f</sup> pro caritate. Et ego Bernardus de Paciano, canonicus Sancte Eulalie, dono domino Deo et fratribus prefate milicie, de meo alodio unam petiam de terra, pro redemptione anime mee. Est autem pecia predicta de terra in termino Sancti Petri de Paciano, in loco qui vocatur Cumba de Tovo, affrontat vero a parte orientis in eadem cumba, a meridie in via que vadit de Paciano ad Sanctum Stephanum, ab occidente in terra Iramballi, ab aquilone in via que exit de Paciano<sup>g</sup> ad Turderas. Quantum infra istas affrontaciones includitur totum, sine ullo retentu, abstraho<sup>h</sup> de meo jure et potestate et mitto<sup>i</sup> in jus et potestatem fratrum prelibate milicie, sine ullo enganno. Et ego Arnaldus prescriptus frater tuus, cum consilio fratrum premissae milicie, donamus tibi prescripto Bernardo XL solidos pro caritate.

48. Es tracta versemblantment del Masdeú.

Et ego predictus Arnallus, cum Ruberto et aliis nostris fratribus, donamus et excambiamus domino Deo et Beate Marie de Campo et tibi, Poncio, priori ejusdem loci, et tuis successoribus et omnibus clericis et conversis ibidem servientibus Deo, prescriptas istas tres [petias]<sup>j</sup> de terracum predicto ortello et arboribus, et cum suis exitibus et regressibus et affrontacionibus ad proprium alodium, pro uno [campo]<sup>k</sup> quem Poncius, prior Sancte Marie, cum clericis ejusdem loci, donas et excambias nobis, fratribus milicie Templi. Et abstrahimus<sup>d</sup> ipsas tres pecias de terra de nostro jure et potestate et mittimus<sup>e</sup> in potestatem vestram sine ullo enganno et sine retentu. Et ego prescriptus Poncius, prior Sancte Marie, cum clericis ejusdem loci, donamus et excambiamus tibi Arnallo prefato, et fratribus milicie Templi, ipsum campum qui est prope cellulam vestram ad proprium alodium, pro prelibatis tribus peciis de terra, affrontat autem predictus campus a parte<sup>l</sup> orientis, in via que vadit ad Cavalleriam ad Pontellanum, a meridie in terra vestra, ab aquilone similiter, et<sup>m</sup> ab occidente in terra nostra. Quantum infra istas affrontaciones includitur totum, sine ullo retentu, abstrahimus<sup>d</sup> de nostra potestate et mittimus<sup>e</sup> in vestram potestatem, sine ullo enganno. Et est manifestum. Siquis contra hanc scripturam ad irrumpendum venerit, non valeat vindicare quod requirat, set in duplo componat cum sua melioracione. Factum est hoc XI kalendas marcii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Ludovico rege in Francia. Sig+num Guotberti Gutmar, Sig+num Raymundi, Sig+num Marie, qui hoc jussimus fieri, laudamus et testes firmare rogamus. Sig+num Bernardi, canonici Sancte Eulalie, qui hoc jussi fieri, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Arnalli de Sancto Cipriano, Sig+num Rotberti, qui hoc jussimus fieri, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Poncii, prioris Sancte Marie, qui, cum clericis ejusdem loci, hoc fieri laudavimus, testes firmare rogavimus. + Artallus, Elenensis episcopus. Sig+num Berengarii de Caneto, archidiachoni Elenensis. Sig+num Guilelmi de *Bages*.

Arnallus, presbiter, rogatus, scripsit sub die et (SM) anno quo supra.

- |                             |                      |                      |                          |                          |
|-----------------------------|----------------------|----------------------|--------------------------|--------------------------|
| a. redeptionem <i>B.</i>    | b. Paciono <i>B.</i> | c. Fede <i>B.</i>    | d. abstrahimus <i>B.</i> | e. mitimus <i>B.</i>     |
| f. rossellonenses <i>B.</i> | g. Pacione <i>B.</i> | h. abstrao <i>B.</i> | i. mito <i>B.</i>        | j. petias omès <i>B.</i> |
| k. campo omès <i>B.</i>     | l. pare <i>B.</i>    | m. e <i>B.</i>       |                          |                          |



## 42

1148, 25 de juny<sup>49</sup>

*Arnau de Nils, la seva esposa Estefania i llurs fills Guillem Jordà i Bernat de Sant Gil deixen a la milícia del Temple tots els drets de senyoria directa que tenen sobre el camp de Vidrer, situat a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca. Cedeixen igualment un colomar siti a Vilamulaca, amb dos habitatges al seu interior. En compensació, rebran una almoïna de 20 sous de diners de moneda rossellonesa de les mans de Ripert, servidor dels cavallers de Crist.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 197v-198, acta núm. 345.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 272-273, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLXIII, pp. 335-336.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. DXXII, pp. 321-322.

In nomine Domini. Ego Arnaldus de *Ainils* et uxor mea Stephania et infantes nostri Guilelmus Jordani et Bernardus Sancti Egidii, nos pariter diffinimus et evacuamus et jacimus<sup>a</sup> domino Deo et milicie Templi Salomonis et militibus Christi, presentibus et futuris, ad ipsum locum pertinentibus, omnes nostras voces et omnes nostros *dretatges* quos habemus et habere debemus in campo de Vitrerio, qui est in termino Ville mulache et in adjacentia Sancti Juliani. Affrontat autem prescriptus campus de oriente in Comba de Aqua, de meridie et de occidente in strata publica, de aquilone in campo Dalmacii. Item, diffinimus et evacuamus et jacimus<sup>a</sup> prefate milicie I columbarium, cum duabus mansionibus quas habemus intus, in Villa mulacha prenominata, cum exitibus et regressibus et cum illis affrontationibus, sine omni enganno. Quantum includunt jam dicte III<sup>or</sup> affrontationes prescripti campi, sic diffinimus et jacimus<sup>a</sup> et evacuamus domino Deo et prefate milicie, sicut superius resonat, cum exitibus et regressibus et cum suis terminis et cum suis pertinentiis, insimul cum predicto columbario et prefatis mansionibus, sine omni enganno, propter solidos xx ex denariis Rossellis, quos dedit nobis Ripertus in karitate Dei, qui est servus et minister militibus Christi. Et est manifestum. Siquis contra istam cartam diffinitionis et evacuationis et jachitionis<sup>b</sup> venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vendicare quod requirit, set componat in duplo cum sua melioratione, et inantea firma

49. Vegeu més amunt la nota 2 de l'acta núm. 8.

et stabilis permaneat semper. Actum est hoc VII° kalendas julii, anno ab incarnatione Domini M° C° XL° VIII°, regnante Lodoyco rege XI° anno. Sig+num Arnaldi de *Ainils*, Sig+num Stephanie, Sig+num Guilelmi Jordani, Sig+num Bernardi Sancti Egidii, infantium eorum, qui istam cartam diffinitionis et evacuationis et jachitionis<sup>b</sup> fieri jusserunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Scarboti. Sig+num Petri Sancte Marie. Sig+num Bernardi Amalvini.

(SM) Petrus, monachus et sacerdos, rogatus, scripsit die et anno quo supra.

a. jachimus B.      b. Sic B.

### 43

1148 [2 de juny - 2 de juliol]<sup>50</sup>

*Guilem de Montesquiu i el seu germà Bernat cedeixen a Arnau de Nils i als cavallers del Temple un mas situat a la parròquia de Santa Maria de Nils, al lloc anomenat Ganganell, perquè el posseixin en alou. Per aquesta concessió, Arnau els ha lliurat la quantitat de 32 sous de moneda rossellonesa.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 194r-v, acta núm. 338.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 271-272, segons B.

a ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLXII, p. 304.

b ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. DXVII, pp. 318-319.

Notum sit omnibus hominibus, presentibus atque futuris, quod (ego)<sup>a</sup> Guilelmus de Monte Eschivo et Bernardus, frater meus, diffinimus tibi Arnaldo de *Angnils* unum mansum, et ad miliciam Templi, per alodem franchum et liberum. Et est ipsum mansum in comitatu Rossillionis, in termino Sancte Marie de *Agnils*, in locum vocitatum<sup>b</sup> *Ganganell*. Sic diffinimus suprascriptum mansum tibi Arnaldo et ad milites Templi, cum exitibus et regressibus suis vel terminis vel affrontationibus, quam ad ipsum mansum pertinet, ut habeat cavalleriam omni tempore. Et ut meliorem firmitatem obtineat, accepimus pro ista diffinitione triginta et duos solidos de Russellis de manu Arnaldi. Et nos diffinimus, evacuamus, pa-

50. La còpia del cartulari porta una data errònia: o bé l'escrivà s'ha equivocat a l'hora de reproduir la xifra del dia del mes, VI° en lloc de II°, III° o IV°; o bé ha enregistrat *junii* en lloc de *julii*.

cificamus, modis omnibus derelinquimus per nos et per omnem nostram (posteritatem).<sup>c</sup> Siquis contra hanc scripturam diffinitionis<sup>d</sup> venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, set in duplo componat. Et est manifestum. Actum est hoc VI<sup>o</sup> nonas junii,<sup>e</sup> anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL VIII<sup>o</sup> ab incarnatione Christi, regnante Lodovici regis. Sig+num Guilelmi, Sig+num Bernardi, fratris<sup>f</sup> ejus, Sig+num Geralde,<sup>g</sup> nos pariter<sup>h</sup> qui hanc scripturam diffinitionis fieri fecimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Raymundi *Raffard*. Sig+num Guilelmi de *Agnils*. Sig+num Petri Stephani.

Gaucbertus, presbiter,<sup>i</sup> rogatus, scripsit, cum litteris rasis<sup>j</sup> in III<sup>a</sup> linea et litteris suppositis<sup>k</sup> in duobus locis, sub die et anno (SM) quo supra.

a. ego omès B. b. vocitatum B. c. *El copista del cartulari ha deixat el lloc d'aquesta paraula en blanc.* d. diffinitionum B. e. Sic B. f. frater B. g. Geralda B. h. pariture B. i. Gaucbertus presbiter escrit sota la forma de monograma. j. literas raras B. k. literas suppositas B.

#### 44

1149, 25 de juliol

*Gausfred, comte de Rosselló, d'una banda, i Guillem de Castell-rosselló, d'una altra banda, seguint el consell dels prohoms de Perpinyà i de fra Arnau de Sant Cebrià de la milícia del Temple, s'han posat d'acord per tal de resoldre els litigis que els enfrontaven a propòsit de l'aigua del canal dels molins que pertanyien antigament als difunts Arnau Pere, negociant, i Ramon Vicenç. Es disposa que tots els homes de Perpinyà que tinguin drets sobre aquests molins amb els templers contribueixin per dos terços a les despeses ocasionades per [la construcció] de la resclosa i de la presa d'aigua del canal, i els homes de Castell-rosselló per l'altre terç. Tots els protagonistes hauran de procurar que els molins disposin de tota l'aigua necessària per a llur funcionament. Si els en fa falta, els homes de Castell-rosselló podran agafar més aigua amb la condició tanmateix de no perjudicar el funcionament dels molins. Finalment, si els de Perpinyà rebutgessin participar en les despeses, com ho vol el costum, els homes de Castell-rosselló tindrien el dret de confiscar les nadilles dels molins, i de conservar-les fins que els de Perpinyà hagin pagat el que deuen.*



- B* Còpia figurada del final del segle XII, antigament en el *Liber feudorum maior*; ACA, Cancelleria Reial, reg. 1, f. 218.
- C* Còpia del començament del segle XIII, *Liber feudorum Ceritaniae*, ACA, Cancelleria Reial, reg. 4, doc. 226, ff. 57d-58a, segons *B*.<sup>51</sup>
- D* Còpia parcial del segle XVIII en un full de paper; ADPO, 1B5, segons una còpia antigament conservada a l'arxiu del Temple de Perpinyà, al seu torn presa de *B* o *C*.<sup>52</sup>
- E* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VI, f. 501, segons *D*.
- F* Còpia del començament del segle XIX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 1-3, segons *D*.
- a* ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLXV, p. 367.
- b* MIQUEL-ROSSELL, F., *Liber feudorum maior*, vol. II, doc. núm. 758, pp. 258-259, segons *C*.

*Text establert segons C.*

Manifestum sit cunctis, presentibus et futuris, de contenciones qui<sup>a</sup> fuerunt inter Gaufredus, comes Russilionensis,<sup>b</sup> et Guillelmus de Castro Russilionensis<sup>c</sup> de ipsa aqua qui<sup>d</sup> discurrit a recho molendinorum qui<sup>d</sup> olim fuerunt Arnallus<sup>e</sup> Petri, negociatoris, et Raimundus Vincencii,<sup>f</sup> qui fuerunt condam.<sup>g</sup> Et de hoc venerunt ex utraque parte ad bonam fidem<sup>h</sup> et concordiam, per<sup>i</sup> consilio et laudamento proborum homines<sup>j</sup> Perpiniani et Arnallus frater<sup>k</sup> Sancti Cipriani milicie Templi Jherosolimitane,<sup>l</sup> scilicet ut omnes homines Perpiniani qui sunt heredibus<sup>m</sup> istorum molendinorum cum fratribus milicie<sup>n</sup> Templi faciant duabus partibus<sup>o</sup> de resclausis cum<sup>p</sup> caput aguis, sicut (contin)git istius<sup>q</sup> molendinorum, et adjuvent mittere aquam quantum opus sit istis supradictis molendinis, et ita ut homines Castro Russilionis<sup>r</sup> similiter faciant terciam<sup>s</sup> partem omni missione<sup>t</sup> resclausis cum caput aquis istorum molendinorum, sicuti (contin)git, et adjuvent mittere omnia aqua qui<sup>u</sup> opus sit isti molendinis; et si amplius habebant opus aque,<sup>v</sup> ut accipiant sine omni dampno<sup>w</sup> istorum supradictis<sup>x</sup> molendinorum, et ita ut si homines Perpiniani nolebant facere suprascripta missione,<sup>y</sup>

51. La transcripció és precedida per la rúbrica: «Concordia facta inter Gaufredum comitem et Guillelmum de Castro Rossillione super aqua quorundam molendinorum».

52. «La present copia es estada extreta del arxiu del Temple de Perpinya de la Encomanda de Bajolas del plech des actes dels molins n° 46.» - «Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam alio translato cujus thenor talis est.» - «Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento scripto in quodam registro pergameneo Illustrissimi regis Aragonum, cujus thenor talis est: [Segueix la transcripció de l'acord del 25 de juliol de 1149].»

sicut mos est [insuper]<sup>z</sup> rectum, ut homines Castro Russilionis<sup>aa</sup> habeant licenciam<sup>ab</sup> accipere nadillas istorum molendinorum, et teneant tantum quod ista missione<sup>ac</sup> sit facta. Et est manifestum. Quicquid<sup>ad</sup> hoc disrumpere voluerit,<sup>ae</sup> in duplo componat, et ultra firmiter maneat<sup>af</sup> in perpetuum.

Actum est hoc VIII kalendas<sup>ag</sup> augusti, ab incarnatione Christi anno<sup>ah</sup> M° C° XL° VIII° , regnante Ledvico<sup>ai</sup> rege in Francia.

Sig+num Gauzfredi, comes Russilionensis,<sup>aj</sup> qui istam cartam fieri jussimus, firmavimus, firmarique<sup>ak</sup> rogavimus. Signum Berengarii Caucoliberi. Sig+num Poncii, frater ejus.<sup>al</sup> Sig+num Berengarii de Gardia,<sup>am</sup> vicharius. Sig+num Gausberti Avalrino. Sig+num Bernardi puer Castro Russilionis. Sig+num Rafardi.

Bernardus scripsit, rogatus atque SM) jussus.

a. contentionibus quae D. b. comitem Rossilinensem D. c. Guillelmum de Castro Rossilionis D. d. quae D. e. Arnaldi D. f. Raymundi Vincentii D. g. quondam D. h. bonum finem D. i. pro D. j. hominum D. k. Arnaldi, fratris D. l. militiae Templi Jerosolimitanis D. m. heredes D. n. militiae D. o. duas partes D. p. et D. q. contingit istorum D. r. Castri Rossilionis D. s. tertiam D. t. omnis missionis D. u. omnem aquam quae D. v. aquae D. w. damno D. x. supradictorum D. y. suprascriptam missionem D. z. et D. aa. Castri Rossilionis D. ab. licentiam D. ac. *missio* D. ad. quicumque D. ae. erit D. af. permaneat D. ag. kalendas D. ah. anno ab incarnatione Christi D. ai. Ludovico D. aj. Sig+num Gauzfredi, comitis Rossilionensis, Sig+num Guillelmi Castri Rossilionis D. ak. jussimus et firmavimus firmareque D. al. Pontii, fratris ejus D. am. *La lliçó de D s'acaba aquí.*

## 45

1149, 16 de setembre

*Gausfred, comte de Rosselló, assistit pel seu fill Girard, dóna als frares de la milícia del Temple tota l'honor i tot el dret que té sobre el territori que s'estén des de la masada d'Escarbot fins als límits de la parròquia de Sant Julià de Vilanova [de Raò]. El comte i el seu fill confirmen a més a més a la milícia totes les possessions que Gausfred i els prohoms de llur terra els han donat fins ara. Posen aquesta donació a les mans de Pere de Rovira i del seu germà Berenguer i d'Arnau de Sant Cebrià, administrador dels béns del Temple al Rosselló. Artau, bisbe d'Elna, confirma aquesta transacció a petició dels donants.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 60r-v, acta núm. 97.

C Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, ADPO, 12J25, núm. 245, segons B.

- D* Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, BNF, Moreau, vol. 64, f. 60, segons *B*.
- E* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 273-275.
- a* ALART, *Sem. rel.*, 1886, acta núm. CLXVI, p. 464.
- b* ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. DLXIII, p. 349.
- c* MIRET I SANS, Joaquim, *Les cases de Templiers y Hospitalers en Catalunya. Aplech de noves y documents històrichs*, Barcelona, 1910, p. 45 (edició parcial).
- Anàlisi feta el 1622 per Francesc Puignau, notari de Perpinyà, ADPO, 3E3/704, ff. 94v-95.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego Guofridus, comes Russilionensis, pro redemptione peccatorum meorum et patris et matris mee,<sup>a</sup> cum filio meo Ginardo, dono, laudo, concedo domino Deo et fratribus milicie Templi Salomonis totum ipsum honorem et omne jus, quodcumque, ibi habeo vel habere ibi debeo, sicut continetur de *massada* Escarboti usque ad terminale Sancti Juliani de Villa nova, sicut includitur infra vias, quarum una vadit de Mallolis ad Villam Novam, (et alia)<sup>b</sup> de Perpiniano ad eandem Villam novam. Totum, sicut superius scriptum, quantum infra predictas affrontationes includitur, heremum et condirectum et cultum et incultum, donamus nos, prefati, predictae milicie Templi Salomonis et fratribus ibidem Deo servientibus, imperpetuum, sine enganno et sine ullo retentu, per nos et per totam nostram posteritatem. Totum istum predictum honorem et totum illum quem dudum donavi, et totum illum honorem quem probi homines totius mee terre dederunt, sicut modo melius tenet et habet et inantea habebit, donamus et laudamus et concedimus et confirmamus ego Gaufredus, et Ginardus, filius meus, predictae milicie Templi Salomonis et confratribus ibidem Deo servientibus, per nos et per totam nostram posteritatem, imperpetuum, sine enganno. Et hoc facimus sine enganno in potestate Petri de Ruiria et Berengarii, fratris ejus, et in manu Arnaldi de Sancto Cipriano, ministri ipsius honoris. Et est manifestum. Siquis vero contra hanc scripturam donationis ad irrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare quod requirat, set in duplo componat, et postea inviolabilem obtineat firmitatem. Facta hec scriptura donacionis XVI<sup>o</sup> kalendas octobris, anno ab Incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Ludovico rege in Francia. Sig+num Gaufredi comitis, Sig+num Ginardi, filii mei, nos ambo, qui hanc scripturam donationis, sine enganno, per nos et per totam nostram posteritatem fieri jussimus, laudavimus et firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Berengarii de Quoquolibero. Sig+num Poncii, fratris ejus. + Artalli, Elenen-

sis episcopi, qui hoc laudo et firmo, mandato Gaufredis comitis et Ginardis, filii ejus. Sig+num Raymundi Guil(e)lmi de Curia. Sig+num Arnaldi Radulfi, bajuli Perpiniani. Et hoc totum factum est in presencia proborum hominum Perpiniani.

Bernardus, levita, rogatus, scripsit die et anno (SM) quo supra.

a. me B.    b. et alia omès B.

## 46

1150, 3 d'abril

*Ermessenda i el seu espòs Guillem de Santcliment venen una peça de terra a la milícia del Temple que posen a les mans de Pere de Rovira, de Berenguer, el seu germà, i d'Arnau de Sant Cebrià, administrador dels béns del Temple al Rosselló, per 200 sous del Rosselló. Aquest camp se situa al comtat de Rosselló, a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, al lloc anomenat Torremilà.*

A Original, pergamí, amplada 330 mm, alçada 90 mm, ADPO, Hp190.<sup>53</sup>

B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 540-541, segons A.

a ALBON, *Cart. gén. de l'ordre du Temple*, acta núm. DLXXVII, p. 356.

In Dei nomine. Manifestum sit quod ego *Ermessen*, cum marito meo Guilelmo de Sancto Clemente ambo insimul vendimus domino Deo et milicie Templi Salomonis, in manu Petri de Ruiria et Berengarii, fratris ejus, et Arnalli de Sancto Cipriano, ministris illius honoris quam predicta milicia habet in Russilione, unam peciam de terra de nostro alodio francho, pro CC solidis Rossellis. Est autem predicta terra in comitatu Russilionis, in terminio Sancti Juliani de Villa mulacha, in loco qui vocatur<sup>a</sup> ad *Torremelan*, et affrontat a parte orientis et ab aquilone in honore predictae milicie, et a meridie in terra Guilelmi de Villa mulacha, et ab occidente in terra Poncii de Rocha. Quantum infra istas predictas affrontaciones habemus et habere debemus, vendimus nos prefati sine enganno et sine ullo retentu pro alodio francho predictae milicie in manu predictorum magistrorum. Et abstrahimus ipsam terram de

53. El document porta al dors una anotació contemporània: «Ermessendis de Vila Molacha»; un regist del segle xv en català: «Aquesta carta es dels camps qui son en lo lloch appellat Torroella, losquals te la I<sup>a</sup> parte en Johan Just et I<sup>a</sup> altra part en Mas de Trulas et [...] de Trullas», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 3039».

nostra potestate et jure, et mittimus eam in vestram potestatem et jus per totas voluntates vestras faciendas in perpetuum. Et est manifestum. Siquis vero contra hanc scripturam vendicionis ad irrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare quod requirat, set in duplo componat, et postea inviolabilem obtineat firmitatem. Facta hec scriptura vendicionis III<sup>o</sup> nonas aprilis, anno ab incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup>, regnante Ludovico rege in Francia. Sig+num Ermessendis, Sig+num Guilelmi de Sancto Clemente, mariti mei, nos ambo insimul, qui hanc scripturam vendicionis sine *engan* per nos metipsos et per totam nostram posteritatem fieri jussimus, laudavimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Guilelmi de Bagis, presbiteri Sancte Eulalie. Sig+num Guilelmi, clerici de Villa mulacha. Sig+num Andree. Sig+num Guilelmi de *Bainuls*. Sig+num Arnalli de Bagis.

Bernardus, levita, rogatus, scripsit die et anno (SM) quo supra.

a. *Sic A.*

## 47

1151, 1 d'octubre

*Arnau de Nils, la seva esposa Ermessenda i llur fill Guillem venen a Arnau de Sant Cebrià, mestre de la casa del Temple [al Rosselló], una vinya i un camp que tenen al comunal de Segur, a la parròquia de Santa Maria de Nils, pel preu de 180 sous de moneda rossellonesa. Fan aquesta venda amb l'acord dels altres cosenyors del comunal: Ponç, prior de [Santa Maria del] Camp, Arnau de Rocafort, Guillem, prevere de Vilamulaca i capellà de Sant Salvador [de Cirà], i Ponç de la Roca.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 202v-203, acta núm. 354.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 275-278, segons *B*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 1-3, segons *B*.

In Dei nomine. Manifestum sit quod ego Arnallus de *Ainils*, cum uxore mea *Ermessen*, ambo insimul cum filio nostro Guilelmo vendimus domino Deo et ad mansionem Templi in manu Arnaldi de Sancto Cipriano, magistri, illam vineam cum campo, quem habemus ad *Segur*, in *comunal*, pro CLXXX solidis Rossellis. Et hanc vendicionem facimus nos prescripti sine enganno domino Deo et predictae mansioni cum laudamento et atorgamento illorum

dominorum qui habent partem in ipso *comunal*, videlicet cum laudamento Poncii, prioris de Campo, et cum laudamento Arnaldi de Rupeforti et Guilelmi, presbiteri de Villa mulacha, dispensatoris domus Sancti Salvatoris, et cum laudamento Poncii de Rocha, qui omnes de ipso predicto *comunal* sunt participantes cum predicta mansione Templi. Est autem predicta vinea cum ipso campo in comitatu Rossilionis, in termino Sancte Marie de *Ainils*, in loco qui vocatur ad *Segur*, sicut prescriptum est. Et affrontat ipsa vinea et campus a parte orientis in terra *Escharbot*, et a meridie in terris de hominibus de Villa mulacha, et ab occidente in vinea Petri Arnusti, et a parte circi in vinea Octobris. Quantum infra istas prescriptas affrontaciones habemus et habere debemus, totum, sine ullo retentu, vendimus nos prefati predictae mansioni Templi Domini in manu Arnaldi de Sancto Cipriano magistri ipsius mansionis pro CLXXX<sup>a</sup> solidis Rossellis. Et trahimus ipsam vineam et ipsum campum de nostra potestate et jure, et mittimus<sup>a</sup> in potestatem et jus predictae mansionis et Arnaldi magistri omnes *dretages* quos ibi habebamus sine enganno et sine ullo retentu, per totas suas voluntates faciendas imperpetuum. Et est manifestum. Siquis contra hanc scripturam vendicionis venire temptaverit,<sup>b</sup> agere non valeat, set in duplo componat. Factum est hoc kalendis octobris, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L I<sup>a</sup>, regnante Lodovico rege in Francia. Sig+num Arnaldi de *Anils*, Sig+num Ermessendis, uxoris mee, Sig+num Guilelmi, filii nostri, qui hanc scriptura per nos metipsos et per totam nostram posteritatem fieri jussimus, laudavimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Poncii prioris de Campo, Sig+num Arnaldi de *Rochafort*, Sig+num Guilelmi presbiteri, dispensatoris domus Sancti Salvatoris, Sig+num Poncii de Rocha, qui hoc laudant et firmant. Sig+num Arnaldi decani.<sup>c</sup> Sig+num Arnaldi, presbiteri Mansi Domini. Sig+num Petri de Malolis, caputscole. Sig+num Bernardi de *Vilar*

Bernardus, levita, rogatus, scripsit hec die et anno (SM) quo supra.

a. mitimus B.    b. teptaverit B.    c. dechani B.

1153 (nou estil), 2 de febrer

*Arnau de Nils, amb el seu fill Guillem Jordà i la seva esposa Ermessenda, ven a l'església de Sant Salvador [de Cirà], a la*

*casa del Temple i al mestre Arnau [de Sant Cebrià] un camp situat a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, pel preu de 28 sous melgoresos.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 193r-v, acta núm. 335.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 293-294, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 4-6, segons *B*.

In Dei nomine. Sit notum cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego Arnaldus de *Angils*, cum filio meo Guilelmo Jordano et cum uxore mea Ermessendis, vendo et concedo et diffinio et evacuo domino Deo et Sancti Salvatori ecclesie, et successores qui ibidem sunt et adventuri sunt, et ad mansionem Templi Salomonis, et magistro Arnaldo, et omnibus vestris successoribus, unum campum qui est mei alodii propter viginti octo solidos marguriensium. Et est campum prescriptum in comitatu Rossillionis et in adjacentia Sancti Juliani (de)<sup>a</sup> Villa mulacha, in loco que vocatur Stagnum Clara. Quantum ego Arnaldo prescripto, cum filio jam dicto, habeo vel habere debeo per me vel per vocem patris mei vel parentum meorum in ipsum campum prescriptum, cum exiis vel regressiis suis et cum suas affrontationes, sic vendo et dono et concedo et diffinio et evacuo, sine ullo retentu et sine enganno, ad ecclesiam Sancti Salvatori predictam<sup>b</sup> et mansionem milicie Templi prescriptum, sicut superius resonat. Et abstraho istum campum prescriptum de meo jure et potestate et mitto<sup>c</sup> in potestatem vestram dominiam per proprium alodium imperpetuum, ad omnes vestras voluntates faciendas, sine ullo contradimento viri vel mulieris. Et est manifestum. Siquis vero contra hoc venerit ad irrumpendum, non valeat, set in duplo componat cum sua melioratione et firmiter sit omni tempore. Factum est hoc IIII<sup>o</sup> nonas februarii, anno incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, regnante Lodovico rege in Francia. Sig+num Arnaldi, Sig+num Guilelmi Jordani, filii sui, Sig+num Ermessendis, uxoris ejus, qui simul hanc scripturam venditionis fieri mandavimus, firmavimus testesque firmare rogamus. Sig+num Bernardi Benedicti. Sig+num Raymundi Muteoli. Sig+num Octobris. Sig+num Guilelmi militis. Sig+num Bernardi militis. Sig+num Raymundi.

Guilelmus, sacer, scripsit, rogatus, cum litteris<sup>d</sup> suprascriptis in sexta linea, die et anno (SM) quo supra.

a. de *omès B*. b. ecclesie Sancti Salvatori predictae *B*. c. mitto *B*.  
d. litteris *B*.

## 49

1153, 2 de maig

*Gausfred, comte de Rosselló, i el seu fill Girard donen als frares de la milícia del Temple una part del mas que Arnau Radulf de Malpàs té per ells i en el qual aquest viu a la vila de Malpàs, a la parròquia de Sant Esteve, prop de l'església. Gausbert de Sant Hipòlit, Arnau Radulf de Malpàs i el seu fill Radulf confirmen aquesta donació que ha estat feta en poder de fra Arnau de Sant Cebrià.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 291v-292, acta núm. 518.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, BNF, Moreau, vol. 66, ff. 102-103, segons *B*.  
*D* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, Cart. ms., vol. VII, pp. 300-302.  
*E* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 7-9, segons *B*.  
*a* MIRET I SANS, Joaquim, *Les cases de Templiers y Hospitalers en Catalunya. Aplech de noves y documents històrichs*, Barcelona, 1910, p. 45 (edició parcial).

Manifestum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Gaufredus, comes Rossillionis, et filius meus Girardus pariter donamus domino Deo et Templi Jherosolimitane et omni milicie et fratribus ejusdem Templi unam partem mansi<sup>a</sup> de Arnaldo Radulfi de *Malpas*, que tenet pro nobis et habitat in villa de *Malpas*, in adjacentia Sancti Stephani, videlicet quod istam predictam partem mansus affrontat ab oriente in *cort ovei-llar* et in capud deorsum espaneta de porta, de meridie in manso Arnallo Segario qui fuit condam et in ecclesia Sancti Stephani, de occidente in manso Sancti Stephani, de aquilone in *aspre* Raymundo de Bredes, quem tenet per nos donatores. Sicuti iste quatuor affrontationes includunt de ista predicta predictam partem mansus, sic donamus pro amore Dei et redemptione peccatorum nostrorum<sup>b</sup> domino Deo et Templi Jherosolimitane et milicie et fratribus ejusdem Templi, qui ibi sunt et inantea venturi sunt, a proprium alodium, cum ingressibus et regressibus suis, et cum suis terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, de celo usque in abyssum,<sup>c</sup> et sine ullo retentu et sine omni vestro enganno, ad faciendas omnes vestras voluntates imperpetuum. Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat, et ultra firmiter maneat imperpetuum. Facta carta donationis VI<sup>o</sup> nonas madii, anno Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Lodovico rege in Francia. Sig+num Gaufredi



comes, Sig+num Girardi, filius meus, qui hanc cartam donationis fieri jussimus, firmavimus firmarique rogavimus. Sig+num Gausberti de Sancto Ypolito, qui hoc donum laudo et firmo et concedo. Sig+num Arnaldi Radulfi de *Malpas*, Sig+num Radulfi, filius ejus, qui hoc donum laudamus et firmamus. Sig+num Berengarii de Cauco Liberi. Sig+num Poncii de Cauco Liberi. Sig+num Petri de Sancta Maria. Sig+num Petri Ermengalli. Sig+num Arnaldi de *Bigaranes*. Hoc donum fuit factum in potestate Arnallo de Sancto Cipriani, servo et humili fratri<sup>d</sup> milicie Templi.

Bernardus scripsit, rogatus atque (SM) jussus.

a. mansus *B.* b. redemptionem peccatis nostris *B.* c. habissum *B.*  
d. servuus et humilis *frater B.*

## 50

1153, 9 de maig

*Gausfred, comte de Rosselló, i el seu fill Girard donen a la milícia del Temple i a fra Arnau de Sant Cebrià una part de llur alou situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà els límits del qual estan precisats aquí. Per aquesta concessió, reben una almoina de 200 morabatins mercants.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 77r-v, acta núm. 121.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, ADPO, 12J25, núm. 246, segons *B.*

*D* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 295-297, segons *B.*

*E* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 4-6, segons *B.*

Anàlisi feta el 1622 per Francesc Puignau, notari de Perpinyà, ADPO, 3E3/704, f. 94v.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Gaufredus, comes, et filius meus, Girardus, donamus Deo et milicie Templi Domini et tibi, Arnaldo de Sancto Cipriano, fratri ejusdem milicie, et omnibus fratribus tuis, presentibus et futuris, aliquid de nostro alodio quod est in termino Sancti Johannis de Perpiniano, quantumcumque habemus de Petra Fita usque ad *correch*, et sicut vadit per *correch* usque ad campum Petri Gili, et usque ad viam publicam que<sup>a</sup> discurrit de Perpiniano ad Villam<sup>b</sup> Novam, et usque ad flumen Riardi, et de ipsa Petra Fita usque ad flumen Riardi, et per<sup>c</sup> ipsam viam que<sup>a</sup> vadit de Mallolis ad Villam Novam. Quantumcumque habemus

vel habere debemus infra predictas affrontaciones donamus vobis ad proprium alodium imperpetuum, ad omnes vestras voluntates faciendas et sine omni enganno et sine aliquo retentu et sine aliquo malo ingenio, et de nostro jure et potestate in vestrum jus et potestatem in presenti mittimus,<sup>d</sup> et imperpetuum habendum tradimus. Et propter hoc donum accepimus de elemosinis Templi CC morabatinos merchaturios. Actum est hoc in diebus Petri de Ruera, magistri milicie Templi Domini, et Arnaldo de Sancto Cipriano, dispensatoris ejusdem milicie Templi. Et est manifestum. Actum est hoc VII<sup>o</sup> idus madii. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat.<sup>e</sup> Anno Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Ledvico rege. Sig+num Gaufredi comes, sig+num Ginardi, filius meus, qui hanc cartam donacionis fieri jussimus, firmavimus firmarique rogavimus. Sig+num Berengarii de Guardia, vicarii.<sup>f</sup> Sig+num Berengarii de Caucholibero. Sig+num Poncii de Caucolibero. Sig+num Arnaldi Radulfi, bajuli. Sig+num Johanni *Robert*. Sig+num Bernardi de Redes. Sig+num Stephani Asta [Fran]. Sig+num Martini Jacobi. Sig+num Arberti *Francesch*. Sig+num Raymundi Stephani. Sig+num Bernardi Amalvini. Sig+num Raymundi Amalvini. Sig+num Petri Ermengaudi Sig+num Petri de Sancta Maria. Sig+num Arnaldi de *Bigaranes*.<sup>g</sup> Sig+num Raymundi *Amalriget*. Sig+num Bernardi Adalberti. Sig+num Berengarii Amalrici. Sig+num Adaladis *Escharbota*. Sig+num Guilelmi *Escarbot*. Sig+num Anglese femine et infantes mei, quas habui<sup>h</sup> de Bernardo *Casal* qui fuit quondam. Sig+num Petri Berengarii de *Cestable*, fratris predictae Anglese. Sig+num Poncii *Bliger* de Malolis.

Bernardus scripsit rogatus atque (SM) jussus.

- a. qui B.    b. Viallam B.    c. per *afegit a la interlínia* B.    d. mitimus B.  
 e. *Sic* B.    f. vicharii B.    g. Bigares B.    h. habuit B.

## 51

1154 (nou estil), 27 de gener

*Gausbert, vescomte de Castellnou, la seva esposa Mafalda i llurs fills Guillem i Gausbert donen a la milícia de Jerusalem totes les terres i les vinyes que tenen dins els límits de la vila de Sant Feliu d'Avall, i en aquest mateix terme tota l'honor que fou de Bertran de Conat amb el cens que rendeix i el mas on habita Guillem Ot que el bisbe d'Elna els havia cedit en un intercanvi, amb el cens que aquest fa. Posen aquesta donació en poder d'Arnau de Sant Cebrià, administrador de la cavalleria.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 109, acta núm. 172.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 297-299, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 10-12, segons *B*.

In Dei nomine. Ego Gausbertus, vicecomite Castro Novo, et uxor mea, *Amafaut*, et filii nostri, Guilelmus et Gausbertus, nos insimul donamus Deo et milicia *Jherusalem*, omnes terras et vineas, que habemus vel habere debemus in villa Sancti Felicis Subteriori et in ejus terminis, omnis predictus honor totum ab integrum, qui fuit de Bertrando de *Cunad*, quod nos habemus in terminos ville Sancti Felicis Subteriori, et census quod facit, et mansum in quo Guilelmus Oto habitat, quod escamiavit<sup>a</sup> nobis episcopus de Elna, et census quod facit. Omnem hoc totum, sicut supradictum est, damus Deo et miliciam *Jherusalem* per alodium franchum, sine ullo malo ingenio et sine ullo retentu, per totum tempus. Predictum donum facimus in potestate Arnaldi Sancti Cipriani, qui est dispensator chavalleriam. Et est manifestum. Siquis hanc cartam rumpere voluerit, in duplo componat et deinceps firma permaneat omni tempore et non sit dirupta. Est facta VI<sup>o</sup> kalendas febroarii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege. Sig+num Gausberti vicecomiti, Sig+num *Amafaut*, uxoris ejus, Sig+num Guilelmi, Sig+num Gausberti, filii eorum, nos omnes insimul hoc scribere mandavimus, laudavimus et firmavimus et testes firmare rogavimus. + Artalli, Elnensis episcopi. Sig+num Artaldi de Castro Novo. Sig+num Eybrini, bajuli vicecomiti. Sig+num Gausberti Sancti Felicis. Sig+num *Charbunel* de Hospitale. Sig+num Petri Raymundi de Hospitale.

Guilelmus, rogatus, scripsit hoc die et anno quo (SM) supra.

a. Sic *B* per cambiavit.

1154 (nou estil), 14 de febrer


*Arnau de Montescot, amb el consentiment del seu germà, Guillem de Montescot, i de l'esposa i del fill d'aquest, dona als frares de la milícia del Temple tota l'honor que té a la vila de Toluges, excepte el feu de Ramon de Toluges. Posen aquesta donació a les mans i en poder d'Arnau de Sant Cebrià, frare de la milícia,*

*amb la condició que els templers paguin la quantitat de 50 morabatins per la qual aquesta honor està empenyorada.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 123v-124, acta núm. 198.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 303-304.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 15-17, segons *B*.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris. In Dei nomine. Ego Arnallus de Monte *Eschot*, cum mandamento et consensu, voluntate fratris mei Guilelmi<sup>a</sup> de Monte *Eschot* et uxoris sue Beatricis et filii eorum Poncii,<sup>b</sup> dono et concedo Deo et fratribus militie Templi Jherosolimitani, qui modo sunt vel inantea venturi sunt, omnem meum honorem quem ego habeo vel habere debeo per ulla voce in villa *Tuluges* et in ejus terminis et in adjacencia Beate Marie, excepto feveo de Raymundo de *Tuluges*. Et hoc donum, sicut superius scriptum est, facio in manu et in potestate Arnalli Sancti Cipriani, servi et humilis fratris<sup>c</sup> milicie, et sit firmum et stabilis, et de meo jure in vestro trado dominio, ad omnes voluntates eorum faciendas omni tempore, et liberetis de pignore<sup>d</sup> per L morabatinorum. Et est manifestum. Quod siquis contra istam cartam donacionis pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare quod requirit, set in duplo componat, et postea hec scriptura firma et stabilis permaneat omni tempore. Actum est hoc XVI kalendas martii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege in Francia. Sig+num Arnalli de Monte *Eschot*, qui hanc cartam donacionis fieri jussit et firmavit testibusque firmare rogavit. Sig+num Guilelmi de Monte *Eschot*, Sig+num uxoris sue Beatrice, Sig+num filii eorum Poncii, qui hanc scripturam donacionis laudavimus et concedimus et firmavimus libenti animo et nostra propria voluntate totum sicut superius scriptum est. Sig+num Gausberti de Avalrino. Sig+num Bernardi de Taçonis. Sig+num Guilelmi *Gros*. Sig+num Gaucellmi de *Telled*. Sig+num Stephani de Argilerii, bajuli predicti<sup>e</sup> honoris. Bernardus scripsit, rogatus atque (SM) jussus.

- a. Guilelmus *B*.    b. filiorum Poncio *B*.    c. servus et humilis frater *B*.  
 d. pignus *B*.    e. bajulis predictum *B*.



## 53

1154 (nou estil), 1 de març

*Guillem Seguer i el seu fill Guillem de Montagut donen a la milícia del Temple, representada pel seu procurador, Hug Ramon, i per fra Bernat de Fenollet, tota l'honor que tenen a Centernac, a Borrat i a la vila de Sant Esteve de Derc. Bernat de Trillà, que tenia aquesta honor en penyora, la cedeix als templers.*

- A Original, pergamí, amplada 265 mm, alçada 90/110 mm, ADPO, Hp186.<sup>54</sup>  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 115v, acta núm. 181, segons A.  
 C' Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, p. 543, segons A.  
 C<sup>2</sup> Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, p. 299-300, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 13-14, segons B.

In nomine Domini. Ego Guilelmus Seguerii et ego Guilelmus de Monte acuto, filius ejus, nos ambo donamus Deo et sancte Templi militie, pro redemptione animarum nostrarum et pro remissione peccatorum optinenda,<sup>a</sup> in manu Ugonis Raimundi,<sup>b</sup> procuratoris ejusdem militie, et Bernardi de Fonioleto, fratris ejusdem militie, omnem honorem nostrum, quem habemus vel habere debemus, quacumque voce nobis accidat, in *Centernac* et in *Borrat*<sup>c</sup> et in villa Sancti Stephani de *Derc*,<sup>d</sup> totum, integre et absque retentu, ad proprium sancte militie alodium et ad omnem voluntatem suam faciendam. Et est manifestum. Siquis hanc cartam rumpere voluerit, illud implere non valeat, set in dupplo<sup>e</sup> componat, et carta firma permaneat. Facta<sup>f</sup> anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> III, imperii Ludovici XVII<sup>o</sup>, kalendis marcii. Sig+num Guilelmi Seguerii, Sig+num Guilelmi de Monte Acuto, qui hoc firmamus et firmari precipimus. Sig+num Bernardi de Trilla, qui hunc honorem habebam in pignore, et pignus sancte Dei militie solvo. Sig+num Udalgarii<sup>g</sup> de Fonioleto. Sig+num Petri de Fonioleto. Sig+num Guilelmi archidiaconi. Sig+num Berengarii<sup>h</sup> de Soriniano. Sig+num Arnaldi de Fonioleto.

Falco scripsit hoc, rogatus, (SM) die et anno quo SUPRA.

- a. obtinenda B.    b. Raymundi B.    c. Centernaco et in Borrater B.  
 d. Derch B.    e. duplo B.    f. facto B.    g. Udalgarii B.    h. Berengarii omès B.

54. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció al cartulari al final del segle XIII; una anàlisi de l'època moderna en català: «Donacio feta per en G. de Mont Agut de la honor de Sent Steve de Derche», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 3040».

## 54

1154, 3 d'agost

*Arnau de Nils, la seva muller Ermessenda i llur fill Guillem donen a la milícia del Temple, en poder del mestre Pere de Rovira i d'Arnau de Sant Cebrià, administrador del Masdeu, el dret d'ús que tenien sobre una honor pertanyent a aquella, és a dir, 2 sous de moneda del Rosselló i cinc gallines. Arnau renuncia igualment al delme que tenia sobre aquesta honor, que no reclamarà més d'ara endavant. Rebran d'Arnau de Sant Cebrià una almoïna de 40 sous. Aquesta honor se situa a la parròquia de Santa Maria de Nils.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 186v, acta núm. 321.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 322-323.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 19-20, segons B.

Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod ego dono Arnaldus de *Anils* et uxor mea Ermessendis et filius meus Guilelmus ipsum usaticum quod habebamus in honore milicie, illum Deo donamus et milicie Templi Salomonis atque laudamus et omnibus confratribus milicie, scilicet II solidos de *Rossels* et V galinas. Et iterum ego Arnaldus de *Anils* diffinio decimum Deo et milicie quod habebam in honore ipsius milicie, ut amodo eum non requiram. Hoc donum facimus sine omni enganno et ullo retenimento omni tempore. Et nos accepimus a te Arnaldo de Sancto Cipriano ex elemosinis milicie XL solidos de *Rossels*. Et iste honor, qui hic est scriptus, est in comitatu Rossellioni et in adjacencia Sancte Marie de *Anils*. Qui voluerit hoc dirumpere, in duplo componat. Actum est hoc III<sup>o</sup> nonas augusti, anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> III<sup>o</sup> incarnationis Christi, regnante Lodoyco rege. Sig+num Arnaldi de *Anils*, Sig+num uxoris ejus *Ermessen*, Sig+num Guilelmi filii sui, qui hanc cartam donationis fieri jussimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Guilelmi *Pages*. Sig+num *Colom*. Sig+num *Mathei*. Sig+num *Petri de Ruir* magistri. Sig+num Arnaldi de Sancto Cipriano, dispensatoris de Manso Dei, in cujus potestate fuit donum istud factum.

(SM) Nicholaus, levita, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, cum literis superscriptis in I<sup>a</sup> linea, sub die et anno quo supra.

## 55

1154, 18 d'agost

*Ramon Cassanyes, capellà de Jonqueroles, Guillem de Vernet, el seu oncle Arnau i el seu germà Arnau donen a la milícia del Temple i posen a les mans de Bernat de Fenollet les cases i tota la residència que Guillem Gotmar havia tingut a la vila de Jonqueroles, amb la condició que el capellà de Sant Bartomeu i els seus clergues habitin aquestes cases i donin cada any a la milícia un quartà de blat o 12 diners. D'ara endavant, totes les vegades que el capellà d'aquesta església mori, la milícia tindrà la tercera part de tots els mobles i dels diners que hi hagi en aquestes cases, i el mestre o els responsables del Temple distribuïran les dues terceres parts restants segons la voluntat del difunt si aquest n'ha disposat per testament, si no ho donaran a l'església de Sant Bartomeu o al nou capellà. Guillem, ardiaca de Fenolleda, i Arnau, arxipreste, confirmen aquest conveni.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 109r-v, acta núm. 173.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 313-314.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 21-23, segons B.

In nomine Domini. Ego Raymundus Cassanis, capellanus de Joncheroliis, et ego Guilelmus de Verneto cum Arnaldo, avunculo meo, et Arnaldo, fratre meo, nos insimul donamus domino Deo et milicie Templi de Jherusalem, in manu Bernardi de Fenoleto, illas domos et omnem stationem, sicuti melius Guilelmus *Godmar* tenuit vel habuit in villa de Joncheroliis, cum exiis et regressibus usque ad *Rial*, sicut in alia carta scriptum est, tali pacto ut capellanus Sancti Bartholomei cum suis clericis habitet semper in ipsas domos, et donet semper annuatim prefate milicie I quarternum de *blad* aut XII numeros, et quando capellanus ejusdem ecclesie obierit, tertia pars de omni mobili et numere<sup>a</sup> quod in ipsas domos fuerit remaneat semper predictae milicie; alias vero duas partes magister vel domini milicie donent et tradant sicut a capellano defuncto dispositum fuerit; et si capellanus non disposuerit, donent ecclesie vel capellano qui venerit. Hec convenientia sit semper inter capellanum et miliciam more disposito. Et si ita non fecerint, irritum eis faciat. Siquis hoc rumpere voluerit, in duplo componat et cum Juda traditore damnatus<sup>b</sup> in infernum luat. Quod est

actum XV° kalendas septembris, anno ab incarnatione Christi M° C° L° IIII°, regnante Lodoyco rege. Sig+num Raymundi capellani, Sig+na Guilelmi de Vernetto et Arnaldi, avunculi sui, sive Arnaldi, fratris sui, Sig+num Guilelmi, Fenoletensis archidiachoni, Sig+num Arnaldi de Terrivis, archipresbiteri, qui hoc pariter laudaverunt et testibus firmare preceperunt. Sig+num Petri Sugnerii, de *Cher corb.* Sig+num Amalrrici<sup>c</sup> de *Lebrers.* Sig+num Bernardi Joli de *Fuledes.* Sig+num Guilelmi Odonis, de Joncheroliis. Sig+num Petri *Rostol,* de *Pleus.* Sig+num Petri Johannis de *Caladroer.*

Bernardus de Voluta scripsit die et anno quo (SM) supra.

a. munere B.    b. dampnatus B.    c. Sic B.

## 56

1154, 28 de desembre

*Arnau de Nils, la seva esposa Ermessenda i llur fill Guillem donen als frares de la milícia del Temple, en poder del mestre Pere de Rovira i d'Arnau de Sant Cebrià, administrador, tot el delme amb dues bordes i llurs pertinences i la batllia que tenen al terme de Vilamulaca i que tenen en feu per Bernat Adalbert de Capmany i el seu fill Ponç. Per aquesta donació, reben dels templers 100 sous de moneda rossellonesa.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 194, acta núm. 337.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 323-324.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 24-26, segons B.

Notum sit cunctis hominibus tam presentibus quam futuris. In Dei nomine. Ego Arnallus de Annillis, filius Stanchonie femine, et uxoris mee Emessende et filius noster Guilelmus, nos pariter donamus et dimitimus et concedimus domino Deo et fratres milicie Templi, qui modo sunt vel inantea venturi sunt, in potestate Petrus de *Ruera*, magister, et Arnaldus Sancti Cipriani, servus et humilis et dispensator fratres milicie Templi, totum ipsum nostrum decimum cum II bordas cum earum pertinentiis, sicuti nos habemus et habere debemus per ulla voce in Villa mulaca et in ejus terminis et tenemus ad feveum, cum bajulia, per Bernardus Adalberti de *Capman* et filium ejus Poncium; ita, sicut superius scriptum est, donamus Deo Jhesu Christo et fratres milicie Templi, libenti animo et nostra propria voluntate, omnibus nostris directis<sup>a</sup> et omnes



nostras voces sine ullo retentu quem in predictum decimum cum II bordas et bajuliam habemus. Et per istam donationem nos prescripti donatores accipimus a Deo et fratres milicie Jerosolimitanis C solidos Rossellis. Et de nostro jure in vestro tradimus dominio et potestate ad omnes vestras voluntates faciendas imperpetuum. Et est manifestum. Quicquid hoc dirumpere voluerit, in duplo componat, et ultra firmiter maneat omni tempore. Facta carta donationis V° kalendas januarii, anno ab incarnatione Domini M° C° L° III°, regnante Lodovico rege in Francia. Sig+num Arnalli de Anillis, Sig+num conjugis sue Ermessende, Sig+num Guilelmi, filii eorum, qui hanc cartam donationis fieri jusserunt et firmaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num Petri de Sancta Maria. Sig+num Raymundi Amalvini. Sig+num Johannis Rotberti. Sig+num Octobris. Sig+num Bernardi Benedicti. Sig+num Raymundi *Marches*. Sig+num Bernardi Adalberti.

Bernardus scripsit, rogatus atque (SM) jussus.

a. dictis B.

## 57

1155 (nou estil), 15 de gener

*Pere Leu, amb la seva neboda Ponceta, ven a la casa de la milícia del Temple i posa a les mans de Pere de Rovira i d'Arnau de Sant Cebrià, administrador, una peça de terra situada a la parròquia de Santa Maria de Brullà, al lloc anomenat Cent Destres, pel preu de 40 sous i un òbol de moneda rossellonesa.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 160v-161, acta núm. 264.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 317-318.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 27-29, segons B.

In Dei nomine. Manifestum sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quod ego Petrus *Leu*, cum nepota mea *Poncet*, vendo domino Deo et domui milicie Templi, in manu Petri de *Ruyra* et Arnaldi de Sancto Cipriano, dispensatores ipsius domus, unam<sup>a</sup> petiam de terra de meo alodio per XL solidos rossellis et unum obolum. Est autem ipsa pecia de terra in comitatu Rossillionis, in termino Sancte Marie de Bruyllano, in loco qui vocatur ad *Sen Destres*. Et affrontat ipsa terra a parte orienti in honore ipsius domus milicie, et a parte versus [ter-...-am] in honore similiter ipsius domus quem dedit ibi Bernardus miles de Bagis, et ab occidente

similiter affrontat in honore ipsius domus, et ab aquilone affrontat similiter in una pecia de terra ipsius domus, quam ibi excambiavit Petrus de Bagis. Quantum infra istas predictas affrontationes habeo et habere debeo, vendo ego Petrus *Leu*, cum nepota mea *Poncet*, ipsi domui milicie Templi et omnibus habitatoribus fratribus, qui modo ibi sunt et inantea erunt, sine enganno et sine ullo retentu, pro alodio francho, in manibus predictorum fratrum Petri de *Royra* et Arnaldi de Sancto Cipriano, sicut superius dictum est. Et trahimus<sup>b</sup> ego Petrus *Leu* et nepota mea *Poncet* omnes *dretages* quos in ipsa terra habemus de nostra potestate et jure et modo in presenti tempore mittimus<sup>c</sup> eos *dretages* quos ibi habemus in jus et potestatem ipsius domus milicie imperpetuum, sine enganno, pro alodio francho, sicut melius ad utilitatem ipsius domus ipse Petrus de *Roira* et Arnallus de Sancto Cipriano, in quibus manibus hanc venditionem facimus, intelligi possunt. Siquis contra hanc scripturam venditionis ad irrumpendum venerit, agere non valeat, set in duplo componat. Que est acta XVIII<sup>o</sup> kalendas februarii, anno ab Incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege in Francia. Sig+num Petri Levi, Sig+num nepote mee Poncete, qui hanc scripturam venditionis pro nobis ipsis et pro tota nostra posteritate fieri jussimus, laudavimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Petri de Palatiolo. Sig+num Raymundi de Bagis. Sig+num Raymundi Berengarii de Monte Aulivo.

Bernardus, levita, rogatus, scripsit hanc die et anno (SM) quo supra.

a. unam repetit per error B. b. traymus B. c. mitimus B.

58

1155, 15 de juny

*Gausfred, comte de Rosselló, i el seu fill Girard donen al Temple i a Arnau de Sant Cebrià, administrador de les almoines, una terra que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, als confins de les parròquies de Sant Martí de Pollestres i de Santa Maria de Malloles i del riu Reard. Per aquesta concessió, reben 1.060 sous melgoresos dels frares de la milícia del Temple. Berenguer de Guàrdia, veguer, confirma aquesta donació i és per això que ha rebut 100 sous dels templers.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 77v, acta núm. 122.

- C Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, ADPO, 12J25, núm. 247, segons *B*.
- D Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, BNF, Moreau, vol. 67, ff. 170-171, segons *B*.
- D Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 337-339.
- E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 7-9, segons *B*.
- a MIRET I SANS, Joaquim, *Les cases de Templiers y Hospitalers en Catalunya. Aplech de noves y documents històrichs*, Barcelona, 1910, p. 46 (extractes). Anàlisi feta el 1622 per Francesc Puignau, notari de Perpinyà, ADPO, 3E3/704, f. 94v.

In nomine Domini. Ego Gaufredus, comes Rossillionensis, et filius meus Girardus, pariter, damus Deo et fratribus milicie Templi, qui modo sunt vel inantea venturi sunt, atque Arnallo Sancti Cipriani, servo et humili fratri milicie Templi et dispensatori elemosinarum,<sup>a</sup> una nostra terra, quem nos habemus et habere debemus in nostro comitatu Russilionensis, in adjacencia Sancti Johannis Pirpiniano. Et ipsa prefata terra affrontat ab oriente in alodio ejusdem fratrum milicie Templi, de meridie intus flumine de Ricardo, de occidente in termino Sancti Martini ville *Polestres*, de aquilone in termino Sancta Maria ville Malleolis. Quantum infra istas jam dictas IIII<sup>or</sup> affrontaciones includunt de ista prefata terra, ita damus a Deo et fratres milicie Templi, qui modo sunt vel inantea venturi sunt,<sup>b</sup> eremis<sup>c</sup> et condirectis a proprium alodium, et cum exitibus<sup>d</sup> et regressibus suis, et cum suis terminis et pertinentiis, et sine ullo retentu; et de nostro jure in vestro tradimus dominio et potestate ad omnes vestras voluntates faciendas imperpetuum. Et pro ista donacione accepimus a fratribus<sup>e</sup> milicie Templi mille LX solidos monete malguriensis. Et est manifestum. Siquis contra hanc cartam donacionis ad irrumpendum venire voluerit, agere non valeat quod requirit, set in duplo componat, et postea hec scriptura firma et stabilis permaneat omni tempore. Actum est hoc XVII<sup>o</sup> kalendas julii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, Lodovico regnante. Sig+num Gaufredi comes, Sig+num Girardi, filium ejus, qui hanc cartam donacionis fieri jusserunt et firmaverunt testibusque firmare rogaverunt. Sig+num Berengarii de Guardia, vicarius,<sup>f</sup> qui hoc laudo et firmo et concedo sicut superius scriptum est, et accipio<sup>g</sup> C solidos de fratres milicie Templi Jherosolimitane. Hec donacio fuit facta in diebus Petri de Ruera magister. Sig+num Berengarii de Caucolibero. Sig+num Poncii, fratri ejus. Sig+num Arnaldi Radulfi de *Malpas*. Sig+num Bernardi de Redes. Sig+num Petri Semefredi.<sup>h</sup> Sig+num Bernardi Adalberti.

Sig+num Petri de Sancta Maria.

Bernardus scripsit, rogatus atque (SM) jussus.

a. Arnallus Sancti Cipriani, servus et humilis frater milicie Templi et dispensator helemosinarum *B.* b. vel inantea venturi sunt *repetit per error B.* c. ermis *B.* d. exibus *B.* e. per ista donacio accepimus fratres *B.* f. vicharius *B.* g. accipit *B.* h. *Sic B, llegiu Seniofredi.*

## 59

1155, 17 de juny

*Gausfred, comte de Rosselló, i el seu fill Girard cedeixen a la milícia del Temple i a fra Arnau de Sant Cebrià, administrador de les almoines, tots llurs drets sobre el mas de l'Oliu, amb el farraginar i el colomar contigus, que Guillem Ramon i Pere Ramon havien llegat als templers. Aquest mas se situa a la parròquia de Santa Maria de Palau [del Vidre]. Per aquesta concessió, el comte i el seu fill han rebut un cavall valorat en 100 sous melgoresos.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 95v-96, acta núm. 153.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, *ALART, Cart. ms.*, vol. VII, pp. 339-340.

*D* Còpia del començament del segle XX, *ALBON, Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 282-284, segons *B.*

Notum sit cunctis hominibus, tam presentibus quam futuris. In Dei nomine. Ego Gaufredus comes et filius meus, Girardus, pariter dimittimus<sup>a</sup> et diffinimus Deo et fratribus<sup>b</sup> milicie Templi Jherosolimitani, qui modo sunt et inantea venturi sunt, et Arnallo<sup>c</sup> Sancti Cipriani, servo et humili et dispensatori<sup>d</sup> elemosinarum fratres milicie Templi, unum mansum quod<sup>e</sup> est vocatus ad Olive,<sup>f</sup> cum I ferragine que<sup>e</sup> se tenet cum predicto manso, quem mansum<sup>g</sup> cum ista ferragine dimiserunt Guilelmus Raymundi et Petrus Raymundi Deo et fratribus milicie Templi ad<sup>h</sup> proprium alodium ad obitum eorum. Est autem predictus mansus<sup>i</sup> cum ferragine intus ville *Palatz*, in adjacencia Sancte Marie.<sup>j</sup> Et affrontat iste mansus cum ferragine ab oriente in via publica que discurrit ad Elnam,<sup>k</sup> a meridie in fossatico, ab occidente in orto Petrus Archimballi, ab aquilone in ferragine de Sichardo. Sicuti iste IIII<sup>or</sup> affrontaciones includunt de isto prefato manso cum ferragine et cum columbario qui ibidem est, ita dimittimus<sup>a</sup> et diffinimus Deo et fratres milicie Templi Jherosolimitani, qui modo sunt vel inantea venturi sunt,

sine ullo retentu. Et de nostro jure in vestro tradimus dominium et potestatem cum exitibus<sup>l</sup> et regressibus earum, ad omnes vestras voluntates faciendas imperpetuum. Et est manifestum. Siquis contra hanc cartam diffinicionis ad disrumpendum venire voluerit, agere non valeat quod requirit, set in duplo componat, et postea hec scriptura firma et stabilis permaneat omni tempore. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas julii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, Ludoico regnante. Sig+num Gaufredi comes, Sig+num Girardi, filii<sup>m</sup> ejus, qui hanc cartam diffinicionis fieri jusserunt et firmaverunt testesque firmare rogaverunt. Sig+num Arnaldi Radulfi de *Malpas*. Et pro<sup>n</sup> ista donacione<sup>o</sup> accepimus I roncinum per C solidos de *Melgures*. Sig+num Poncii de Cauco Liberi. Sig+num Bernardi Adalberti. Sig+num Petri, presbiteri de *Palatz*.

Bernardus, scriptor,<sup>p</sup> rogatus atque (SM) jussus.

a. dimitimus B.    b. frares B.    c. Arnallus B.    d. servuus et humilis et dispensator B.    e. qui B.    f. Sic B.    g. manso B.    h. a B.    i. mansi B.    j. Sancta Maria B.    k. qui discurrit ad Elna B.    l. dominio et potestate cum exibus B.    m. filium B.    n. per B.    o. donacio B.    p. Sic B per scripsit.

## 60

1157, 4 d'abril

*Pere Gros empenyora als leprosos acantonats fora de la vila de Perpinyà una vinya que té ell mateix en penyora de Perpinyana i del seu marit Pere Savina per 65 sous melgoresos per la durada de tres collites. Aquesta vinya se situa a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al lloc anomenat Mallols del difunt Berenguer de Sant Julià. Passades les tres veremes, els leprosos tindran aquesta vinya fins que Perpinyana i el seu marit els reemborsin els 65 sous, cosa que hauran de fer entre el dia de la collita i la festa de Pasqua consecutiva, i si compleixen, aquests hauran igualment de rescabalar-los del preu dels treballs que hi hagin estat efectuats.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami, amplada 275/285 mm, alçada 115 mm, ADPO, 1B83.<sup>55</sup>

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 554-556, segons A<sup>1</sup>.

55. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 3195».

In nomine Domini. Ego Petrus Grossi impingnoro a vos<sup>a</sup> mesellis ejectus<sup>b</sup> foris ville qui vocatur Perpiniani, qui modo sunt vel inantea venturi sunt, pecia<sup>c</sup> I de vinea, quem ego habeo impingnore de Perpiniana femina et marito ejus Petro *Savina* per LXV sollidos<sup>d</sup> ex melguriensibus monete. Est autem predicta vinea in comitatu Russilionensis, infra fines et terminos villa Perpiniani, in ajacencia Sancti Johanni ejusdem ville, in locum qui vocatur a Malolis Berengarius Sancti Juliani qui fuit condam. Et affrontat ab oriente in *malol* Stephani Barroni qui fuit, a meridie in via publica, ab occidente in *malol* de Perpiniano Gauscelmo, ab aquilone in *malol* Raiamballus Bocheri. Quantum infra istas IIII<sup>or</sup> affrontationes includitur de ista prefata vinea, ita impingnoro vobis prescripti, cum exitibus et regressibus suis, et sine omni vestro enganno, a *tres* espletus,<sup>e</sup> pro LXV sollidis melguriensibus.<sup>f</sup> Post istos tres espletos in vestra potestate collectus,<sup>g</sup> postea sit terminus vero redimendi istius vinee de espleto collecto usque in Pascha resurrectio<sup>h</sup> Domini. Et ita quod si ista vinea erit laborata, ut Perpiniana femina et marito ejus Petro *Savina*, vel aliquid homo qui per bene eorum liberaverit de vestra potestate, reddat laborationem. Et ita ut tamdiu habeatis et teneatis predicta vinea,<sup>i</sup> vel cui vos jusseritis, transactus istos tres espletos, donec Perpiniana femina et marito ejus Petro *Savina*, vel aliquid homo per bene eorum, reddant a predictis mesellis LXV sollidos melguriensibus<sup>f</sup> bonos et rectos de Melgurio sine omni vestro enganno, cum laboratione, si facta habueritis, usque ad isto predicto terminio, sicut supra dictum est. Et est manifestum. Siquis contra hanc cartam pingnorationis<sup>j</sup> ad irrumpendum venire voluerit, agere non valeat quod requirit, sed in duplo componat, et ultra firmiter maneat. Actum est hoc II nonas aprilis, anno Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>, Ludoyco rege regnante in Francia. Sig+num Petri Gros, qui hanc cartam pingnorationis<sup>j</sup> fieri jussit,<sup>k</sup> firmavi firmarique rogavi. Sig+num Martini Jacobi. Sig+num Stephani Asta Fran. Sig+num Petri Jacobi.

Bernardus scripsit, rogatus atque (SM) jussus, die et anno quo supra.

a. Sic A per vobis.      b. Sic A per ejectis.      c. Sic A per peciam.      d. Sic A per solidos.      e. Sic A per tribus espletis.      f. Sic A per melguriensium.      g. Sic A per collectos.      h. Sic A per resurrectionis.      i. Sic A per predictam vineam.      j. Sic A per pignorationis.      k. Sic A per jussi.

## 61

[1157 o 1158, 11 de març]<sup>56</sup>

*Pere de Domanova, amb el consentiment de Cerdana, la seva mare, ven per 1.000 sous barcelonesos a la milícia del Temple, i posa a les mans d'Hug Gausfred i de Bernat de Fenollet, tot el que té i tot el que és tingut per ell a la vila de Centernac. Els dóna a més a més tot el que exigia, justament o no, sobre els béns eclesiàstics d'aquesta vila, en altres paraules sobre els clergues i llurs possessions. Pere de Domanova rep en feu els béns, amb els cavallers que tenen feus per ell en aquest lloc, que tindrà mentre visqui pel mestre de la milícia mitjançant un cens anual; després de la seva mort aquest feu i aquests cavallers revertiran als templers. El dia de la seva mort, els templers tindran el seu cavall i les seves armes, i si no té cavall, la seva millor mula. Pere de Prullans i els seus germans Bernat de Prullans i Guillem de Prullans confirmen aquesta transacció.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 85v, acta núm. 137.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 319-321.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 30-33, segons B.

Indicat: MONSALVATJE I FOSSAS, Francesc, *El obispado de Elna*, t. I, *Noticias históricas*, t. XXI, 1911, pp. 180-181.

Sit notum omnibus quod ego Petrus de Domanova, consilio et laude matris mee, Cerdane, vendo pro mille solidis barchinonensium, quin etiam dono et omnibus modis evacuo omne quod habeo et habere debeo, vel aliquis pro me [...] <sup>a</sup> in villa de *Centernac* et infra ejus terminos et etiam ipsos terminos, domino Deo et milicie sancte *Jherusalem* [et fratribus] <sup>b</sup> ejusdem milicie presentibus, in manu domini Ugonis Gausfredi et Bernardi de Fonioleto, in diebus [Petri] <sup>b</sup> Rohera magistri, et de mea potestate in vestram in presenti trado omnia suprascripta, sicuti melius a vobis presentibus vel a vestris futuris intelligi potest, sine dolo et sine malo ingenio facio. Insuper dono, Dei amore, quicquid in ecclesiasticis rebus predictae ville, videlicet in clericis vel in ejus possessionibus, ego vel aliquis

56. Francesc Montsalvatje i Fossas indica l'any 1157 sense cap altra precisió. Hug Gausfred succeeix Arnau de Sant Cebrià en la direcció dels negocis del Temple al Rosselló després de març de 1155, està atestat el març de 1158 fins al març de 1159. Pere de Rovera és mestre de l'orde a Provença i Hispània almenys fins al gener de 1158. Hug de Barcelona el succeeix el 1159. Bernat de Brullà, jutge de Cerdanya i Conflent, suscriu una carta del mes d'octubre de 1158 (*Marca Hispanica*, ap. CCCXXX).

pro me, juste vel injuste, accipit vel quesivit, et de mea potestate in vestram in presenti trado. Siquis vero in predicto honore aliquid vobis astulerit, et cartam rumpere voluerit, ego pro vobis satisfaciam vel successores mei. Sicut est scriptum superius, sic dono milicie Templi remoto omni malo ingenio. Et ultra accipio pro predictis magistris milicie fevum, et milites qui ibi fevum pro me tenere soliti sunt, ut teneam eos quamdiu vixero, et faciam inde censum omnibus annis [...].<sup>c</sup> Et post obitum vero meum, fevus et milites, quantum ad hunc fevum adtinet, secure et absque inquietudine [...] <sup>d</sup> transeant predictae milicie et fratrum. Siquis hanc cartam rumpere voluerit, illud adimplere [...] <sup>e</sup> in duplo componat et carta hec firma perduret. Facta anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> [...] <sup>f</sup> iduum martii V<sup>o</sup>.<sup>g</sup> Sig+num Petri de Domanova, Sig+num Cerdane, matris [ejus, qui hoc]<sup>h</sup> fecerunt scribere et firmare mandaverunt. (SM) Bernardi judicis. Sig+num Petri de *Prullas*. Sig+num Bernardi (de) *Prullas*. Sig+num Guilelmi de *Prullas*, qui hoc pariter firmant. Sig+num Seguerii de [Paracolis].<sup>i</sup> Sig+num Udulgarii de Fonioleto. Sig+num Petri. Sig+num Arnaldi, filiorum ejus. Sig+num Guilelmi de *Paracols*. Sig+num Gauscelmi de Viverio. Sig+num Guilelmi de Insula. Sig+num Petri de Ciraco. Sig+num Raymundi Amalvini. Sig+num Bernardi, prioris Sancte Marie de *Marcevol*. Sig+num [Raymundi]<sup>k</sup> Cerdani. Sig+num Bernardi de Coma. Sig+num Bernardi Guillmi,<sup>l</sup> bajuli comitis Barchinone. Sig+num Guilelmi de Cassaneis. + Artalli, Elnensis episcopi. Ego Petrus de Domanova, dono predictae milicie, ad obitum meum, equum meum et arma, et si equum non habuero, meam meliorem mulam.

Falco<sup>m</sup> scripsit hoc, rogatus, cum litteris<sup>n</sup> suprascriptis in quinta linea et cum oblivione inferius scripta (SM) die et anno quo supra.

a. Passatge il·legible, llacuna de 24 mm B. b. Paraula il·legible B. c. Passatge il·legible, llacuna de 18 mm B. d. Passatge il·legible, llacuna de 32 mm B. e. Passatge il·legible, llacuna de 30 mm B. f. Una taca de tinta de 40 mm d'ample fa impossible la lectura d'aquest passatge B. g. Sic B. h. Una taca de tinta de 30 mm d'ample fa impossible la lectura d'aquest passatge B. i. et omès B. j. Paraula il·legible B. k. Paraula il·legible B. l. Sic B. m. Ffalco B. n. literis B.

1158 (nou estil), 15 de març

*Pere de Sant Feliu i els seus germans, Guillem i Ramon, donen als frares de la milícia del Temple un camp [situat a la parròquia*



de Sant Joan de Perpinyà] dins dels límits del territori que el comte Gausfred ha donat a la milícia,<sup>57</sup> al mas de la Garriga, i més generalment tot el que tenen dins d'aquest territori. Per aquest do, Hug Gausfred, administrador de la milícia, els dóna una almoina de 80 sous de moneda rossellonesa més un cens de dues gallines que la milícia percep de Bernat Rex a Sant Feliu d'Avall. Bernat Gausbert de Sant Feliu, el seu germà Scultus, Arnau de Sant Feliu i el seu germà Gausbert confirmen aquesta transacció.

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 78r-v, acta núm. 124.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, ADPO, 12J25, núm. 248, segons *B*.  
*D* Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, BNF, Moreau, vol. 68, ff. 233-234, segons *B*.  
*E* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 341-343.  
*F* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 34-36, segons *B*.  
*a* MIRET I SANS, Joaquim, *Les cases de Templiers y Hospitalers en Catalunya. Aplech de noves y documents històrics*, Barcelona, 1910, p. 46 (extractes).

Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod ego Petrus de Sancto Felice, et fratres mei, scilicet Guilelmus atque Raymundus, nos insimul, donamus et diffinimus et evacuamus Deo et milicie Templi Salomonis et omnibus fratribus qui modo ibi sunt et inantea erint, unum nostrum campum. Et est iste campus in comitatu Rossilionensis, infra terminales quos Gaufredus comes donavit predictae milicie, affrontat autem ab oriente in terra Petri Bligerii, quem tenet pro milicia, et ex meridie in Riardo, et ab occidente in terra Bernardi Raymundi, et ab aquilone in terra metipse milicie. Quantum includunt iste IIII<sup>or</sup> predictae affrontationes, sic donamus et diffinimus et evacuamus Deo et milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem milicie servientibus, presentibus atque futuris, cum exiis et regressibus suis et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno et sine ullo malo ingenio et aliquo retenimento, et etiam quantumcumque habemus et habere debemus infra illos terminos, quos Gaufredus comes donavit milicie, scilicet ad Mansum Garrige, a quacumque voce vel parte nostrorum parentum nobis advenit. Propter autem donum hoc predictum, quod tu, Petrus de Sancto Felice, et fratres tui, Guilelmus et Raymundus, facitis milicie, ego Ugo Gaufredi, servus et minister et

57. Vegeu més amunt les actes núm. 45, 50 i 58.

frater et dispensator milicie, dono vobis de elemosinis pauperum LXXX<sup>a</sup> solidos de Rossellis et duas gallinas de censu, quas habemus Sancto Felici Subteriori, quas donat Bernardus Rex. Et est manifestum. Qui voluerit dirumpere hanc cartam donacionis, non hoc valeat agere quod requiret, set in duplo componat.<sup>a</sup> Actum est hoc idibus marcii, anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> VII<sup>o</sup> incarnationis Christi, regnante Lodoyco rege. Sig+num Petri de Sancto Felice, Sig+num Guilelmi, fratris ejus, Sig+num Raymundi, fratris ejus, qui hanc cartam fieri jusserunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Bernardi Gausberti de Sancto Felice, Sig+num Sculti, fratris ejus, qui hanc cartam laudaverunt et firmaverunt et testibus firmare mandaverunt. Sig+num Gausberti Rotlandi. Sig+num Petri d'Atzat. Sig+num Arnaldi de Furno. Sig+num Petri, fratris ejus. Sig+num Eibrini. Sig+num Arnaldi de Sancto Felice, Sig+num Gausberti, fratris ejus, qui hanc cartam firmaverunt et laudaverunt et testibus firmare rogaverunt.

(SM) Nicholaus, levita, qui hoc scripsit rogatus atque jussus sub die et anno quo supra.

a. in duplo *repetit per error B.*

### 63

1159 (nou estil), 5 de març

*Pere Gonter, amb la seva esposa i els seus fills, canvia amb la milícia del Temple i fra Hug Gausfred una terra del seu alou, situada al terme d'Ortafà, al lloc anomenat la Coma, per una terra de l'alou del Temple. Per aquesta concessió, Pere Gonter ha rebut 10 sous de moneda rossellonesa.*

- A' Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami, amplada 215 mm, alçada 80 mm, ADPO, Hp186.<sup>58</sup>
- B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 556-557, segons A'.
- C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 37-39, segons A'.

In Dei nomine. Manifestum sit cunctis, presentibus atque futuris, quod ego Petrus Gonterii, cum uxore mea et infantibus, totum sine engano et sine omni malo ingenio atque sine omni retentu facio escamieram<sup>a</sup> et diffinitionem militie Templi et tibi

58. El document porta dues mencions modernes i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 938».

Ugoni Gaufridi, servo fratrique ejusdem domus, et fratribus tuis omnibus inperpetuum, de una nostra terra, que est de nostro alodio, pro alia terra, que est de alodio ipsius predicte domus. Et pro hoc diffinimento accipio a vobis de vestro avere, quod vos donatis michi et meis, X solidos Rossellis. Est autem ista nostra predicta terra in terminio de Ortafano, in loco qui vocatur ad Combam, affrontat ab oriente in vinea Guilelmi Raimundi et *Deus lo salvu*, fratris sui, de meridie in terra Arnalli, militis de Bagis, ab occidente in terra Guifredi de Capite Stagni, a parte aquilonis in terra alia predicti Arnalli militis. Quantum infra istas IIII<sup>or</sup> affrontaciones superius scriptas includitur, totum, sine enganno, cum exiis et regressibus suis, quas habet vel habere debet, sine omni fraude escambio et diffinio inperpetuum ego predictus Petrus, et mei, Deo et militie Templi, et tibi Ugoni Gaufridi, servo et fratri militie, et fratribus tuis, et de mea potestate in vestra in presenti trado ad faciendum omnes vestras voluntates omni tempore. Si vero aliquis, vel aliqua, vel aliquas, in ista terra aliquid emparaverit, vel emparaverint, nos erimus semper boni *guarentz* militie et fratribus. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, sed in duplo componat. Quod est actum III<sup>o</sup> nonas marcii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege in Francia. Sig+num Petri Gonterii, cum uxore sua et infantibus, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt, firmarique rogaverunt. Sig+num Raimundi de Bagis. Sig+num Petri Baucani. Sig+num Johannis Dalie, de Bagis.

PETRUS hoc scripsit, rogatus, cum literis<sup>b</sup> rasis et emendatis in III<sup>a</sup> linea et in VIII<sup>a</sup>, die et anno (SM) quo supra.

- a. *Sic A per excambium.*      b. *Sic A per litteris.*

## 64

[abans de novembre de 1159]<sup>59</sup>

*Inventari dels usos de l'honor que Ponç del Vernet posseeix a la vila de Sant Feliu d'Avall.*

59. L'escriptura és de mitjan segle XII. Ponç II de Vernet està atestat de 1098 a l'octubre de 1158, va morir abans del novembre de 1159. És Ermengol II de Vernet, el fill de Ponç II, qui va fer donació d'aquesta honor de Sant Feliu d'Avall als templers el 19 de setembre de 1182, després, de nou, el 12 de març de 1183. Vegeu més endavant les actes núm. 114 i 117. Tres terratgers figuren en aquesta llista: Poncius *Buschet*, *Bernardus Espada* i Arnallus de Portas, mencionats el 1137. Vegeu més amunt l'acta núm. 17.

- A<sup>1</sup> Original, pergamí, amplada 180/210 mm, alçada 255/305 mm, ADPO, 1B50.  
 A<sup>2</sup> Original, pergamí, amplada 325/335 mm, alçada 315/320 mm, ADPO, 1B50.<sup>60</sup>

Estem aquí confrontats a dues versions especialment interessants d'un mateix inventari, que són manifestament atribuïbles a una mateixa mà. A<sup>1</sup> té un aspecte clarament menys acurat que A<sup>2</sup> i diversos elements inciten a pensar que es tracta d'una mena d'esborrany, versemblantment agafat en la seva expressió natural al moment de registrar els censos deguts per cada terratger: el fet que l'escrivà hagi utilitzat les dues cares del pergamí, insòlit al Rosselló, suggereix tant un afany d'estalviar com la impossibilitat de prosseguir la seva redacció sobre un altre suport, i s'observa un recurs molt marcat a la llengua romànica i la presència de nombroses traces d'esmenes i de nombroses faltes de gramàtica i d'ortografia. Comparativament, A<sup>2</sup> constitueix una versió més reeixida, per bé que no exempta d'errors. La utilització sistemàtica del llatí ens ha permès constatar que efectivament l'escrivà ha tingut la voluntat d'homogeneïtzar la seva còpia. Aquesta voluntat d'esmenar els vocables vernaculars, incloent-hi els dels noms propis, ha fet néixer sota la seva ploma llatínismes ben estraforaris. D'altra banda, podem constatar que ha suprimit alguns passatges, mentre que d'altres han estat reformulats o desenvolupats. Tenint en compte l'interès que presenta la lectura comparada d'aquestes dues versions per al coneixement de la llengua i de les pràctiques de l'escriptura, les edito aquí l'una al darrere de l'altra. M'he abstingut de proposar una correcció ortogràfica d'aquests documents per mitjà de notes d'aparat crític per tal de no sobrecarregar-ne la lectura.

#### Text establert segons A<sup>1</sup>.

Hec est breve de husaticos de honore quas Poncius *du Vernet* habet in villa Sancti Felicis Subteriori. In primis Felicius de Voloni *dona I<sup>a</sup> gallina, et I<sup>a</sup> fogassa, et I<sup>a</sup> migera* de vino, et *mig sester censal de civada*; Petrus *Barrera II<sup>as</sup> gallinas, et II m. de vino, et II fogassas, et I s. current de civada*; Felid *Vacher III gall., et III fogassas, et III m. de vino, et II sesters currentos de civada*; Raim(un) *Arnal Calus sester I current de civada, et II fogassas, et II m. de vino, et miga perna*; mansum de Gilelmus *Butet I gall., et II fogassas, et I s. current de civada, et II m. de vino*; mansum de Nevia *II gall.*; mansum de Poncius *Buschet s. I current de civada, et II gall., et II m. de vino, et II fogassas, et I quarter de multu*; mansum de Gilelmus *Bertuel II gall.*; Petrus *Mir s. I current de civada, et II m. de vino, et II fogassas, et miga perna*; mansum de Bernardus *Guadal VI denarii*; et mansum de Petrus *Dalmad VI d.*; Jacobus *XII denarii*; Arnallus de *Portas III gall.*; mansum de Bernardus *Ferrandi II gall., et s. I current de civada, et II fogassas, et II m. de vino*; mansum de Felici *Bernardi I<sup>a</sup> perna,*

60. El document porta al dors dos registres moderns: «Capbreu d'en Ponç du Vernet Sent Pheliu», «Cap. de Pons du Vernet a St Feliu», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1932».

et II fogassas, et II migeras de vino; *Johan Bernardi I<sup>a</sup> perna*, et II fogassas, et II m. de vino; *Raim. Bernad I<sup>a</sup> perna*, et I fogassa, et I m. de vino; mansum de *Bunessma* II gall., et II fogassas, et II m. de vino, et *mig s. de civada*; *Johan Isarn* I s. *current de civada*, et II gall., et II fogassas, et II m. de vino; mansum de *Arnallus de Gilelmi Gauberti* s. I *current de civada*, et I gallina, et I migeras de vino; *Petrus Adruer* I gall.; *Gilelmus Aurellas* V gall.; per casam de *Raimundus Reig* I gall.; mansum de *Raimundus Arnalli* et de *Petri Arnalli Tralla* s. I *current de civada*, et II fogassas, et II m. de vino, et II sol. per carnem; *Gilelmus Petri de Ferraje* I gall., et II fogassas, et s. I *current de civada*, et II migeras de vino; *Arnallus de Ferraje* I gall., et II fogassas, et II m. de vino, et s. I *current de civada*, et istos ambos donant I pernam; *Amalrig Gannel* s. I *current de civada*, et II fogassas, et II m. de vino, et II gallinas; mansum de *Gilelmus Deusde* II gall., et II fogassas, et II m. de vino, et s. I *current de civada*. *Poncius Buschet* tenet II<sup>os</sup> molendinos, et *Gilelmus Udalger* I, et *Johan Cavaler* I et medii, istum medium tollent ad eum *Bernardus Rudlan* et *Gaubertus Rudlan*; *Petrus de Voloni* I molendinum, et *Petrus Deusde* II, et *Gilelmus Deusde* III, et *Gilelmus Chavaler* I. Quista in contensu unicuique de istos molendinos donant ad *Poncius du Verneto* omnibus annis XII denarii. *Felid Viver* tenet I campum ad *Aspre de Culumer*, et *Bernardus Custal* medietatem de I campo, qui est ultra Cigas. *Petrus Arnalli Tralla* migeria, qui est ad *Paladol*. *Poncius Vives* debet dare terciam partem de I gallinam, et de I fogassam, et de I migeram de vino, et de *demig sester* de blado. *Gilelmus Deusde* tenet I feixa et I quadre ad *Pera Bersen*, qui fuit de manso de *Raimundus Duran*; et *Poncius Vives* medietatem de I terra ad *Campum Cumu*; et *Johanni Sabadel* medietatem de I terra ad *Campum Cumu*. In orto de *Maria Uga* et in orto de *Nevia* habet *Poncius du Verneto* VI partem. De I vinea quam *Poncius Adruer* tenet ad *Arborem de Campellanas* debet *Poncius du Verneto* habere quartum. De *exangadur* de molendinos de *Gilelmus Deusde* usque ad *Ted*, ortis qui sunt ibi dividunt per VI<sup>er</sup> partes, ita *Poncius du Verneto* habet III partes de expletis, et *Gaubertus Rudlan* et *Bernadus Rudlan* II partes, et III<sup>am</sup> partem quam remanet dividit se per tres partes, et est terciam partem de *Poncius du Verneto*. De fevodum quem *Bernardus Rudlan* tenet per *Poncius du Verneto*, habet *Poncius du Verneto* II<sup>as</sup> partes de expletis, et terciam partem *Bernardus Rudlan*. Unam feixam de *Oliba*, et campum de *Pera Bersen*, et I feixa ad *Tor* super *Podium de Reila*, et I campum qui est part

campum de *Escud*, quem tenet Arnallus Bernardi, et *dona* per istum campum I pernam. Totum hoc est *lauradu* propria de Poncius *du Verneto*. Vineam de Marge, quem Riguallus tenet, est fevodium quem tenet per Poncius *du Verneto*. Petrus Fade[ver] tenet II vineas per Poncius *du Verneto*, et Bernardus *Reig* I, et Poncius *Mir* I, et *Rumeu* I, et Bauduinus I, et Raim. *Bertuel* I, et Petrus *Durdul* I, et Petrus *Buschet* I, et Arnallus *Guadal* I, et Arnallus de *Ferraje* II, et Gilelmus Petri III, et Raimundus de Petrus Clerici I, Poncius *Buschet* I, Petrus de Raim. *Mir* I, Bernardi *Espada* I, Arnallus *Gili* I, Poncius Juliani I, filia de Petrus Gilelmi *BruX* I, Petrus *Barrera* I, *Felid* de Voloni I, Petrus Adalberti II. Ista predictas vineas sunt in vineario de Campeillanas.

Poncius *du Verneto* habet medietatem in quartos de Poncius de *Vives* de II vineas, quem abet in Reilano Poncius *Vives*, de I vineam, quem tenet Arnallus *Gili*. Et Johannes de Lupiano in Reilano habet similiter medietatem de quarto. De quarto de vinea de Bernardus *Bucher*, quem Gilelmus de S(anct)o Felici dedit ad illum, qui est ad Reilano, est quartum de Poncius *du Verneto*; et de I vineam quem Petrus *Barrera* habet in Reilano, similiter totum quartum, et de vineam de *Berenger Gannel* medietatem de quartum est de Poncius *du Verneto*. In feixa de *Castel*, qui est ad *Linars*, habet Poncius *du Verneto* VI partem. De III<sup>sia</sup> partem de feixa de Bernardus *Butel*, habet Poncius *du Verneto* totum quartum; et de orto de Petrus *Buschet*, qui est ad Feixas, totum quartum; et de orto de Bernardus *Vacher* totum quartum; et de orto de Gilelmus *Deusde* totum quartum, et ipsum ortum est ad Feixas; et de orto de Arnallus *Guadaldi*, qui est justa ipsum alium ortum, medietatem de quartum. Et in *verger* de Petrus Adalberti habet Poncius *du Verneto* VI partem; et de *verger* de Petrus *Mir* medietatem de quartum; et de orto de Petrus Adalberti, qui est *Vulpilleras*, medietatem de quartum. Et de *malol* de Gilelmi *Deusde* et de Miru, qui est in Volonem de *Ri[ba] Freta*, habet Poncius *du Verneto* totum quartum; et de II feixas de vineas de Gilelmus Petri et de Arnallus de *Ferraje*, qui sunt ad *Riba Fretta*, medietatem de quartum, et de I vinea de Miru, qui est justa istas [vineas], quartum. De campos de *Estanol*, quos tenet Gilelmus *Deusde* et Petrus *Mir*, abet Poncius *du Verneto* *agreri* de expletis; de ortos quos ibi sunt scripti habet *agreri* de solio et de olivas quartum. In campum de *Escud* debet habere Poncius *du Verneto* III<sup>am</sup> partem, in honore qui fuit de Berengarii Clerici, qui fuit frater de *Rudlan*, debet habere III<sup>am</sup> partem. Illos escambios quam fecit *Rudlan* ad Gilelmus de

Sancto Felici per mansum de Poncius *Buschet* tollit ad Poncius *du Verneto*. Predictum escambium fuit I casam de Bernardi *Guadal*, quam tenet Gilelmus Juliani, et I *ferraje* quem Gaubertus *Rudlan* donavit ad ospitalem de *Portel Lobi* [...] <sup>a</sup> *entro* ad caput orti de Arnalo Ugoni, sicut talat usque ad viam Perpiniani, habet Poncius *du Verneto* II partes, et tenet Bernardus *Rodlan* terciam partem, et fecit pro illo, in II campos qui sunt de Ramundus *Adalbert* habet *ager*, unus est ad *Aspres*, et alius est ad *Reila*, in [II] campos de *Felic* Bernardi habet *ager*, unus est ad *Aspres*, et alius est ad *Reila*, in I campo de Petrus *Barrera*, qui tenet cum *malol*, habet *ager*, in I<sup>a</sup> fexa de terra ad *Bada* de Guilelmus Petri habet *ager*, in I<sup>a</sup> fexa de terra de Petrus *Mir* ad *Vassa* habet *ager*. In I orto de Guilelmus *Justafre* et de Raimundus de Petrus Clerici ad *Linars* habet Poncius *du Verneto* quartum de olivarios et *ager* de terra, et in II campos de *Felic Vacher*, unus ad *Ventalola*, et alius ad *Tor de Archas*, habet *ager*, et in campo de Johanne *Bernard* ad *Tor de Archas* habet *ager*.

a. *Paraula il·legible*.

Text establert segons A<sup>2</sup>.

Hic est brevis de usaticis honoris qu[od] Poncius du Verneto habet in villa Sancti Felicis Subterioris. In primis *Felid* de Volono donat I gallinam, et I fogaciam, et I migeram vini, et dimidium ses. *censal de civada*; Petrus *Barrera* II gallinas, et II m. de vino, et II fogacias, et I s. *corrent de civada*; *Felid Vacher* III gall., et III fogacias, et III m. de vino, et II s. *correntos de civada*; Raimundus Arnaldus Calus I s. *corrent de civada*, et II fogacias, et II m. de vino, et dimidiam pernam; mansum Guilelmi *Botet* I gall., et II fogacias, et I s. *corrent de civada*, et II m. de vino; mansum de Nevia II gall.; mansum de Poncio *Buschet* I s. *corrent de civada*, et II gall., et II m. de vino, et II fogacias, et *quarter* de moltono; mansum Guilelmi *Bertuel* II gall.; Petrus *Mir* I s. *current de civada*, et II m. de vino, et II fogacias, et dimidiam pernam; mansum Bernardi *Gadal* VI denarios; et mansum Petri Dalmacii VI denarios; Jachobus XII denarios; Arnaldus de Portis III gall.; mansum Bernardi Ferrandi II gall., et I s. *corrent de civada*, et II fogacias, et II m. de vino; mansum Felicis Bernardi I pernam, et II fogacias, et II migeras de vino; Johannes Bernardus I pernam, et II fogacias, et II m. de vino; Raimundus Bernadus I pernam, et I fogaciam, et I m. de vino; mansum de *Bonesma* II gall., et II

fogacias, et II m. de vino, et dimidium s. *de civada*; Johannes *Isarn* I s. *corrent de civada*, et II gall., et II fogacias, et II m. de vino; mansum Arnaldi de Guilelmi Gauberti I s. *corrent de civada*, et I gallina, et I migera de vino; Petrus *Adroer* I gall.; Guilelmus *Aurelas* V gall.; per domum Raimundi Regis I gall.; mansum Raimundi Arnaldi et Petri Arnaldi *Trala* s. *corrent de civada*, et II fogacias, et II m. de vino, et II sol. per carnem; Guilelmus Petrus de *Ferrage* I gall., et II fogacias, et II migeras de vino, et I s. *corrent de civada*; Arnaldus de *Ferrage* I gall., et II fogacias, et II m. de vino, et I s. *corrent de civada*, et isti ambos donant I pernam; *Amalric Gannel* I s. *corrent de civada*, et II fogacias, et II gall., et II m. de vino; mansum Guilelmi Deodati II gall., et II fogacias, et II m. de vino, et I s. *corrent de civada*.

Poncius *Buscet* tenet II molendinos, et Guilelmus *Udalgaris* I molinum, et Johannes *Cavaler* I molinum et dimidium, Petrus de *Volono* I molinum, et Petrus *Deodatus* II molinos, et Guilelmus *Deodatus* III molinos, et Guilelmus *Cavaler* I molinum. Unusquisque istorum molinorum donat pro censu ad Poncium *du Vernetum* XII denarios annualiter. *Felid Joer* tenet I campum ad *Aspre* de *Columberio*, Bernardus *Costal* dimidium campum qui est ultra *Cigas*, Petrus Arnaldus *Trala* migeriam que est ad *Paladol*. Poncius *Vives* donat terciam partem unius galline, et terciam partem unius fogacie, et terciam partem unius m. vini, et terciam partem unius ses. de *blad*. Guilelmus *Deodatus* tenet I faixam et I *quadre* ad *Petra Bersen*, qui fuit de manso de Raimundi *Duran*, et Poncius *Vives* medietatem unius terre que est ad *Campum Comu*, et Johannes *Sabadel* medietatem unius terre que est ad *Campum Comu*. In orto *Marie Uga* et in orto de *Nevia* habet Poncius *du Verneto* VI partem. Poncius *Adroer* tenet I vineam ad *Arborem* de *Campellanis*, que donat quartum ad Poncium *du Verneto*. De *exagador* molinorum Guilelmi *Deodati* usque campos hominum ville *Peziliani*, et a parte oriente de orto Arnaldi de *Lupiano* et de orto *Felicis Baldric* usque ad ortum *Petri Od*, illi orti qui ibi sunt, dividunt per VI<sup>er</sup> partes, et de ipsis VI<sup>er</sup> Poncius *du Verneto* habet III<sup>es</sup> partes, et de aliis III<sup>bus</sup> partibus Poncius *du Verneto* habet terciam partem in una porcione ex his III<sup>bus</sup> partibus. De fevodis qu[od] Bernardus *Rodlan* tenet per Poncium *du Verneto*, Poncius *du Verneto* habet ibi duas partes de expletis, et Bernardus *Rodlan* terciam partem. Unam faixam de *Oliban*, et campum de *Petra Bersen*, et I faixam que est ad torum super *Puteum Relani*, et I campum qui est p[art] campum de *Escuto*, quem tenet Arnaldus Bernardus, et donat propter illum



campum I pernam. Hoc totum est propriam laborationem Poncii *du Verneto*. Vineam de Marge, quam Rigallus tenet per Poncium *du Verneto* ad fevodum. Petrus *Radener* tenet II vineas per Poncium *du Verneto*, et Bernardus Rex I, et Poncius *Mir* I, et Romeus I, et Balduinus I, et Raimundus *Bertuel* I, et Petrus *Dordol* I, et Petrus *Buschet* I, et Arnaldus *Gadal* I, et Arnaldus de *Ferrage* II, et Guilelmus Petrus III, et Raimundus de Petro Clerico I, et Poncius *Buschet* I, et Petrus de Raimundo *Mir* I, et Bernardus *Espaza* I, et Arnaldus Gili I, et Poncius Julianus I, filia Petri Guilelmi *BruX* I, Petrus *Barrera* I, *Felid* de Volono I, Petrus Adalbertus II. Iste predictae vinee sunt in vineto de Campellanis.

Poncius *du Verneto* habet medietatem in quartibus de Poncio de *Vives* de duobus vineis, quas habet in Relano. De una vinea, qu[am] Arnaldus Gili et Johannis de Lupiano tenent in Relano, Poncius *du Verneto* habet similiter medietatem de quarto. De vinea Bernardi *Bocher*, quam tenet in Relano, est quartum de Poncio *du Verneto*. Et de I vinea, qu[am] Petrus *Barrera* habet in Relano, similiter donat totum quartum ad Poncium *du Verneto*. Et de vinea Berengarii *Gannel* est medietatem de quarto Poncii *du Verneto*. In faixa de Castro, que est ad *Linars*, habet Poncius *du Verneto* sextam partem. In terciam partem faixe Bernardi *Botel* est totum quartum Poncii *du Verneto*. In orto Petri *Buscet*, qui est ad Faixas, habet Poncius *du Verneto* totum quartum; in orto Bernardi *Vacher* totum quartum; in orto Guilelmi *Deusde*, qui est ad Faixas, totum quartum; in orto Arnaldi *Gadal*, qui est juxta ipsum alium ortum, medietatem de quarto. In vergario Petri Adalberti habet Poncius *du Verneto* sextam partem; in vergario Petri *Mir* medietatem de quarto; in orto Petri Adalberti, qui est ad Vulpileres, medietatem de quarto; in maiollo Guilelmi *Deusde* et Mironi, qui est ad Volonum de Ripa F[rai]ta, totum quartum; in duobus faixis vinearum Guilelmi Petri et Arnaldi de *Ferrage*, que sunt ad Ripam Fraitam, medietatem de quarto; in vinea Mironi, que est juxta istas vineas, totum quartum.

De campis qui sunt ad *Estaniol*, quos Guilelmus *Deusde* et Petrus *Mir* tenent, habet Poncius *du Verneto* agrarium. De expletis predictorum ortorum habet Poncius *du Verneto* de solo agrarium, et de olivis quartum. In campo de Escuto habet Poncius *du Verneto* terciam partem. Et habet terciam partem in honore qui fuit Berengarii Clerici, qui fuit frater Rodlandi. De *Portel Lobi* usque ad caput orti Arnaldi Ugonis, sicut talat usque ad viam Perpiniani, habet Poncius *du Verneto* duas partes, et Bernardus

*Rodlan* tenet terciam partem ad fevodum pro Poncio du Verneto. In duobus campis qui sunt Raimundi *Adalbert* habet Poncius *du Verneto* agrarium, unus ex his campus est ad *Aspres*, et alius est ad *Relanum*. In duobus campis Felicis Bernardi habet Poncius *du Verneto* agrarium, unus ex his campus est ad *Aspres*, et alius est ad *Relanum*. In campo Petri *Barrera*, qui tenet cum maiollo, habet agrarium. In una faixa terre, que est ad *Bada* Guilelmi Petri, habet agrarium. In faixa terre Petri *Mir*, que est ad *Vassam*, habet agrarium. In orto Guilelmi *Juscafre* et Raimundi de Petro Clerico, qui est ad *Linars*, habet de solo agrarium, et de olivis quartum. In duobus campis Felicis *Vacher* habet agrarium, unus ex his campus est ad *Ventalola* et alius campus est ad *Torum de Archas*. In uno campo Johannis Bernardi, qui est ad *Torum de Archas*, habet agrarium.

## 65

1161 (nou estil), 15 de març

*Ponç de la Roca, el seu germà Bernat de la Roca i la seva esposa Garsenda venen a Hug Ramon, comanador del Masdú, a Guillem Guitard i a Ponç, frares de la milícia del Temple, dues peces de terra situades a la parròquia de Santa Maria de Brullà, al lloc anomenat prat de Mala Mort, pel preu de 110 sous, és a dir, 60 melgoresos i 50 de moneda rossellonesa.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 164r-v, acta núm. 273.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 387-390.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 40-42, segons B.

In Dei nomine. Sit manifestum quod ego Poncius de Rocha et frater meus Bernardus de Rocha et uxor mea *Garsen*, nos pariter, per nos et per omnes successores nostros vendimus tibi Uguo Raymundo, comendatori de Manso Domini, et fratri tuo Guilelmo Guitardo, et fratri tuo Poncio, et omnibus aliis fratribus milicie Templi Jherosolimiis<sup>a</sup> et successoribus vestris duas pecias de terra de nostro alodio francho per centum decem solidos, sexsaginta mulgurenses<sup>b</sup> et quinquaginta rossellonenses. Et sunt iste jam dicte terre in comitatu Russilionis, in adjacentia Sancte Marie de Bruliano, in loco qui nominatur ad Pratum de Mala Morte. Et una affrontat ab oriente in terra Bernardi de Monte Eschivo, a

meridie in terra Arnaldi de Bajas, ab aquilone in terra jam dicte milicie, ab occidente in terra Berengarii *Auger* de Ortafano. Et alia affrontat ab oriente et ab aquilone et ab occidente in terra jam dicte milicie, a meridie in terra Berengarii *Auger* jam dicti. Sicut includitur in istis affrontationibus jam dictis terris, sic ego Poncius de Rocha et frater meus Bernardus de Rocha et uxor mea *Garsen*, per nos et per omnes successores nostros vendimus tibi, Ugo Raymundo, et omnibus aliis fratribus et successoribus, quantum ibi habemus et habere debemus, sine ullo retentu et malo ingenio predictae milicie, per predictum precium, per alodium franchum. Actum est hoc idus martii, anno ab incarnatione Christi M° C° LX°, regnante Lodovico rege. Siquis contra hoc ad irrumpendum venerit, quod requirat vindicare non valeat, set in duplo componat et omni tempore firmiter maneat. Sig+num Poncii de Rocha, Sig+num Bernardi de Rocha fratris ejus, Sig+num Garsendis uxoris ejus, qui hoc<sup>c</sup> jusserunt facere testibusque firmare. Sig+num Guilelmi *Burd* de Rocha. Sig+num Petri de Baneolis. Sig+num Bernardi de Baneolis. Sig+num Bernardi *Pajes*.

Petrus, sacerdos, qui hoc, rogatus, scripsit die et anno quo supra (SM).

a. Sic B.    b. Sic B.    c. ho B.

## 66

1161, 13 de juny

*Guillem de Bages, amb el consentiment de la seva mare Adelaida, dels seus germans Arnau de Bages i Ramon, de la seva germana Mafalda i d'altres parents, dóna el seu cos a la milícia del Temple. Dóna igualment la meitat de les vinyes del lloc anomenat Coma de Darnac, dos camps, dues feixes i un mas en el qual el seu germà Arnau viurà després de la seva mort, i per aquest mas aquest tan sols donarà una gallina als frares de la milícia a títol recognitiu. Després de la mort d'Arnau, el mas farà el cens habitual de 2 sous de moneda rossellonesa, una gallina, una fogassa i un sester d'ordi mesura rasa. Tota aquesta honor se situa a les parròquies de Sant Andreu de Bages, Santa Maria de Brullà i Santa Eugènia d'Ortafà. Els templers hauran d'alliberar els dos camps i una de les feixes que estan empenyorades per 96 sous de moneda rossellonesa. La donació es fa en presència dels frares Hug de Barcelona,*

*mestre provincial, Hug Ramon, comanador del Masdéu, Guillem Guitard i Ponç Menestral.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 157r-v, acta núm. 258.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 387-390.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 43-47, segons *B*.

In Dei nomine. Sit manifestum quod ego Guilelmus de Bajas, consilio et laudamento matris mee Adaledis et fratrum meorum Arnaldi de Bajas et Raymundi et sororis mee *Amafalt* et aliorum amicorum meorum, dono domino Deo et milicie Templi Salamonis corpus meum, et pro redemptione anime mee et patris mei et matris et omnium parentum meorum dono jam dicte milicie medietatem vinearum de Cumba de *Arms*, et campum de *Caner*, et campum de *Graner*, et unam faxiam de terra ad Cuncas, et aliam faxiam ad Villa de *Triag*, et mansum in quo intus habitat post mortem fratris mei Arnaldi,<sup>a</sup> et in tali pacto ut justus donet modo fratribus milicie per istum mansum unam gallinam recognitionem, et post mortem fratris mei Arnaldi totum censum sicut facere debet per istum mansum, scilicet duos solidos rossellis et jam dictam gallinam et unam fochatam et sextarium vilanum rasum de ordeo. Omnis autem prescriptus honor est in comitatu Rossilionis, in adjacentiis Sancti Andree de Bajas et Sancte Marie de Bruliano et Sancte Eugenie de Ortaphano. Affrontat vero jam dictus campus de *Caner* ab oriente in via Francescha, a meridie in alodio Sancte Elnensis Eulalie, ab aquilone in terra Petri Marroti et nepotis sui Guilelmi, ab occidente in terra Petri Giffredi. Campus de *Graner* affrontat ab oriente in terra Bernardi *Raimir*, a meridie in terra de Franca femina, ab aquilone in via publica, ab occidente in terra Guilelmi Sancto Clemente. Fexa que est ad Cuncas affrontat<sup>b</sup> ab oriente in alodio milicie, a meridie in via que vadit ad Cumba de *Arms*, ab aquilone in terra Bernardi Orule, ab occidente in terra Petri Nepotis. Alia fexa que est ad Villa *Triag* affrontat ab oriente in via que vadit ad Villa *Triag*, a meridie in terra Guilelmi [...],<sup>c</sup> ab aquilone in terra Raymundi Ermengaudi, ab occidente in campo Sancti Christofori. Et jam dictus mansus est in villa de Bajas, juxta alium mansum quem mater mea *Adaled* tenet per jam dictam miliciam. Sicut omnis jam dictus honor est, cum omnibus suis affrontationibus et in se habentibus et pertinentibus, sic ego Guilelmus de Bajas, bona et spontanea voluntate et jam dicto consilio et laudamento, cum

corpori meo, domino Deo et milicie Templi Salomonis omnes mea voces et *dretages*, quas ibi habeo et habere debeo, omni tempore sine ullo enganno milicie, et de mea potestate et jure in potestate et jure milicie Templi Salomonis et fratribus (dicti)<sup>d</sup> loci mitto,<sup>e</sup> et in presenti per alodium franchum ad omnes voluntates faciendas jam dicte milicie. Et notificetur cunctis hominibus quod fratres milicie tradent de pignora campum de *Caner* et campum de *Graner* et faxam de *Vila Triach* per nonaginta et sex solidos rossellis. Siquis contra hoc ad irrupendum venerit, quod requirat vindicare non valeat, set in duplo componat, et omni tempore firmiter maneat. Actum est hoc idibus<sup>f</sup> junii, anno ab Incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi de Bajas, qui hoc firmavit et jussit facere et testibus firmare. Sig+num Adaledis matris ejus. Sig+num Arnaldi, fratris ejus, et Raymundi. Sig+num Amalfalti, sororis ejus. Sig+num Uguonis, magistri milicie, de *Barcellona*. Sig+num Uguonis comendatoris Mansi Dei. Sig+num Guilelmi Guitardi. Sig+num Poncii Ministrali, in presencia et in diebus quorum hoc donum factum fuit. Sig+num Raymundi de Bajas. Sig+num Petri Nepotis. Sig+num Justi. Regnante Lodovico rege.

Petrus, sacerdos, qui hoc rogatus scripsit, cum litteris damnatis<sup>g</sup> in quinta linea et signatis in XVIII<sup>a</sup> et in XXI<sup>a</sup>, die et anno quo (SM) supra.

a. Sic B. b. affronta B. c. Paraula il·legible B. d. dicti omès b.  
e. mito B. f. idus B. g. literis dampnatis B.

## 67

1161, 2 d'agost

*Arnau de Bages, la seva mare Adelaida, el seu germà Ramon, la seva germana Mafalda i la seva esposa Garsenda, amb el consentiment de llurs parents i amics, venen a la milícia del Temple i a Hug Ramon, administrador del Masdèu, i a tots els altres frares, tres peces de terra a canvi d'un cavall valorat en 150 sous de moneda rossellonesa. Aquestes terres se situen a les parròquies de Sant Andreu de Bages i de Santa Maria de Brullà.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 157v-158, acta núm. 259.  
C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, p. 390.  
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 48-51, segons B.

In Dei nomine. Sit manifestum quod ego Arnallus de Bajas et mater mea *Adaled* et soror *Amafalt* et frater meus Raymundus et uxor mea *Garsen*, nos pariter, consilio et voluntate amicorum et parentum nostrorum, bona voluntate, vendimus milicie Templi Salomonis et tibi Uguoni Raymundo, dispensatori de Manso Domini, et Guilelmo Guitardo, et Poncio Ministralo, et Esbaldido, et Arnaldo Barberani, et omnibus aliis fratribus et successoribus vestris, tres pecias de terris ex nostro alodio francho. Et accepimus de elemosinis jam dicte milicie unum cavallum, quem vos jamdictus frater nobis prescriptis donatis per istas III pecias terre<sup>a</sup> in precium de centum quinquaginta solidis rossillionensium.<sup>b</sup> Et sunt jam dicte terre in comitatu Rossilionis, in adjacentia Sancti Andree de Bajas et Sancte Marie de Bruliano. Una est in loco qui dicitur ad *Caner*, et affrontat ab oriente in comba de *Darnag*, a meridie in terra Bernardi Sorniano, a circio in terra quam tenet Petrus *Goffre* de Balneolis, ab occidente in terra quam tenet Franchus Sancti Johannis de Cella. Alia terra est in loco qui dicitur Infra ambos vias, et affrontat ab oriente in terra quam tenet Guilelmus *Peitavin*, a circio in via publica, a meridie et ab occidente in terra Guilelmi Sancto Clemente. Et alia terra est in loco qui dicitur *Prad de Mala Mort*, et affrontat ab oriente in alodio milicie, a meridie in terra quam tenet Dulça femina et filii sui, a circio in terra que fuit Bernardi Lisina et in terra de Dulça et in terra de Gili, ab occidente in terra quam tenet Guilelmus *Peitavin*. Sicut includitur in omnibus prescriptis affrontationibus jam dictis terris, sic ego Arnallus de Bajas et mater mea *Adaled* et soror mea *Amafalt* et frater meus Raymundus et uxor mea *Garsen*, jam dicto consilio et voluntate, vendimus jam dicte milicie et Ugo Raymundo dispensatori et omnibus fratribus milicie quantum ibi habemus et habere debemus, sine ullo retentu et malo ingenio et ad omnes voluntates faciendas, jam dicte milicie et fratribus suis. Et de nostre potestate et jure in potestate et jure jam dicte milicie et fratribus suis mittimus<sup>c</sup> in presenti omni tempore sine ulla reservatione. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> nonas augusti, anno ab incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> I<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege. Siquis contra hoc ad irrumpendum venerit, quod requirat vindicare non valeat, set in duplo componat, et omni tempore firmiter maneat. Sig+num Arnaldi de Bajas, Sig+num Adaledis matris ejus, Sig+num *Amafalt*, Sig+num Raymundi, qui hoc jusserunt facere et testibus firmare rogaverunt. Sig+num Raymundi de Bajas. Sig+num Guilelmi Bernardi, presbiteri. Sig+num Johanni Dalia. Sig+num Garsendis, uxoris Arnaldi.

Petrus, sacerdos, qui hoc rogatus scripsit cum literis supra-positis in VI<sup>a</sup> linea et signatis in X<sup>a</sup> et in XI<sup>a</sup>, die et anno (SM) quo supra.

a. terrarum B.    b. rossillionensis B.    c. mitimus B.

## 68

1162, 13 de maig

*Sibil·la, el seu marit Arnau i la seva filla Gallarda, [la seva germana] Llombarda i el seu marit Guillem, el seu germà Pere, i tots els seus fills, venen a Hug Ramon, administrador del Masdèu, a Guillem Guitard i als altres frares de la milícia del Temple una terra situada a la parròquia de Santa Maria de Brullà, al lloc anomenat Cent Destres, pel preu de 45 sous de moneda rossellonesa.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 160r-v, acta núm. 263.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 394-396.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 52-54, segons B.

In Dei nomine. Sit manifestum quod ego Sibilla femina et conjux meus Arnallus et filia nostra Gallarda, et ego Lumbarda et conjux meus Guilelmus, et frater noster Petrus, et omnes infantes nostri Petrus et Bernardus et Richardis, per nos et per omnibus nostris vendimus tibi Uguo Raymundo, dispensatori Manso Domini, et tibi Guilelmo Guitardi et omnibus aliis fratribus milicie Templi Jherosolimitanis qui ibi serviunt Deo, et illis qui adhuc venturi sunt ibi ad serviendum Deum, unam terram de nostro alodio francho per XL et V solidos ex bonis rossellis, sine ullo retentu et vestro malo ingeni, omni tempore, ad faciendum omnes voluntates predictis fratribus. Et est ista terra in comitatu Rossillionis, in adjacentia Sancte Marie de Brulano, in loco qui nominatur ad *Sen Destres*, et affrontat ab oriente et ab occidente in alodio predictae milicie, et a circio similiter, a meridie in terra quam tenet Fra[n]chus Sancti Johannis et in alodio Sancti Andree de Bajas. Sicut includitur in dictis affrontacionibus predictae terre, sic nos predicti vendimus vobis fratribus predictis et predictae milicie quantum ibi habemus et habere debemus, et de nostra potestate et jure in vestra mittimus<sup>a</sup> in presenti per jam dictum precium in eternum et per alodium franchum predictae milicie.

Et convenimus jam dicte milicie et fratribus ejus quod nos simus eis de predicta terra valitores et deffensores in eternum. Hoc fuit factum in diebus Uguonis de *Barceluna* magistri milicie. Siquis contra hoc ad irrupendum venerit, quod requirit<sup>b</sup> vendicare non valeat, set in duplo componat et omni tempore firmiter maneat. Actum est hoc III<sup>o</sup> idus madii, anno ab incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege. Sig+num Sibille femine, Sig+num Arnalli, conjugis ejus, Sig+num Gallarde, Sig+num Lumbarde, Sig+num Guilelmi, conjugis ejus, Sig+num Petri, fratris earum, Sig+num Petri, Sig+num Bernardi, Sig+num Richardis, qui hoc pariter firmaverunt et jusserunt facere et testibus firmare. Sig+num Guilelmi Bernardi sacerdotis. Sig+num Raymundi de Bajas. Sig+num Justi.

Petrus, sacerdos, qui hoc rogatus scripsit die et anno quo su-(SM)-pra.

a. mitimus *B*.    b. requirat *B*.

## 69

1165, 31 de març

*Estela i el seu marit Guillem Jordà [del Vernet] donen a la milícia del Temple i a Ramon de Canet, comanador del Masdeú, tot el que tenen a l'honor que el Temple té a la parròquia de Sant Andreu de Bages, excepte dues feixes que tenen en garriga.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 162, acta núm. 267.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, p. 419.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 55-56, segons *B*.

In Dei (nomine).<sup>a</sup> Notum sit omnibus hominibus quod ego Stella femina et ego Guilelmus Jordani, maritus ejus, nos simul, per nos et per nostros, donamus et diffinimus et laudamus atque concedimus domino Deo et domui milicie Templi et tibi Raymundo de Caneto, comendatori, et omnibus fratribus predictae domus milicie, presentibus et futuris, totum quantumcumque habemus et ulla voce et ratione habere debemus in toto vestro honore, quod<sup>b</sup> vos habetis et tenetis in villa de *Bages* et in suis terminis, in adjacentia Sancti Andree, preter II faxas terre quas garricas habemus, totum, integre, sine ingenio<sup>c</sup> et sine enganno et absque aliquo<sup>d</sup> retentu, imperpetuum, ad faciendas omnes vestras voluntates. Et est manifestum. Qui hoc voluerit dirumpere, in duplo



componat cum sua melioratione, et inantea firmum et stabilis permaneat omni tempore. Actum est hoc II<sup>e</sup> kalendas aprilis, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege. Sig+num Stelle femine, Sig+num Guilelmi Jordani, mariti ejus, qui hanc cartam fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Arnaldi *Boquer*. Sig+num Guilelmi de *Montels*. Sig+num Petri Bertrandi. (SM) Nicholaus, levita, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, sub die et anno quo supra.

a. nomine omès B.    b. quem B.    c. engennio B.    d. alo B.

## 70

1166, 11 de maig

*Estela i el seu marit Guillem Jordà del Vernet donen a la milícia del Temple tota l'honor que tenen a la vila i al terme de Bages i als termes d'Ortafà i de Brullà, honor que Estela havia heretat del seu pare Berenguer de Sant Julià. Per aquesta donació, han rebut de Ramon de Canet, comanador del Masdèu, i dels frares Guillem Desboix i Ponç 350 sous de moneda rossellonesa. Girard, comte de Rosselló, confirma aquesta transacció.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 158r-v, acta núm. 260.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 417-418.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 57-60, segons B.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus quod ego Stella femina et Guilelmus Jordani, maritus<sup>a</sup> meus, nos simul per nos et per omnem posteritatem nostram atque parentelam, amore Dei et in remissione omnium peccatorum nostrorum, ut Deus nos perducatur ad bonum finem et ad suum regnum, donamus domino Deo et milicie Templi Salomonis et omnibus ejusdem fratribus, presentibus et futuris, omnem nostrum honorem heremum et condirectum, quem nos habemus et habere debemus in villa de Bagis et in suis terminis et in terminis de Ortafano (et) de Bruliano. Qui honor omnis predictus advenit mihi Stelle a parte Berengarii de Sancto Juliano, patris mei, vel a qualicumque voce parentorum meorum. Et totum quantum in predictis terminis habemus de honore et habere debemus, sic totum integre et genealiter, donamus nos predicti Deo et milicie Templi Salomonis et omnibus fratribus ejus, presentibus et futuris, sicut superius melius scriptum est,

et legi, intelligi potest ad utilitatem eorum, cum exitibus suis et regressibus, et terminis suis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine eorum enganno et absque ullo retentu, imperpetuum, ad faciendas omnes voluntates milicie predictae et fratrum, per liberum alodium. Et propter hoc donum predictum nos predicti habuimus et recepimus de elemosinis milicie Templi CCCL solidos rossellis de manu Raymundi de Caneto, magistri de Manso Dei, et fratrum ejus Guilelmi de Buxo et Poncii. Et nos predicti donatores convenimus Deo et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, quod de hoc omni honore predicti erimus nos et nostri semper guarentes eis, sine eorum enganno. Et si aliquis ullam rem emparaverit, vel abstulerit illis in predicto honore, donamus milicie Templi et fratribus ejus, presentibus et futuris, returnum in omnibus rebus meis, sine eorum enganno. Hoc totum est factum laudamento Girardi comitis Rossillionensis. Et est manifestum. Qui hoc voluerit disrumpere, in duplo componat cum sua melioratione, et inantea firmum et stabile omni tempore permaneat. Actum est hoc V° idus madii, anno incarnationis Domini M° C° LX° VI°, regnante Lodoyco rege. Sig+num Stelle, Sig+num Guilelmi Jordani de Verneto, mariti ejus, qui hanc cartam donationis fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Girardi Rossillionensis comitis, qui hoc donum firmavit et laudavit. Sig+num Petri de Sancta Maria. Sig+num Petri Boni *Mancip*. Sig+num Guilelmi Bernardi, filii ejus. Sig+num Martini Jacobi. Sig+num Guilelmi de Albi. Nicholaus, levita, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, sub die et anno quo supra (SM).

a. mariti B.

71

1167 (nou estil), 21 de febrer

*Vianer, la seva esposa Eliarda i llurs fills Guillem i Estrader empenyoren a Ramon Reverta i als seus un camp que tenen a les parròquies de Santa Maria de Toluges i Santa Maria d'Orla, és a dir, la part d'aquest camp que tenen per Arnau de Santa Eugènia per 17 sous del Rosselló i la que tenen per Guerau d'Illa i Arnau d'Orla per 8 sous. Mitjançant aquests 25 sous, empenyoren aquest camp per dues collites, tret dels drets d'aquests senyors, és a dir, l'ager, una tercera part del dret de cossura, una mesura d'acapte i una mesura de braçatge. Pas-*

*sades aquestes dues collites, la penyora serà saldada des que hauran tornat aquesta quantitat; el producte de la collita no compta en el reemborsament. I quan facin el reemborsament, si el camp està llaurat i sembrat, restituiran als creditors tota la llavor com també l'alimentació dels animals de tir, i de la collita en faran dues meitats, excepte els drets dels senyors. Arnau de Santa Eugènia, la seva esposa i el seu fill han donat llur conformitat i han rebut 17 diners de dret de mutació, i els batlles de Guerau d'Illa i d'Arnau d'Orla han fet igual i han rebut 8 diners.*

A Original, pergami, amplada 370 mm, alçada 100 mm, ADPO, 1B63.<sup>61</sup>

B Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, t. V, pp. 213-216, segons A.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus quod ego *Vianer* et *Alliardis*, uxor mea, et filii mei *Guilelmus* atque *Estrader*, nos simul impignoramus tibi *Raimundo Reverta*, et uxori tue *Laurete*, et infantibus vestris, et posteritati vestre atque consanguinitati, et cui dare vel dimittere aut impignorare volueritis, pro vestro avere, I campum quem habemus et habere debemus in comittatu<sup>a</sup> *Rossilionis*, in ajacentia *Sancte Marie de Tuluges* et in ajacentia *Sancti Stephani de Orle*, quem tenemus per *Arnaldum de Sancta Eugenia* et per *Gueraldum de Insula* et per *Arnaldum de Orle*, scilicet hoc quod tenemus per *Arnaldum de Sancta Eugenia* pro XVII solidis *Rossellis*, et hoc quod tenemus per *Gueraldum de Insula* et per *Arnaldum de Orle* pro VIII solidis *Rossellis*. Affrontat autem predictus campus ab oriente in campo *Sancte Marie de Aspirano*, a meridie et occidente in campo *Arnaldi Rostol*, ab aquilone in ruta *Petri Palaci* et *Marie Basona*. Quantum includitur infra istas III affrontationes predicti campi, sic impignoramus illum totum integre vobis predictis et vestris, sicut superius scriptum est, cum exitibus suis et regressibus, et terminis suis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine vestro enganno, pro XXV solidis *rossellis*, ad II expletos annuales, salvis directis predictorum dominorum, scilicet agrario, et tertia parte cussure, et I mensura de accapte, et alia de braciatico. Post II expletos annuales in vestra potestate collectos, deinde in quacumque ora nos vel nostri persolverimus vobis vel vestris XXV solidos *rossellis* sine vestro enganno, hoc pignus sit nobis solutum, et fructus predicti pignoris non computetur in sorte predicti averis. Et si in die redimendi haberetis

61. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3110».

campum predictum guairetatum vel seminatum, cum tota semente quod vobis reddamus, et totum cibum joveriorum, habeamus totum expletum simul per medietatem, vos unam medietatem et nos aliam medietatem, salvis directis dominorum. Si vero moneta rossella fuerit minuata vel deteriorata de lege vel penso, reddemus vobis vel vestris III morabatinos marinos vel melechinos bonos et rectos Yspanie, ad rectum pensum Perpiniani, sine vestro enganno. Et est manifestum. Qui hoc voluerit disrumpere, in duplo componat cum sua melioratione, et postea firmum permaneat. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> kalendas marcii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege. Sig+num Viaderii, Sig+num Alliardis, uxoris ejus, Sig++na Guilelmi atque Estraderii, filiorum ejus, qui hanc cartam impignoracionis fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Arnaldi de Sancta Eugenia et Alamande, uxoris ejus, et Berengarius, filii ejus, qui hoc laudaverunt, et habuerunt de exita XVII denarios. Sig+num Arnaldi Petri, bajuli de Gueraldo, Sig+num Petri Gaufridi, bajuli de Arnaldo, qui hoc laudaverunt, et habuerunt de exita VIII denarios. Sig+num Johannis *Reverta*. Sig+num Raimundi *Fresca*. Sig+num Raimundi, sui cognati.

(SM) Nicholaus, levita, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, sub die et anno quo supra.

a. *Sic A.*

## 72

1168 (nou estil), 5 de març

*Bernat de Banyuls, el seu fill Bernat i la seva filla Saura donen a Ramon de Canet, comanador del Masdèu, una peça de terra situada a la parròquia de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat Puig Tallat, amb la condició que els templers paguin la quantitat de 15 sous rossellonesos per la qual aquesta peça està empenyorada.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 170r-v, acta núm. 287.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 432-433.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 63-64, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit omnibus quod ego Bernardus de Baneolis, et Bernardus, filius meus, et Saura, filia mea, omnes

insimul donamus domino Deo et milicie Templi Salomonis de *Jherusalem* et tibi Raymundo de Caneto, comendatori de Manso Dei, et omnibus tuis fratribus, presentibus et futuris, unam peciam terre de nostro alodio, ad omnes voluntates vestras faciendas omni tempore per vestrum proprium alodium et liberum, sicuti melius a vobis vel a vestris potest intelligi. Et est ista pecia terre in comitatu Rossillionensi, in adjacentia Sancti Andree de Bagis, in loco quem vocant ad Podium Talatum, et affrontat ab oriente in via de Petra et in uno *chorreg*, a meridie in terra Guilelmi Raymundi, ab occidente in terra Sancte Marie de Campo, ab aquilone in terra Bernardi Ramiri. Sicut includitur infra istas affrontationes, nos predicti donatores donamus Deo et predicte milicie et tibi predicto Raymundo de Caneto et tuis fratribus, ita ut vos abstrahatis hanc predictam terram de pignore de quindecim solidorum rossellis per quos est in pignora. Et ita de nostra potestate in vestram tradimus in presenti imperpetuum. Siquis contra hoc ad irrumpendum venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum III<sup>o</sup> nonas martii, anno ab Incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>, regnante L(odovico) rege. Sig+num Bernardi de Baneolis, qui hanc cartam donationis fieri jussit, firmavit firmarique rogavit. Sig+num Bernardi, filii sui, qui hoc hoc laudavit et scribere mandavit. Sig+num Saure, filie sue, que hoc laudavit. Sig+num Bernardi *Pages*. Sig+num *Goçbert*, clerici. Sig+num Berengarii de *Vilatinim*. Sig+num Guilelmi Girberti.

Petrus, clericus et sacerdos, rogatus, scripsit hoc die et anno (SM) quo supra.

## 73

1168 (nou estil), 5 de març

*Ermessenda Llobeta de Bages ven a la milícia del Temple i a Ramon de Canet, comanador del Masdèu, una peça de terra situada a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Vilatriac, pel preu de 20 sous de moneda rossellonesa.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 176r-v, acta núm. 299.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 437-438.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 61-62, segons B.

In Dei nomine. Notum sit omnibus quod Ermessendis Lubeta, de Bagis, vendo milicie Templi Salomonis de *Jherusalem* et tibi Raymundo de Caneto, comendatori de Manso Dei, et omnibus tuis fratribus, presentibus et futuris, unam petiam terre de meo alodio francho propter xx rossellis solidos, ad omnes voluntates vestras faciendas omni tempore per vestrum alodium proprium, francum et liberum. Et est ipsa terra in comitatu Rosselionensis,<sup>a</sup> in adjacentia Sancte Eugenie de Ortafano, in loco qui vocatur ad Vila *Triag*. Et affrontat ab oriente in terra Sancti Andree de Bagis, a meridie in terra Bernardi de *Orle* et sue uxoris Saurine, ab occidente et ab aquilone in terra de Clara femina. Sicut includitur infra istas affrontationes, ego Ermessendis Lubeta vendo predictae milicie et tibi R(aymund)o de Caneto, magistri de Manso Dei, et tuis fratribus, pro predictis xx solidis Rossellis, quos inde accipio a vobis sine ullo retentu ad tota voluntates vestras faciendas. Et ita de meo jure in vestrum trado per vestrum alodium franchum. Siquis contra hoc venire temptaverit ad irrumpendum, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum III<sup>o</sup> nonas martis, anno ab incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>, ann(is) regnante L(odovico) rege. Sig+num Ermessendis Lubeta, qui hanc cartam fieri jussit, firmavit firmarique rogavit. Sig+num Raymundi de Bagis. Sig+num Guilelmi Bernardi sacerdotis. Sig+num Petri *Marrot*.

Petrus, clericus et sacerdos, rogatus, scripsit hoc, cum litteris dampnatis<sup>b</sup> in V<sup>a</sup> linea et suprascriptis in II<sup>a</sup>, die et anno (SM) quo supra.

- a. Rosselionensi B.      b. litteris dampnatis B.

74

1169 (nou estil), 21 de març

*Apiana i el seu fill Bartomeu venen a Berenguer Sinfre, a Bonadona, la seva esposa, i a llurs fills una vinya que tenen per ells a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Cagacans, pel preu de 4 sous de moneda rossellonesa.*

- A Original, pergami, amplada 325 mm, alçada 60/70 mm, ADPO, 1B63.<sup>62</sup>  
 B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 216-217, segons A.

62. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 3042».

In Dei nomine. Sit manifestum quod ego Apiana femina, et filius meus Bartolomeus, nos pariter vendimus et difinimus<sup>a</sup> tibi Berengario *Sinfre*, et uxori tue Bone domine, et omnibus vestris infantibus omnique vestre posteritati, et cui donare vel dimitere<sup>b</sup> volueritis, unam vineam quam tenemus pro vobis in comitatu Rossilionis, infra fines et terminos Beate Marie de Malolas, in loco qui nominatur ad *Chaga* Kanos. Affrontat autem dicta vinea ab oriente de nobis venditoribus in vinea, a meridie in vinea Bonifilii *Garriga*, ab aquilone in Vassa, ab occidente in vinea Arnalli Petro.<sup>c</sup> Sicut includitur in dictis affrontacionibus predicte vinee, sic nos prefati vendimus et difinimus<sup>a</sup> vobis prenominate, et omnibus vestris, et cui donare vel dimitere<sup>b</sup> volueritis, quantum ibi abemus et abere<sup>d</sup> debemus, et cum exitibus et regressibus suis, et cum omnibus in se abentibus,<sup>d</sup> per totam vestram voluntatem faciendam sine ullo retentu. Et pro hac vendicione et difinicionem accipimus de vobis per precium dicte vinee IIII<sup>or</sup> solidos rosselis. Et est manifestum. Siquis contra hoc ad irrumpendum venerit, quod requirat vendicare non valeat, set in duplo componat, et omni tempore firmiter maneat. Actum est hoc XII<sup>o</sup> kalendas aprilii,<sup>e</sup> anno ab Incarnacione Christi MCLVIII, regnante Ludovico rege.

Sig+num Apiane femine, Sig+num Bartolomei filii ejus, qui hoc jusserunt facere et firmaverunt et laudaverunt et testibus firmare rogaverunt.

Sig+num Guilelmi *Torrad*. Sig+num Petri *Pilicer*. Sig+num Arnalli *Garriga* junioris.

Petrus, sacerdos, qui hoc, rogatus, scripsit die et anno quo su-(SM)-pra.

a. Sic A per difinimus. b. Sic A per dimittere. c. Sic A per Petri.  
d. Sic A. e. per aprilias.

1169, 7 d'abril

*Arnau de Toluges, fill del difunt Jordà, dóna en caució a Berenguer Tizoni de Toluges, a la seva esposa Maria i al seu germà Ramon, clergue, tots els quarts, mitjos quarts i agrers que percep a la parròquia de Santa Maria de Toluges, de tal manera que si no els ha restituït l'honor de Nils d'aquí a l'any que seguirà la pròxima festa de Rams, Berenguer Tizoni i els seus gaudiran*

*dels ingressos que els han empenyorat fins que hagin recuperat l'honor de Nils.*

A Original, pergami, amplada 195 mm, alçada 95 mm, ADPO, 1J816.<sup>63</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnallus de *Tuluges*, filius Jordani qui fuit condam, mitto in retornum tibi Berengario Tizoni de *Tuluges*, et uxori tue Marie, et fratri tuo Raimundo, clerico, et vestris, omnes quartos, et medios quartos, et agrarios, quos ego et habeo<sup>a</sup> et habere debeo per ullas voces infra fines et terminos ville de *Tuluges*, in ajacencia Sancte Marie. Sub tali conventu mitto tibi Berengario de *Tuluges Tizon*, et tuis, ego Arnallus jam dictus, predictos quartos et medios quartos et agrarios, quos habeo in prenominata villa de *Tuluges*, sive in suos terminos, quod si, ab isto primo festo veniente Ramis palmarum usque ad I annum, non habuerim in tua potestate, vel tuorum, ipsum honorem de Anullis, quem michi habundas ad predictum terminum, sine tuo tuorumque engano reversum, deinceps<sup>b</sup> teneas, habeas, possideas et expletes tantum ac tamdiu tu vel tui jam dictos quartos, et medios quartos, et agrarios ville de *Tuluges*, sicut melius ego ibi habeo, quousque habeas et possideas in tua potestate, vel tuorum, sine tuo tuorumque enganno, ipsum honorem de Annullis. Et de hoc toto accipio te in mea credentia quod te non engannem, nec engannare faciam, neque aliquo modo engannare dimittam. Et est manifestum. Siquis contra hoc ad inrumpendum venerit, agere non valeat quod requirit, set in duplo componat, et postea firmum et stabile maneat. Quod est actum VII idus aprilis, anno Incarnacionis Christi M° C° LX° VIII°, regnante Lodoyco rege. Sig+num Arnalli de Tuluges, qui hanc cartam returni fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Berengarii de Vilar Milan. Sig+num Bernardi de Anullis. Sig+num Rafardi de Anullis.

(SM) G(uilelm)us, monachus et sacerdos, qui hoc rogatus scripsi ut supra.

a. *Sic A.*    b. *Sic A per deinceps.*

63. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2592».



## 76

1169, 15 de maig

*Berenguer de Vilarmilà i els seus cedeixen a la milícia del Temple un home de nom Joan amb tota la seva descendència i amb tots els seus béns, de manera que restarà alliberat de qualsevol lligam de dependència envers ells. Per aquesta concessió han rebut 60 sous de moneda rossellonesa. Això fou posat a les mans dels germans Hug de Posquerres i Esbaldit.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 173r-v, acta núm. 293.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 441-443.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 65-67, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Vilar Milan et uxor mea Alamanda et mater mea Agnes et frater meus Guilelmus Poncii et soror mea Rossa, nos omnes simul, per nos et per omnes nostros dimittimus,<sup>a</sup> derelinquimus et omnibus modis diffinimus bona et gratuita voluntate te Johannem, filium Emete femine, Deo et milicie Templi Salomonis et omnem posteritatem tuam et omnes res tuas, sine omni tuo enganno et sine ullo malo ingenio et absque aliquo retentu imperpetuum, ad omnes tuas voluntates faciendas, ita quod ab hac ora inantea nos nec aliquis per nos nunquam in te neque in posteritate tua neque in omnibus rebus tuis queramus ullam rem neque interrogemus neque ullum servicium neque ullam dominationem, set sis tu liber, et omnis posteritas tua, a nobis predictis et ab omnibus nostris imperpetuum inviolabiliter, ad omnes tuas voluntates faciendas. Et propter hoc diffinimentum predictum, quod tibi fecimus, de te habuimus et recepimus manibus nostris de manibus vestris LX solidos Rossellis. Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat quod requiret, set in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat omni tempore. Actum est hoc idibus<sup>b</sup> madii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege. Sig+num Berengarii de *Vilarmilan*, Sig+num Alamande, uxoris ejus, Sig+num Agnetis, matris ejus, Sig+num Guilelmi Poncii, fratris ejus, Sig+num Rosse, sororis ejus, qui nos hanc cartam diffinimenti<sup>c</sup> fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num *Deus lo salv.* Sig+num Raymundi de Juvenibus hominibus. Sig+num Raymundi de Villa *d'Aval*. Hoc autem factum fuit in manu Ugonis de *Posquerres* et

Esbalditi, fratrum milicie Templi, in presentia Petri Boni *mancip* de Perpiniano, et Guilelmi Bernardi et Guilelmi de Malleolis de Bigordana.

(SM) Nicholaus, levita, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, sub die et anno quo supra.

- a. dimitimus B.    b. idus B.    c. Sic B, *corregir* diffinitionis.

## 77

1169, 3 de juliol

*Carbó de Brullà fa testament. Designa Bernat i Guillem, els seus fills, Ramon Yvern, Pere Yvern i Pere Gausbert marmessors testamentaris. [1] Dóna el seu cos a la milícia del Temple amb el seu cavall, les seves armes i el seu mul guarnit però sense mos. Dóna a la milícia un camp que Pere Erard té d'ells en penyora i que és a la parròquia de Santa Maria de Brullà, al lloc anomenat Olibà. De la tercera part del seu pa i del seu vi, en dóna una part a l'església de Santa Maria de Brullà, una altra a la milícia i una altra més a l'Hospital de Jerusalem. [2] Llega una aimina d'ordi a Santa Maria del Vilar. [3] Confirma a Santa Maria de Fontclara el do que li ha fet, i li dóna a més a més una aimina d'ordi. [4] Llega a la seva filla Estefania el mas que Bonet Teixidor tenia per ell amb una vinya i un hort, i la borda de Banyuls que havia rebut de la mare d'Estefania, i el camp que Pere, clergue de Candell, té per ell. I si Estefania morís sense hereu legítim, tota aquesta honor revertiria als seus germans Bernat i Guillem. [5] Llega al seu fill Bernat el seu millor mas en el qual viu amb tota la seva reserva senyorial, i tres masos més per ell tinguts i els feus que Guillem Cabal, Ponç de Brullà, Pere Ramon de Brullà i Bernat d'Ortafà tenen per ell. [6] La resta de la seva honor haurà d'ésser partida per la meitat entre els seus fills Bernat i Guillem, i que Guillem tingui el cobert i el vestit amb el seu germà al mas familiar, al qual tindran accés mentre visquin. [7] Ordena que cap del seus fills no pugi empenyorar o alienar tot el patrimoni o una part, sense l'acord del seu germà. [8] Si els seus dos fills morissin sense descendència legítima, tot el que té en alou a la parròquia de Brullà seria partit en dos, una meitat per a la milícia del Temple i l'altra meitat per a*

*l'Hospital de Jerusalem. [9] Confia la protecció dels seus fills i de tota la seva honor al comte Girard i a Guillem de Montesquiu, els seus senyors. Artau, bisbe d'Elna, i Girard, comte de Rosselló, confirmen aquest testament.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 47r-v, acta núm. 74.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 443-446.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 68-70, segons B.

In Dei nomine. Manifestum sit cunctis quod ego Curbo de Bruliano secundum istud relinquens pro amore Dei et redemptione peccatorum<sup>a</sup> meorum, in mea plena memoria facio meum testamentum. Et eligo meos manumissores, videlicet filios meos, Bernardum et Guilelmum, et Raymundum *Yvern* et Petrum *Yvern* et Petrum Gausberti, ut isti habeant potestatem dividendi meum mobile pro anima mea, sicut inferius scriptum est.

[1] In primis, dono corpus meum et animam Deo et milicie omni tempore, in vita et in morte, cum meo cavallo et meis armis et cum meo mulo phalerato<sup>b</sup> et effrenato. Et dono ibi unum campum de meo alodio, quem Petrus Erardi habebat de me in pignore, qui est in adjacentia Sancte Marie de Bruliano, in loco qui vocatur Olibanum. Accipio pro anima mea terciam partem panis mei et vini. Et de ista tercia parte dimitto<sup>c</sup> unam partem ecclesie Sancte Marie de Bruliano, aliam partem milicie, terciam partem Hospitali *Jherusalem*.

[2] Dimitto,<sup>c</sup> pro anima mea, Sancte Marie de Villare unam eiminam ordeï.

[3] Dono et concedo et laudo Sancte Marie Fontis Clari, omni tempore, illud donum<sup>d</sup> quod ibi feci, sicut melius in scripto quem ibi feci continetur. Et insuper dimitto<sup>c</sup> ibi unam eiminam ordeï.

[4] Dimitto<sup>c</sup> filie mee, Stephanie, jure hereditario, ipsum mansum quem Bonetus Textor tenebat per me, cum una vinea et cum uno orto, quod est de pertinentia mansi ipsius. Et dimitto<sup>c</sup> ei ipsam bordam de *Banuls*, quam accepi in matre sua, et ipsum campum,<sup>e</sup> quem Petrus, clericus de *Candel*, tenet per me. Hoc totum dimitto<sup>c</sup> ei, jure hereditario. Si forte decesserit sine legitimis, revertatur honor iste filiis meis, Bernardo scilicet et Guilelmo.

[5] Dimitto<sup>c</sup> filio meo Bernardo, meliorem mansum meum in quo habito, cum omni laboratione sua dominica, videlicet condaminas et femadam et campum de ruptis et boscum et molendina

et ortum dominicum domus. Et dimitto<sup>c</sup> ei meliorationem tres mansos, cum omnibus suis pertinentiis et habitatoribus suis, unum qui fuit de Bernardo Auricio, alium de Raymundo *Yvern*, tercium de Petro *Yvern*. Et insuper dimitto<sup>c</sup> ipsum fevodum quem Guilelmus *Cabal* tenet per me et fevodum quem Poncius de Bruliano tenet per me, et fevodum Petri Raymundi de Bruliano, et fevodum Bernardi de Ortafano.

[6] Totum alium meum honorem, ubicumque illum habeam vel habere debeam, heremum et condirectum, homines et feminas, alodia, fevoda, pignora, compras, accaptas, plantas dimitto<sup>c</sup> inter ambos filios meos, Bernardum et Guilelmum, medium pro medio. Et Guilelmus habeat cum fratre suo, Bernardo, in manso meo, victum et vestitum, sicuti corpori suo, et habeant ibi introitum et exitum omni tempore vite sue.

[7] Precipio quod nullus filiorum meorum Bernardi et Guilelmi habeat licenciam inpignorandi vel alienandi vel vendendi vel etiam donandi ullo modo aliquid vel totum sue partis honoris sine assensu fratris sui.

[8] Et quicumque predictorum filiorum meorum obierit primus sine infante de uxore, pars ejus deveniat alteri. Si forte ambo obierint sine infantibus legitimis, dimitto<sup>c</sup> omnia mea alodia quem habeo vel habere debeo in adjacentia Sancte Marie de Bruliano inter miliciam et Hospitale *Jherusalem*, medium pro medio.

[9] Dimitto<sup>c</sup> filios meos et totum meum honorem in tuitione et defensione<sup>f</sup> domini nostri Jhesu Christi et Guirardi, comitis Rossillionis, et Guilelmi de Monte Eschivo, dominorum meorum.

Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum V<sup>o</sup> nonas julii, anno dominice Incarnationis MCLXVIII, regnante Lodoyco rege in Francia. Sig+num Carbonis de Bruliano, qui hoc testamentum scribere mandavit, laudavit atque firmavit et testes firmare rogavit. Sig+num Berengarii de Villaro Milani. Sig+num Guilelmi Poncii, fratris ejus. Sig+num Guilelmi de Solario. Sig+num Bernardi Corbascii de Taciono. Sig+num Raymundi *Yvern*. Sig+num Petri *Yvern*. Sig+num Petri Gausberti. Sig+num domini Artalli,<sup>g</sup> Helenensis episcopi, qui hoc laudavit et firmavit. Sig+num Girardi, comitis Rossillionis, qui hoc laudavit et firmavit.

Petrus, precentor, hoc scripsit, rogatus,<sup>h</sup> cum litteris<sup>i</sup> rasis et emendatis in XI<sup>a</sup> linea et XVI<sup>a</sup>, die et anno (SM) quo supra.

a. paccatorum *B.*    b. falerato *B.*    c. dimito *B.*    d. domum *B.*    e. campus *B.*  
 f. deffensione *B.*    g. Arnalli *B.*    h. rogatus *repetit per error B.*    i. literis *B.*

## 78

1169, 2 d'agost

*Joan Saquet de Vilanova i la seva germana Ermessenda venen a la milícia del Temple i a Bernat, administrador del Masdèu, una peça de terra situada a la parròquia de Santa Maria de Brullà, al lloc anomenat Caner, pel preu de 150 sous de moneda rossellonesa.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 167r-v, acta núm. 280.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, p. 447.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 71-72, segons *B.*

In Dei nomine. Manifestum sit cunctis quod ego Johannes *Sachet* de Villa nova et soror mea Ermessendis, nos insimul per nos ipsos et per totam nostram posteritatem vendimus Deo et milicie Templi et tibi Bernardo, ejusdem domus dispensatori, et omnibus successoribus tuis imperpetuum unam petiam terre de nostro libero alodio per CL solidos rossellis, et de nostra potestate in vestram in presenti tradimus omni tempore, ad faciendum omnes vestras voluntates. Est autem predicta terra in termino Sancte Marie de Bruliano, ad *Caner*. Et affrontat ab oriente in terra Bernardi *Rasmir* de Bagis, a meridie in terra Petri *Marrot* de Bagis, ab occidente in terra Sancte Eulalie, ab aquilone in terra Petri *Gonterii* de *Terrats*. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas includitur, totum, ut superius est dictum, cum exitibus et regressibus suis, vendimus Deo et predicte milicie et tibi Bernardo predicto dispensatori et omnibus successoribus tuis sine omni retentu imperpetuum pro supradicta pecunia<sup>a</sup> ad proprium alodium et liberum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum IIII<sup>o</sup> nonas augusti, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C LX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege in Francia. Sig+num Johannis *Sachet*, Sig+num Ermessendis sororis ejus, qui hoc fieri jusserunt firmaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num *Lobet* de Villa nova. Sig+num Berengarii Cerdani. Sig+num Petri Andree de Bagis. Sig+num Raymundi de Bagis.

Petrus hoc scripsit, rogatus, cum litteris<sup>b</sup> emendatis in V<sup>a</sup> linea, die et anno (SM) quo supra.

a. peccunia B.      b. literis B.

## 79

1170, 7 de juliol

*Udalgar de Sala, amb el consentiment de la seva mare Maria i dels seus germans Gausbert i Bernat, dona a la milícia del Temple i posa a les mans de Bernat de Castelló, procurador del Masdèu, i dels frares Hug i Ponç, una borda situada a la parròquia de Sant Andreu de Montboló, al lloc anomenat Coll, que tenen Joan Descoll i la seva esposa Agnès. Aquesta borda fa un cens de 3 sous, i les terres que en depenen donen la tasca, i les vinyes el quint. A més a més, el mas de Carrachons té una peça de terra que depèn d'aquesta borda i que dona la tasca, i Bernat Mulet té una vinya d'aquesta borda que dona el quint.*<sup>64</sup>

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 116, acta núm. 182.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 457-458.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 73-75, segons B.

Anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup>, nonis julii, regnante Ludovico rege Franchorum. Ego Udalgarius de Sala, consensu et voluntate matris mee, Marie, fratrumque meorum, videlicet Gausberti et Bernardi, dono et in presenti trado omnipotenti Deo et Salomoni Templi milicie, in manu Bernardi de Castellione, procuratoris Mansi Dei, et Ugonis et Poncii, ceterorumque fratrum ipsius domus cohabitancium, propter remedium anime mee, unam bordam de alodio, imperpetuum, quam tenet Johannes de Collo et uxor ejus, Agnes, cum omnibus pertinenciis ejus et directis que habet vel ullo modo habere debet, ut illam bordam Templi milicie fratres habeant et teneant et amodo jure donationis semper possideant. Est autem ipsa borda in Elenensi episcopatu, in parrochia Sancti Andree Montis Balloni, in locum qui vocatur ad Collum. Et est nempe predicta borda domus, quam Johannes de

64. Aquesta donació fou impugnada als templers pel vescomte de Castellnou, Guillem V, que només va renunciar als seus drets sobre aquests béns el 19 d'abril de 1203, vegeu més endavant l'acta núm. 189.

Collo et uxor ejus, Agnes, habitant, cum terris et vineis et orto, et donat censum III solidos, et de terris tascham, et de vineis quintum. Rursus mansus de *Carrachons* tenet unam petiam terre de jam dicta borda, que est ad Fullolus, et donat similiter tascham. Iterum, Bernardus Mulet tenet unam vineam de predicta borda, que est ad Terradas, et donat quintum. Et est manifestum. Siquis voluerit disrumpere, vindicare non valeat et in duplo componat. Sig+num Udalgarii, qui hanc cartam scribere jussi et firmavi et testes firmare rogavi, Sig+num Marie, matris ejus, Sig+num Gausberti, Sig+num Bernardi, fratrum ejus, qui hoc laudamus simul et firmamus. Sig+num Arnaldi de Codaletto. Sig+num Bernardi. Sig+num Petri de Ripa, testium.

Petrus, levita de *Angils*, rogatus, (SM) scripsit, cum literis suprascriptis in VIII<sup>a</sup> linea.

## 80

1170, 22 de setembre

*Bernat de la Roca, la seva esposa Adelaida i llur filla Alamanda donen als frares del Masdéu, en poder de Bernat de Castelló, comanador, i dels frares Hug, Ponç Menestral i Berenguer de Monells, tota l'honor que tenen a les parròquies de Sant Julià de Vilamulaca i de Santa Maria de Nils. Per aquesta donació han rebut una almoïna de 1.500 sous melgoresos dels frares del Masdéu. Bernat de la Roca i Grimau de Banyuls, el seu nebot, juren sobre els Evangelis que els termes d'aquesta donació seran íntegrament observats.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 97v-98, acta núm. 156.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 467-468.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 79-81, segons B.

In Dei nomine. Notum sit omnibus quod ego Bernardus de Rocha et uxor mea Adaledis atque filia nostra Alamanda, per nos et omnes nostros, bona voluntate et in remissione peccatorum nostrorum, atque peccatorum patris ac matris nostre et omnium parentum nostrorum, damus et concedimus et in presenti tradimus Deo et Jherosolimitane milicie et Manso Dei proprie omnibusque fratribus semper ibi Deo servientibus, in potestate Bernardi de Casteliono, ejusdem mansi procuratoris, et Ugonis fratris atque

Poncii Ministralis et Berengarii de *Mulnels*, omnem honorem quecumque habemus et habere debemus, qualicumque modo et per aliquas voces, in parrochiis<sup>a</sup> Sancti Juliani de Villa mulaca et Sancte Marie de *Agnils*, videlicet campos, vineas, prata, paschua, *rieras* et stagna atque arbores diversarum maneriarum, omnia culta et inculta, que nos in dominium tenemus neque aliqui per nos tenent. Sub tali conditione predicta omnia Jherosolimitanensis<sup>b</sup> milicie et omnibus fratribus semper ibi Deo servientibus in proprium alodium damus, ut omnia in proprium alodium teneant et possideant. Et de nostra potestate tradimus in potestate Jherosolimitanensis<sup>b</sup> milicie omniumque fratrum qui modo ibi sunt, neque venturi sunt, ad facere quicquid voluerint, sicuti melius ab ipsis fratribus ad bonum ipsius milicie sine omni suo enganno intelligi potest. Et pro hac donacione de caritate Mansi Dei mille et quingentos solidos de bonis malguriensibus accepimus. Et ego Bernardus de Rocha et ego Grimaldus de Baynolis, nepos ipsius, quod hec omnia predicta salva et integra serventur per Deum et super sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia manibus nostris juramus. Siquis hoc infringere voluerit, perficere non valeat, set in duplo componat. Actum est hoc X<sup>o</sup> kalendas octobris, anno ab incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup>, regnante Lodoico rege. Sig+num Bernardi de Rocha,<sup>c</sup> Sig+num Adaledis, Sig+num Alamande, qui hec scribere jusserunt, firmaverunt. + Artalli, Elnensis episcopi. Sig+num Gerardi, Rossellionensis comitis. Sig+num Guilelmi de *Villarnart*. Sig+num Raymundi, fratris ejus. Sig+num Geralde de Baynolis. Sig+num Grimalli, Sig+num Poncii, Sig+num Bernardi, ejus filiorum. Sig+num Guilelmi *Bort* de Rocha. Sig+num Berengarii Rubei de Tala. Sig+num Raymundi de *Teço*. Sig+num Ugonis, fratris ejus. Sig+num Bernardi de Baneolis. Sig+num Petri de Clusa. Sig+num Alberti Sancti Cipriani. Bernardus, presbiter, qui hoc scripsit et IIII<sup>a</sup> linea rasisit et emendavit, die et anno quo supra (SM).

a. parrochia B.    b. Jherosolimitane B.    c. Racha B.

1170, 22 de setembre

*Bernat de la Roca, la seva esposa Adelaida i llur filla Alamanda, senyors del castell de la Roca, confirmen als frares de la milícia de Jerusalem que els asseguraran el gaudiment del que els han donat, i, en cas que algú se n'apoderés per força, lliuren*



*en garantia als templers els masos, amb els censos, usatges i molins que tenen en senyoria a la parròquia de Santa Maria de Brullà i llur camp de Vilaclara, que és anomenat camp de Sant Pere, i els frares tindran i explotaran aquests béns fins que tinguin el ple i ferm gaudiment d'allò que els ha estat donat. Bernat de la Roca i Grimau de Banyuls, el seu nebot, juren sobre els Evangelis observar els termes d'aquesta concessió.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 118, acta núm. 187.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 459-460.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 76-78, segons B.

In Dei nomine. Ego Bernardus de Rocha et uxor mea Adaledis ac filia nostra Alamanda laudamus et convenimus Jherosolimitane milicie et omnibus fratribus semper ibi Deo servientibus, per nos et omnes successores nostros de castello Roche dominatores venturos, ut ipsam donacionem quam ipsi milicie bona voluntate donavimus, salve et secure imperpetuum tenere faciamus, et ut ab omni persona, hominis et femine, salvemus. Si, enim, aliquis in ipsa donacione vi aliquid angerit, mittimus<sup>a</sup> Jherosolimitane milicie et omnibus milicie fratribus in *retorn* mansos nostros cum censibus et usaticis atque molinos, que omnia in dominium tenemus in parrochia Sancte Marie de Bruyllano, et campum nostrum de Villa Clara, videlicet illum qui dicitur Campus Sancti Petri. Ipsi, enim, milicie et fratres tamdiu predicta omnia teneant, possideant et expletent, donec ipsa donacio eis firmiter solidetur. Siquis hoc infringere voluerit, perficere non valeat, set in duplo componat. Actum est hoc X<sup>o</sup> kalendas octobris, anno ab incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup>, regnante L(udovico) rege. Sig+num Bernardi de Rocha, Sig+num Adaledis, Sig+num Alamande, qui hoc scribere jusserunt, firmaverunt firmarique rogaverunt. (*crux*) Artaldi, Elnensis episcopi. Sig+num Gerardi, Rossillionensis comitis. Sig+num Guilelmi de *Villa Arnad*. Sig+num Raymundi, fratris ejus. Sig+num Geralde de Baneolis. Sig+num Grimaldi, Sig+num Poncii, Sig+num Bernardi, ejus filiorum. Sig+num Guilelmi *Bort* de Rocha. Sig+num Berengarii Rubei de Tala. Sig+num Raymundi de *Teço*. Sig+num Ugonis, fratris ejus. Sig+num Bernardi de Baneolis. Sig+num Petri de Clusa. Et ego Bernardus de Rocha et ego Grimaldus de Baneolis, nepos ejus, quod hec omnia predicta salva et integra predictae milicie servemus, per Deum et super sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia juramus manibus nostris. Sig+num Agalberti Sancti Cipriani.

Bernardus, presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo supr-  
(SM)-a.

a. mitimus *B*.

## 82

1170, 25 de novembre

*Bernat Raimir ven a Santa Maria del Masdéu i a Bernat de Castelló, procurador, i als freres Hug, Ponç i Pere de Solio, dues peces de terra situades a la parròquia de Sant Andreu de Bages, pel preu de 60 sous de moneda rossellonesa.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 163v, acta núm. 271.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 468-469.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 82-83, segons *B*.

In Dei nomine. Ego Bernardus *Raimir* vendo omnipotenti Deo et Sancte Marie Mansi Dei et tibi Bernardo de Castellione, ipsius domus procuratori, atque Uguoni et Poncio necnon Petro de Solio ceterisque fratribus Templi milicie, II<sup>as</sup> pecias terre per alodium, pro LX solidis rossellis, ut eas ammodo habeatis et teneatis, cum exhibus vel ingressibus suis et omnibus in se habentibus, et jure venditionis imperpetuum possideatis. Sunt autem predicte terre in episcopatu Elne, in parrochia Sancti Andree de Bagis. Altera vocatur Faxia de Fonte et affrontat<sup>a</sup> ex una parte in terra Petri Gaufredis, de alia in terra Bernardi Michaelis et Petri Gaufredi de Pulestris, de alia in campum de vobis emptoribus, ex III<sup>a</sup> parte in cumba. Alia pecia est ad Fexiam Tortam et terminatur ex I<sup>a</sup> parte in via publica, de alia in terra Fulcherii, ex III<sup>a</sup> parte in via que exit de Bagis et vadit *Candel*, ex IIII parte in terra Bernardi de Surna. Et est manifestum. Siquis hanc cartam venditionis irrumpere voluerit, agere non valeat, set duplo componat. Que est facta VII<sup>o</sup> kalendas decembris, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup>, Lodovico rege regnante. Sig+num Bernardi *Raimir*, qui hoc laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Bernardi Michaelis. Sig+num Bernardi *Guillem*. Sig+num Adaledis, qui hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+num Raymundi de Bagis. Sig+num Johannis Ferrana. Sig+num *Deuslosal Marrot*.

Petrus, diaconus,<sup>b</sup> rogatus hanc cartam scripsit die et anno (SM) quo supra.

a. affronta B.    b. diachonus B.

## 83

1172 (nou estil), 29 de gener

*Folquer de Bages, la seva muller Beatriu i llurs fills Ramon i Garsenda venen a la milícia del Temple, i posen a les mans de Ramon de Canet, procurador del Masdèu, i dels frares Hug de Posquerres i Ponç, una feixa de terra que tenien per la milícia a la parròquia de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat la Pera, mitjançant una vaca.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 176, acta núm. 298.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 484-485.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 84-85, segons B.

In Dei nomine. Ego Fulcherius de Bages et uxor mea Beatrix et infantes nostri Raymundus et Garsen, bona fide, sine dolo, per nos et per omnes nostros vendimus Salomonici Templi milicie in manu R(aymund)i de Canet, Mansi Dei procuratoris, et Uguonis de Poscheris atque Poncii ceterorumque fratrum ipsius domus cohabitantium<sup>a</sup> unam faxiam terre que est in parrochia Sancti Andree de Bages, in loco qui vocatur ad Pera, quam fexia tenebamus pro jam dicta milicia. Et terminatur ab oriente in faxia milicie, a meridie in campo Bernardi Cerda, ab aquilone in terra Bernardi Baru, ab occidente in fexia milicie. Sicut includitur per istas IIII<sup>or</sup> affrontationes, sic vendimus vobis quantum ibi habemus, vel habere debemus, propter unam vaccam, ut teneatis et habeatis cum exitibus et ingressibus suis et omnibus in se habentibus, ad faciendum quicquid inde volueritis omni tempore. Et de nostro jure in vestro specialiter tradimus dominio. Et est manifestum. Siquis hanc cartam venditionis irrumpere voluerit, agere non valeat, set in duplo componat. Que est facta IIII<sup>o</sup> kalendas februarii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> I<sup>o</sup>, Lodovico rege regnante. Sig+num Fulcherii, Sig+num Beatricis, Sig+num Raymundi, Sig+num Garsendis, qui omnes hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+num Deus lo saul Marrot. Sig+num Johannis de Ferrande. Sig+num Arnalli Guasch.

Petrus, diaconus,<sup>b</sup> rogatus hanc cartam scripsit cum litteris<sup>c</sup> suprascriptis in III<sup>a</sup> linea die et anno (SM) quo supra.

a. chohabitantium *B.*    b. diachonus *B.*    c. literis *B.*

## 84

1172 (nou estil), 31 de gener

*Joan i el seu germà Pere donen a llur germana Berenguera, al marit d'aquesta Joan Pasqual i als fills que neixin de llur unió tota l'honor que tenen a la vila de Perpinyà, a la parròquia de Sant Joan, que han heretat de llur pare, Pere Menget, i de llur avi, Pere Geli, a saber: dos masos, la quarta part d'un hort, un mallol, un camp, una feixa a l'estany de Godor, la tercera part d'un camp de Puig Bez i la tercera part del camp de Costa. De la mateixa manera, Nicolau i el seu germà Martí donen a llur neboda Berenguera i al marit d'aquesta llur part dels camps de Puig Bez i de Costa, una tercera part de la qual ja els ha estat donada per Joan i Pere. Berenguera es dona per esposar Joan Pasqual i li constitueix en dot tota l'honor que els seus germans i els seus oncles li han deixat en herència. Joan Pasqual es dona per espòs a Berenguera i li constitueix un dot de 450 sous de moneda rossellonesa.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami, amplada 215/225 mm, alçada 170 mm, ADPO, 1B59.<sup>65</sup>

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 264-267, segons A<sup>1</sup>.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Johannes et frater meus Petrus, nos simul donamus tibi Berengarie, sorori nostre, et marito tuo Johanni *Pascal*, et infantibus vestris, qui de vobis duobus predictis fuerint creati et nati, omnem honorem nostrum, quem habemus et habere debemus in villa Perpiniani et in suis terminis, in ajacentia Sancti Johannis, qui nobis advenit a patre nostro Petro *Menget* et avo nostro Petro Egidii, scilicet unum mansum, qui est inter mansum Guilelmi *Mustela* et mansum Arnaldi *Mallol*; et quartam partem unius orti, qui est juxta ortum Petri *Gros* et juxta ortum Bernardi Adalberti et Guilelmi Adalberti fratris ejus; et unum mallolum et unum campum, qui sunt inter mallolum

65. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3136».

Petri *Gasol* et mallolum Berengarii Fabri de Mallolis; et unam fexiam terre, que est ad Stagnum *Godor* inter fexiam Petri *Gasol* et fexiam Petri de Villa longa; et terciam partem campi de Podio *Bez*, qui est inter viam publicam et campum Perpiniani *Madeller*; et terciam partem campi de Costa, qui est juxta campum Petri Sinfredi et juxta campum Perpiniani *Madeller*. Et ego Martinus et ego Nicholaus, frater ejus, nos simul donamus tibi Berengarie predictae, nepoti nostre, et marito tuo Johanni *Pascal*, et infantibus vestris qui de vobis duobus predictis fuerint creati et nati, nostram partem et nostra jura que habemus et habere debemus in predicto campo de Podio *Bez* et in predicto campo de *Costa* in perpetuum, sine omni vestro enganno. Et ego predicta Berengaria dono me ipsam per legalem uxorem tibi Johanni *Paschal*, marito meo. Et dono tibi in donatione et in sponsalitie, ad diem nuptialem, omnem dictum honorem integre, quem fratres mei predicti et avunculi mei predicti michi dederunt nomine hereditatis mee, tali pacto quod predictum honorem simul habeamus, teneamus, possideamus et expletemus omni vita nostra, cum infante et sine infante. Post mortem nostram remaneat infantibus nostris, qui de me Berengaria et de te Johanne fuerint creati et nati. Et si ex nobis duobus predictis infans vel infantes apparibiles non fuerint, et tu Johannes michi supervixeris, habeas et possideas in sponsalitie omnem predictum honorem omni vita tua sine omni enganno. Post mortem vero tuam, revertatur ad propinquos meos. Et ego Johannes *Paschal* dono me ipsum per legalem maritum tibi Berengarie, uxori mee, et dono tibi in donatione et in sponsalitie, ad diem nuptialem, CCCCL solidos rossellis in omnibus rebus meis, scilicet in avere et in honore quem modo habeo vel in antea habere vel acquirere potero, tali pacto quod illos simul habeamus, teneamus, possideamus et expletemus omni vita nostra, cum infante et sine infante. Post mortem nostram remaneant infantibus nostris, qui de me Johanne et de te Berengaria fuerint creati et nati. Et si ex nobis duobus predictis infans vel infantes apparibiles non fuerint, et tu Berengaria michi supervixeris, habeas et possideas predictos CCCCL solidos rossellis in sponsalitie omni vita tua, sine omni tuo enganno. Post mortem vero tuam, revertantur ad propinquos meos. Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat quod requirat, set in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat omni tempore. Actum est hoc II° kalendas februarii, anno incarnationis Domini M° C° LXX° I°, regnante Lodoyco rege. Sig+num Johannis, Sig+num Petri fratris ejus, qui

hanc cartam donationis fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Martini, Sig+num Nicholay, fratris ejus, qui hanc cartam donationis fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Berengarie femine, Sig+num Johannis *Paschal*, mariti ejus, qui hanc cartam donationis et sponsalicii fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Bernardi de *Fredalan*. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Raimundi Hominis Dei. Sig+num Adalberti de Solario. Sig+num Perpiniani *Madeller*.

(SM) Virgilius, qui hoc scripsit vice Nicholay sub die et anno quo supra.

## 85

1172, 18 de maig

*Guillema, el seu marit Pere Jaume, la seva germana Ermessenda i el marit d'aquesta, Llorenç, venen a la milícia del Temple, i posen a les mans de Ramon de Canet, procurador del Masdèu, Hug de Posquerres, Ponç i d'altres frares d'aquesta casa dues peces de terra, l'una situada a la parròquia de Sant Andreu de Bages i l'altra a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, pel preu de 60 sous de moneda rossellonesa.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 163, acta núm. 270.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 548-549.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 86-88, segons *B*.

In Dei nomine. Ego Guilelma et maritus meus Petrus Jacobus et soror mea Ermessendis atque Laurencius maritus ejus, bona fide, sine dolo, per nos et per omnes nostros, vendimus Salomonici Templi milicie, in manu Raymundi de Caneto, Mansi Dei procuratoris, et Ugonis de Posceris atque Poncii ceterorumque fratrum ipsius domus cohabitantium,<sup>a</sup> II<sup>as</sup> pecias terre nostri alodii, que sunt in episcopatu Elne. Quarum una est in adjacentia Sancti Andree de Bagis,<sup>b</sup> terminatur ab oriente in terra Raymundi Berengarii, a meridie in terra Sancti Andree, ab occidente in terra Saurine, ab aquilone in terra Petri Bauca. Alia terra est in adjacentia Sancte Eugenie de Ortafano et terminatur ab oriente in terra Guilelmi *Malchor* de Malleolis, a meridie in terra milicie, ab occidente in cumba de *Cumbes d'Arms*, ab aquilone in terra Marie Euguedera. Sicut includitur per sitas omnes affrontationes,

sic vendimus vobis quantum ibi habemus vel habere debemus propter LX solidos rossellis, ut teneatis et habeatis cum exitibus et ingressibus suis et omnibus in se habentibus, ad faciendum quicquid inde volueritis inperpetuum per alodium. Et de nostro jure in vestro presencialiter tradimus dominio. Et est manifestum. Siquis hanc cartam irrumpere voluerit, agere non valeat, set duplo componat. Que est facta XV<sup>o</sup> kalendas junii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, Lodovico rege regnante. Sig+num Guillelme, Sig+num Ermessendis, sororis mee, Sig+num Stephanie, matri nostre, Sig+num Petri Jacobi, Sig+num Laurencii, nostrorum maritorum, qui omnes hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+num Petri de *Paladol*. Sig+num Guilelmi Salanconis. Sig+num Johannis de *Castel*.

Petrus, diaconus,<sup>c</sup> rogatus hanc cartam scripsit cum litteris<sup>d</sup> suprascriptis in II<sup>a</sup> linea et in III<sup>a</sup> rasis et emendatis, die et anno (SM) quo supra.

a. choabitantium B.    b. Bagrigis B.    c. diachonus B.    d. literis B.

## 86

1172, 4 de juliol

*Girard II, comte de Rosselló, fa testament. [1] Es dóna al monestir de Santa Maria de Fontfreda, de manera que, si en vida abandona el segle, hi prendrà els hàbits per a fer-se monjo, i, si mor d'aquesta banda del mar, demana que el seu cos hi rebi sepultura. Llega a aquest cenobi 1.500 morabatins, que els templers li donaran per la finca que els deixa a Pujols. [2] Llega als templers el castrum de Palau amb el seu terme, els forns de Perpinyà, de manera que cap forn no pugui d'ara endavant ésser construït en aquesta vila sense l'acord dels templers; les aimines o mesures de la vila de Perpinyà, així com els molins que són a prop de la Porta de Malloles. [3] Llega a l'Hospital de Jerusalem el castrum de Bompàs amb el seu terme. Llega a Guillem de Castellnou l'honor que aquest li reclamava en aquest castrum, i la tindrà pels hospitalers. Llega igualment als hospitalers el camp de l'Estany a Perpinyà, que ha fet assecar, i els molins situats més avall de la casa dels leprosos, que Bernat Sanç té en penyora per 1.000 sous. [4] Llega al monestir de Sant Genís [de Fontanes] l'alberga que té sobre aquest establiment.*

*Vol que aquest cenobi tingui el seu propi guàrdia a Sant Pere de la Vall, i que el batlle comtal no li faci cap mal a l'hora de recaptar de les collites. [5] Llega al monestir de Sant Andreu el bosc que té en el delme de Sant Martí de la Riba, l'alberga que té sobre aquest monestir, així com tota la penyora que Bernat de la Roca té per ell a les viles de Cabanes i de Sant Martí de la Riba, que l'abat de Sant Andreu haurà de desempenyorar. [6] Girard llega a l'església de Sant Joan de Perpinyà l'agrer dels horts dels canonges situats prop del canal que va als molins nous, excepte el que dóna als leprosos, i els condominis que té en aquesta parròquia. [7] Llega als leprosos l'agrer de l'hort de Joan Robert. [8] Llega a Guillem de Sant Llorenç i a Pere de Sant Hipòlit les albergues que li feien. [9] Allibera la població de Perpinyà del dret de viduïtat. [10] Deixa als habitants de l'Albera totes les seves noves restriccions, així com el que havia sobrecarregat en guidonaticum, excepte l'ús legítim. [11] Llega el seu castrum de Mesa a la seva cosina Beatriu.<sup>66</sup> [12] Dóna, a títol compensatori, a Berenguer d'Orla un lloc a la vila de Perpinyà, davant dels forns, on aquest podrà edificar dos masos, segons el consell de Ponç de Tatzó, Ramon de Redorta i Guillem de Sant Llorenç. [13] Restitueix 2.000 sous melgoresos a l'església i a la població de Pollestres, pel dany que ha comès en contra d'ells, a fi que se'ls parteixin equitablement d'acord amb el consell de prohoms. [14] De la mateixa manera, deixa 1.000 sous als homes de Ceret, a llurs hereus o a llurs parents. [15] Restitueix 100 sous als homes de Candell als quals havia pres diners. [16] Restitueix 300 sous als hereus de Ponç de Banyuls i als altres homes de Banyuls als quals ha perjudicat. [17] Restitueix 150 sous a l'usurer Pere Mortuo pel perjudici que li ha causat un lladre. [18] Restitueix 200 sous als canonges de Santa Maria del Camp. [19] Restitueix 1.000 sous als homes de Vilamulaca, perquè se'ls parteixin equitablement. [20] Restitueix 300 sous als homes de Canomals. [21] Restitueix 1.000 sous que ha tingut per part del lladronici de Ponç de Nàüja, amb els quals es vestiran cent pobres amb túniques noves, i amb la quantitat restant, si n'hi ha, se subvindrà a l'alimentació dels pobres. [22] Restitueix 500 sous als homes de Morellàs, 200 sous als homes del Voló, 200 sous als homes de Garrius, 200 sous als homes de Paretstortes, 1.000 sous als homes de Domanova i*

66. Es tracta de Beatriu, filla de Ramon Trencavell, vescomte d'Albi, Besiers i Carcassona, i esposa del comte de Tolosa Ramon VI.



100 sous de Besiers als homes de Rojà. [23] Girard demana que els templers i els hospitalers subvinguin cadascú a mitges a l'execució d'aquestes disposicions utilitzant la meitat dels ingressos de l'almoïna que els fa, excepte els 1.500 morabatins que només els templers han de pagar al monestir de Fontfreda. Tot s'haurà de fer sota el control de l'abat de Fontfreda. [24] Pel pagament dels seus deutes, l'import del qual puja a 3.500 sous, Girard deixa als seus executors testamentaris tots els ingressos que té a l'Albera i a Pujols, excepte la reserva que dona als templers, la taverna de Perpinyà, l'antic guidaticum, els ingressos dels condominis de Perpinyà que ha donat a l'església de Sant Joan i tots els seus altres ingressos de Perpinyà, deixant de banda el que ha llegat als templers, als hospitalers, als leprosos i a l'església Sant Joan, fins que tots aquests deutes estiguin pagats. Els marmessors testamentaris hauran d'avisar en cas que en el futur es presentin reclamacions per deutes o per perjudicis que pot haver comès. [25] Girard llega al seu senyor el rei d'Aragó el comtat de Rosselló i tot allò que en depèn a Peralada i al comtat d'Empúries, com ho té i com això està estipulat en les antigues cartes entre ell i el comte d'Empúries, si mor sense fill legítim. Demana al rei d'Aragó, per la fe i l'amor que li manifesta en donar-li aquesta honor que no li pertocava per dret, que honori i defensi el seu parent i molt benivolgut Berenguer d'Orla així com Ponç de Tatzó, Guillem i Ramon de Sant Llorenç, i tots els seus homes.

A Original, perdut.<sup>67</sup>

B Còpia contemporània, per Guillem Peregrí, pergami, Arxiu Nacional de França, P 1353, núm. 790, segons A.

C Còpia autèntica del 8 d'octubre de 1187, per Pere Jozbert, pergami, amplada 205/230 mm, alçada 455/465 mm, ADPO, 1B5, segons A.<sup>68</sup>

67. L'existència de diversos originals és possible, podria explicar les nombroses diferències que hi ha entre B i C; però aquestes variants, purament formals, la més consegüent de la qual és l'error de l'any contingut en C, poden ésser igualment imputables als erraments dels escrivans que han redactat aquestes transcripcions.

68. Vegeu més endavant l'acta núm. 135. És d'un gran interès remarcar que aquesta transcripció ha estat realitzada sota l'autoritat de Ramon de Caldes, degà de Barcelona, a qui el rei de Catalunya-Aragó, Alfons I, havia encarregat de redactar el cèlebre *Liber feudorum maior*, i que és precisament aquesta còpia del testament del comte Girard que va ser transcrita integralment en el prestigiós còdex. Aquesta transcripció, realitzada a Perpinyà el 8 d'octubre de 1187, apareix doncs com un preciós testimoni del treball d'inventari i de compilació dels documents relacionats amb el patrimoni reial a Catalunya, prèviament a la redacció del Llibre dels feus, que, segons Miquel Rossell, no fou versemblantment acabada fins poc temps abans de la mort del rei el 1196, *Liber feudorum maior*, t. I, p. VIII.

- D* Còpia figurada del final del segle XII, *Liber Feudorum Maior*, ACA, *Real Cancellaria*, reg. 1, ff. 81a-82b, segons *C*.
- E* Còpia desapareguda de final del segle XII o del començament del segle XIII per Ramon de Vernet, segons *B*.<sup>69</sup>
- F* Còpia del començament del segle XIII, *Liber feudorum Ceritaniae*, ACA, *Cancellaria Reial*, reg. 4, doc. 261, f. 61r-v, segons *D*.<sup>70</sup>
- G* Còpia figurada del final del segle XIII, *Livre vert mineur*, ACP, AA3, ff. 9v-11, segons *E*.<sup>71</sup>
- H* Còpia del primer decenni del segle XIV, *Liber diversorum privilegiorum, ordinationum et statutum oppidi Perpiniani*, BMP, ms. 83, ff. 9v-11, segons *G*.
- I* Còpia del segle XIV, BNF, Latin 9995, ff. 9v-11.
- J* Còpia de l'últim decenni del segle XIV, *Livre vert majeur*, ACP, ff. 16-17v, versemblantment segons *G*.<sup>72</sup>
- K* Còpia figurada del final del segle XII o del segle XV sobre paper, ADPO, 1B5, segons *C*.
- L* Còpia autèntica del segle XVI, per Paladius Maler, notari de Perpinyà, antigament conservada a l'arxiu de l'església del Temple de Perpinyà, perduda.
- M* Còpia del segle XVII, *Privilèges de l'Ordre de l'Hôpital Saint Jean de Jérusalem*, ADPO, Hp182, ff. 58-59, segons *K*.<sup>73</sup>
- N* Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fossa, ADPO, 12J27, doc. núm. 8.

69. L'existència de *E* es dedueix d'aquesta subscripció inserida en la subscripció original i que ens és coneguda per *GHI*: «Guilelmus Peregrini fecit translatum de quo ego Remundus de Verneto, levita, translatavi istud presente translatum fideliter rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.» El diaca Guillem Peregrí estén escriptures al Rosselló des del juliol de 1171 fins al gener de 1175, per compte, moltes vegades, del rei de Catalunya-Aragó Alfons I. Segurament va morir poc després del juny de 1175 (ADPO, H277). El diaca Ramon de Vernet, que ha redactat *E*, estén actes al Rosselló des del gener de 1187 fins al juliol de 1201.

70. La transcripció està precedida per una rúbrica en tinta vermella: «Testamentum Gerardi comitis Rossilionensis».

71. La transcripció està precedida per una rúbrica en tinta roja: «Testamentum domini Guirardi Rossilionis comitis.»

72. La transcripció està precedida per una rúbrica en català en tinta roja: «Lo testament del comte Guirard en lo qual apres moltes lexes feu hereter del comtat de Rossello e de tot so que havia en Empurda et en Paralades lo rey d'Arago e sos succehidors.»

73. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in villa Perpinyani Elnensis diocesis sumptum a quodam copia auctentica ultimi nuncupativi testamenti conditi et ordinati per excelentissimum dominum Girardum comitem Rossilionis clausa et subsignata per honorabilem Palladium Maler quondam notarium publicum scribamque majorem domus consularis ejusdem ville Perpinyani in pergameneo scripta intus archivum ecclesie Beate Marie de Templo dicte ville Perpinyani de membris et pertinentiis comande magistralis Mansi Dei ordinis et religionis sacre domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitanensis ubi omnia privilegia et aliae scripturae tam pro dicta comanda quam alias comandas in comittatu Rossilionis exsistentibus facientes et facientia reponuntur et custodiuntur recondita et custodita, non viciata, non cancellata nech in aliquo sui parte suspecta, sed omni prorsus vitio et suspicione carente, cujus quidem copie antedicti testamenti thenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum: [Segueix la transcripció del testament del 4 de juliol de 1172].»

- O Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, cart. ms., vol. II, pp. 232-243, segons C.
- P Còpies del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 10-11 i 287-290, segons a.
- a *Marca Hispanica*, app. núm. CCCCLXIV, col. 1360-1362, «*ex archivo regio Barchinonensi*», versemblantment segons D.<sup>74</sup>
- b HENRY, D.M.J., *Histoire du Roussillon*, t. I, París, 1835, prova núm. VIII, pp. 504-508.
- c LECOY DE LA MARCHE, A., *Les relations politiques de la France avec le royaume de Majorque*, t. I, París, 1892, doc. núm. I, pp. 399-403, segons B.
- d MIQUEL ROSSELL, F., *Liber feudorum maior*, Barcelona, 1945, t. II, pp. 274-277, núm. 792, segons C.
- e PONSICH, Pierre et alii, *El Rosselló. Catalunya romànica*, vol. 14, Barcelona, 1993, p. 40, amb una traducció al català, p. 41.

## Text establert segons B.

In Dei nomine. Ego<sup>a</sup> G.,<sup>b</sup> comes Rossilionnensis,<sup>c</sup> futuri metuens<sup>d</sup> discutionem<sup>e</sup> iudicii, et eres<sup>f</sup> esse cupiens regni celestis,<sup>g</sup> in meo bono<sup>h</sup> sensu et plena memoria, condo testamentum meum<sup>i</sup> totius averis et honoris mei, testesque presentes subsistere et confirmare illud precipio.

[1] In primis, dono domino Deo et beate Marie Fontis frigidi me ipsum, per vitam et per mortem, ita quod, si vivens seculum relinquo, ibi ad religionem veniam, ibique monachus pauperque miles Christi Jhesu efficiar, si autem citra mare mortuus fuero, ibidem<sup>j</sup> corpus meum ad sepeliendum relinquo. Relinquo monasterio Fontis frigidi MC morabatinos bonos,<sup>k</sup> quos donent predicto monasterio Templarii pro mea laboracione quam relinquo eis in *Pugols*.

[2] Relinquo predictis Templariis, pro amore Dei et salute anime mee, meum castrum<sup>l</sup> de *Palaz*,<sup>m</sup> cum omnibus terminis suis, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omni jure suo, sicut ego possideo et possidere videor, sicut melius potest scribi vel intelligi. Similiter relinquo Templariis furnos de Perpiniano,<sup>n</sup> et ut in predicta villa sine licentia eorum furnus vel furni fieri non possint.<sup>o</sup> Relinquo etiam eis ipsas eiminas<sup>p</sup> de Perpiniano,<sup>q</sup> et molinos qui juxta *portal* sunt,<sup>r</sup> qui exiit ad *Malolas*.<sup>s</sup>

[3] Relinquo Hospitali<sup>t</sup> de Jherusalem meum castrum de *Malpas*, cum omnibus terminis suis, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omni jure suo,<sup>u</sup> sicut ego possideo et possidere

74. L'edició de Pierre de Marca té el mateix error d'any que la còpia del *Liber feudorum*.

videor, tam eremis<sup>v</sup> quam condirectis, sicut melius potest scribi vel intelligi. Relinquo Guillelmo<sup>w</sup> de Castro<sup>x</sup> Novo honorem<sup>y</sup> quem ibi clamabat in predicto castro,<sup>x</sup> et teneat illum<sup>z</sup> per predictos Ospitalarios.<sup>aa</sup> Relinquo etiam eis campum de Stagno,<sup>ab</sup> qui est in adjacentia<sup>ac</sup> Sancti Johannis Perpiniani,<sup>ad</sup> de quo ejeci aquam, et molinos quem<sup>ae</sup> Bernardus Sancius<sup>af</sup> habet in pignore pro M<sup>ag</sup> solidis, qui sunt subtus domum leprosororum.

[4] Relinquo monasterio Sancti Genesii albergam quam<sup>ah</sup> in eo habeo, et ut in valle<sup>ai</sup> Sancti Petri in proprio habeant<sup>aj</sup> proprium custodem, qui diligenter custodiat ne bajulus meus de colligendis expletis aliquod dampnum faciat predicto monasterio.

[5] Relinquo monasterio Sancti Andree boschum<sup>ak</sup> quem habeo in adjacentia<sup>ac</sup> et in decimali<sup>al</sup> Sancti Martini de Ripa,<sup>am</sup> cum omnibus terminis suis, cum<sup>an</sup> ingressibus et egressibus suis, et cum omni<sup>ao</sup> jure suo, et albergam quam habeo in predicto monasterio per me et per omnes successores meos.<sup>ap</sup> Relinquo etiam predicto monasterio omne pignus quod Bernardus de Rocha habet per me in villa<sup>aq</sup> de Cabannes<sup>ar</sup> et in villa Sancti Martini de Ripa,<sup>am</sup> et ipsius abbas<sup>as</sup> monasterii trahat<sup>at</sup> eam de pignore.

[6] Relinquo ecclesie Sancti Johannis Perpiniani<sup>ad</sup> agrarium illorum ortorum qui sunt a canonica<sup>au</sup> juxta<sup>av</sup> regum<sup>aw</sup> qui vadit ad molendina nova, excepto illo quem dedi leprosis. Relinquo etiam predictae ecclesie<sup>ax</sup> Sancti Johannis Perpiniani<sup>ad</sup> condeminas<sup>ay</sup> quas habeo in adjacentia<sup>ac</sup> ejus.<sup>az</sup>

[7] Relinquo leprosis Perpiniani<sup>ad</sup> agrarium de orto Johannis Rotberti.<sup>ba</sup>

[8] Relinquo Guilelmo Sancti Laurentii<sup>bb</sup> et Petro Sancti Ypoliti albergas quas mihi faciebant.

[9] Relinquo populo Perpiniani,<sup>ad</sup> presenti et futuro, viduaticum quem in eis recipiebam.

[10] Hominibus de Albera omnes meas novas defensas relinquo.<sup>bc</sup> Illud quod<sup>bd</sup> supra miseram in guidonatico<sup>be</sup> relinquo,<sup>bf</sup> excepto legitimo<sup>bg</sup> usatico.

[11] Relinquo Beatrici,<sup>bh</sup> consobrине mee, meum chastrum<sup>bi</sup> de Mesova<sup>bj</sup> per alodium.

[12] Emendo Berengario de Orle<sup>bk</sup> unum locum in villa Perpiniani,<sup>ad</sup> ante furnos, ubi possit edificare<sup>bl</sup> duos mansos,<sup>bm</sup> ad recognitionem<sup>bn</sup> Poncii de Tacidone et Ramundi<sup>bo</sup> de Redorta et Guilelmi Sancti Laurentii.<sup>bb</sup>

[13] Ecclesie et populo de *Polestres*,<sup>bp</sup> pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci, restituo II millia solidos melgurienses<sup>br</sup> bonos<sup>bs</sup> et mittibiles,<sup>bt</sup> ut consilio bonorum hominum dividant inter se juste.<sup>bu</sup>

[14] Hominibus de Cereto, pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci,<sup>bv</sup> restituo mille solidos melgurienses<sup>bw</sup> bonos et mittibiles.<sup>bt, bx</sup>

[15] Hominibus de *Candel*<sup>by</sup> quibus abstuli suum *aver*,<sup>bz</sup> restituo C solidos melgurienses.<sup>bw</sup>

[16] Heresibus<sup>ca</sup> Poncii de *Bajuls*<sup>cb</sup> et ceteris hominibus de predicta villa,<sup>cc</sup> restituo CCC solidos melgurienses,<sup>bw</sup> quibus malum feci.

[17] Petro Mortuo, feneratori, pro dampno quod ei intulit quidam latro, restituo CL solidos melgurienses.<sup>bw</sup>

[18] Canonicis Sancte Marie de Campo restituo CC solidos melgurienses,<sup>bw</sup> pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci.

[19] Restituo hominibus de Vilamulacha,<sup>cd</sup> pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci, M solidos melgurienses.<sup>ce, cf</sup>

[20] Hominibus de *Cannomals*<sup>cg</sup> restituo, pro malefacto quod eis feci,<sup>ch</sup> CCC solidos melgurienses.

[21] Pro parte latrocinii Poncii Danauga<sup>ci</sup> quam ego habui, restituo M<sup>ci</sup> solidos melgurienses,<sup>ck</sup> ex quibus induantur C<sup>cl</sup> pauperes tunicis novis, si quid residuum fuerit de illis M<sup>ci</sup> solidos<sup>cm</sup> in cibos<sup>cn</sup> pauperum itidem expendatur.<sup>co</sup>

[22] Hominibus Maurelianis<sup>cp</sup> restituo, pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci, D solidos melgurienses. Hominibus de *Volo*<sup>cq</sup> restituo, pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci,<sup>cr</sup> CC solidos melgurienses. Hominibus de *Garriz*,<sup>cs</sup> pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci,<sup>cr</sup> restituo CC solidos melgurienses. Hominibus de *Pareztortas*<sup>ct</sup> restituo, pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci,<sup>cr</sup> CC solidos melgurienses. Hominibus de Domnova<sup>cu</sup> restituo, pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci, restituo M solidos melgurienses. Hominibus de Rogis, pro malefacto<sup>bq</sup> quod eis feci, restituo C solidos Biterrensis.<sup>cv</sup>

[23] Restitutionem istam, que scripta est in hoc testamento, faciant Templarii et Ospitalarii<sup>cw</sup> de medietate expletorum illius elemosine<sup>cx</sup> quam eis facio medium per medium, exceptis illis mille C<sup>cy</sup> morabatinis quos solii<sup>cz</sup> Templarii debent persolvere<sup>da</sup> monasterio Fontis Frigidi. Istam restitutionem predictam faciant Templarii et Ospitalarii<sup>cw</sup> ad recognitionem<sup>db</sup> abbatis Fontis frigidi.

[24] Ad persolvenda debita mea<sup>dc</sup> que sunt III<sup>Mdd</sup> D solidi, relinquo ad recognitionem<sup>db</sup> manumissorum meorum omnia ex-

pleta que habeo<sup>de</sup> in Albere<sup>df</sup> et in *Pugols*, excepta laboracione<sup>dg</sup> quam dono Templariis, et tabernam Perpiniani,<sup>ad</sup> et gidonaticum<sup>dh</sup> vetulum, et expleta que exierint<sup>di</sup> de condaminas Perpiniani,<sup>ad</sup> quas relinqui ecclesie Sancti Johannis.<sup>dj</sup> Omnia alia expleta que habere debeo in villa Perpiniani,<sup>ad</sup> excepto illo quem<sup>dk</sup> dedi Templariis et Ospitalariis<sup>dl</sup> et leprosis et ecclesie Sancti Johannis, tamdiu teneant donec omnia debita sint persoluta. Quod si post hec clamor venerit pro debitis vel dampnis, secundum recognitionem suam tamdiu prefati<sup>dm</sup> manumissores<sup>dn</sup> predicta expleta Alberie et *Pugols* et Perpiniani<sup>ad</sup> teneant, donec omnia, sicut justicia et ratio<sup>do</sup> dictaverit, sint persoluta.<sup>dp</sup>

[25] Omnem meum alium honorem, videlicet comitatum Rossillionensem,<sup>dq</sup> et quicquid ad jus illius<sup>dr</sup> pertinet in Petralatensi et in Empuriensi comitatu, sicut habeo vel habere debeo, et sicut in antiquis cartis<sup>ds</sup> inter me et comitem Empuriensium<sup>dt</sup> scriptum est, exceptis his<sup>du</sup> qui<sup>dv</sup> in hoc testamento expresse reliqui<sup>dw</sup> monasteriis, Templariis et Ospitalariis,<sup>dl</sup> et ecclesiis et hominibus<sup>dx</sup> meis, totum integriter dono domino meo regi Aragonensium<sup>dy</sup> et successoribus ejus, si obiero sine infante de legitimo<sup>dz</sup> conjugio, tali convenientia et tali inspecta ratione,<sup>ea</sup> ut ipse ea que in hoc testamento pro salute anime mee religiosis et venerabilibus locis reliqui<sup>eb</sup> manuteneat,<sup>ec</sup> et predicta religiosa et venerabilia loca ea que illis reliqui in pace et quiete absque diminutione seu vexatione<sup>ed</sup> inperpetuum tenere ac possidere faciat. Rogo etiam dominum meum regem, per illam fidem et per illum amorem quem illi demonstro<sup>ee</sup> in hoc testamento, quando meum honorem, qui ad jus illius non pertinebat, illi dono, ut Berengarium *de Orle*, meum parentem et meum charissimum<sup>ef</sup> amicum, et<sup>eg</sup> Poncium de Tacidone, et Guilelmum Sancti Laurentii<sup>eh</sup>, et Raimundum<sup>ei</sup> Sancti Laurentii,<sup>ej</sup> et omnes meos homines diligat et defendat<sup>ek</sup> ab omnibus hominibus, et honoret, et<sup>eg</sup> omnia que illis<sup>el</sup> sunt.

Siquis contra hoc testamentum<sup>em</sup> venire temptaverit, agere non valeat, sed in duplo<sup>en</sup> componat. Factum est hoc testamentum III<sup>o</sup> nonas juli<sup>eo</sup>, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>,<sup>ep</sup> regnante Lodoyco rege in Francia.<sup>eq</sup> Sig+num Guirardi, comitis Rossillionensis,<sup>er</sup> qui hoc testamentum scribere jussit, firmavit testibus firmarique rogavit. Testes hujus testamenti sunt Vitalis, abbas<sup>es</sup> Fontis frigidi, et Petrus, abbas<sup>es</sup> Sancti Andree, et Arnaldum, monachum Fontis frigidi,<sup>et</sup> et Berengarium<sup>eu</sup> *de Orle*, et Pontium<sup>ev</sup> de Tacidone, et Raimundum<sup>ew</sup> de Redorta, et Guilelmum<sup>ex</sup> Sancti Laurentii,<sup>ey</sup> et Raimundum de Caneto, templarii,<sup>ez</sup> et Raimundus Catalani, ospitalarii,<sup>fa</sup> qui hoc testamentum testificant.<sup>fb</sup>

Arnaldus, levita et monachus Sancti Andree, qui illum testamentum scripsit<sup>fc</sup> jussu G. comitis,<sup>fd</sup> de quo iste fuit translatus.<sup>fe</sup> Willelmus Peregrini, levita, qui hoc translatavit testamentum, rogatus atque jussus.<sup>ff</sup>

a. Notum sit cunctis, presentibus atque futuris, quod ego C. b. Guirardus GHI. c. Rossilionensis C, Rossilionis comes GHI. d. timens CGHI. e. discussionem GH, discussionem I. f. heres GHI. g. celesti C. h. bono meo H. i. meum testamentum C. j. ibique GHI. k. bonos omis GHI. l. chastrum C. m. Palatio GHI. n. Pirpiniani C. o. furnos vel furni fieri non possint sine licentia eorum C. p. eyminas ipsas GHI. q. Pirpiniano C, Perpinyano I. r. qui sunt juxta portal C. s. Mallolas GH. t. ospitali C. u. et cum omni jure suo, cum ingressibus et egressibus suis C. v. heremis GHI. w. Guilermo C, Guillermo I. x. chastro C. y. ipsum honorem C. z. ipsum GHI. aa. hospitalarios CGHI. ab. stangno I. ac. adjecentia C. ad. Pirpiniani CGH, Perpinyani I. ae. quos I. af. Sancii I. ag. mille GHI. ah. quod GH. ai. vallis CGHI. aj. proprio honore habeat CGHI. ak. boscum CH. al. decimale C, decimalis GHI. am. Rippa I. an. cum omès GHI. ao. omni omès GH, esborrat I. ap. meos successores GHI. aq. villam C. ar. Cabanas C, Cabannas GH, Cabanes I. as. abas C. at. tradat CGHI. au. chanonica C, canonica GHI. av. justa C. aw. recum H, rechum I. ax. ecclesie predictae GHI. ay. condominas I. az. ipsius GHI. ba. Roberti CGHI. bb. Laurentii CI. bc. relinquo hominibus de Albera omnes meas defensas GH, deffensas I. bd. quo C. be. gidonatico C. bf. Relinquo illud quod supra miseram in guidonatico GHI. bg. legitimo GH. bh. Bertriti ci I. bi. castrum GHI. bj. Mesona GHI. bk. dorle C. bl. hedificare I. bm. ubi possit hedificare II<sup>os</sup> mansos ante furnos C. bn. recognitionem C. bo. Raimundi C, Raymundi GHI. bp. Polestris GH, Pollestris I. bq. maleficio GH, malefficio I. br. melguriensis C. bs. duo mille solidos malg. bonos I. bt. mitibiles CI. bu. ut dividant inter se juste consilio proborum hominum C. bv. Hominibus de Cereto, aut eredibus, aut propinquis eorum relinquo, pro malefacto quod eis feci C. bw. melgurienses C. bx. ut dividant inter se justo concilio proborum hominum afegit C. by. Candell I. bz. avere C. ca. heredibus CGHI. cb. Banyuls GH, Bayuls I. cc. de predictae ville C, predictae ville GHI. cd. Villa mulaca C, Villa mulacha GHI. ce. mille solidos malg. I. cf. ut dividant inter se juste afegit C. cg. Canomals CGHI. ch. pro malefacto C, pro maleficio quod eis feci GH, malefficio I. ci. Aliva GH, Alma I. cj. mille I. ck. Poncii de Nauga restituo M solidos melg. quam ego habui C. cl. centum I. cm. Sic A. cn. cibis GHI. co. videre expendatur C, ibidem expendantur GHI. cp. de Aurelianus I. cq. Volon GH, Volono I. cr. pro malefacto quod eis feci omès C. cs. Garridz GH. ct. Paretz tortas C, Pareztortes GH, Parestortes I. cu. Dompnova C. cv. Sic ACGH, malg. esborrat a G. cw. hospitalarii CGHI. cx. helemosine GHI. cy. mille centum I. cz. soli I. da. solvere GHI. db. recognitionem C. dc. mea debita GHI. dd. tria milia I. de. habere debeo C. df. Alberie C, Albera GHI. dg. laboratione CGHI. dh. gidonaticum C. di. exierunt I. dj. Sancti Johannis Pirpiniani C, Perpiniiani GH, Perpinyani I. dk. quam C. dl. Hospitalariis GHI. dm. preffati I. dn. manumessores C. do. ratio GHI. dp. absoluta GHI. dq. Rossilionis GH, Rossilionensis I. dr. ejus GHI. ds. cartis antiquis GHI. dt. Impuriensium C, Empuriensis GHI. du. hiis I. dv. que CI. dw. relinqui CI. dx. omnibus C. dy. Aragonum dono GHI. dz. legitimo G. ea. ratione GH. eb. relinqui C. ec. manuteneant GH. ed. diminucionem seu vexationem C. ee. demostro I. ef. carissimum CGHI. eg. et omis GHI. eh. Laurenti C, Laurentii GHI. ei. Raymundum GHI. ej. Laurentii C. ek. deffendat I. el. illius CGHI. em. testamentum meum GHI. en. dupplo I. eo. julii CGHI. ep. M° C° LXX° III° C, millesimo centesimo septuagesimo secundo I. eq. Lodoycho rege C, Ludovico I. er. Guinardi comitis C, Guirardi comitis Rossilionis GHI. es. abbas CI. et. et Arnaldum monachum Fontis Frigidi omès C, Arnaldus

monachus Fontis Frigidi *I.* eu. Berengarius *CGHI.* ev. Poncius *CGHI.* ew. Raimundus *C,* Raymundus *I.* ex. Guillermus *I.* ey. Laurencii *GHI.* ez. Raimundus de Caneto *C,* R. de Caneto Templarii *GH,* Remundus de Caneto Templarius *I.* fa. Raimundus Catalanus *C,* R. Catalani hospitalarii *GH,* Remundus Cathalani hospitalarius *I.* *Les subscripcions de Ramon de Canet i de Ramon Català, preceptors del Temple i de l'Hospital, apareixen després de la de l'abat de Sant Andreu i abans de la de Berenguer d'Orla a CGHI.* fb. qui hoc testamentum testificant omès *GHI.* fc. Et Arnaldus levita et monachus, qui scripsit illum testamentum *GH,* illud testamentum *I.* fd. jussu *G.* comitis omès *GHI.* fe. de quo iste translatum fuit *GH,* de quo istud translatum est fuit *I.* ff. Arnaldus, levita et monachus Sancti Andree, qui hoc testamentum scripsit sub die et anno (SM) QUOSUPRA *C.*

## 87

1172, 29 de juliol

*Bernat de Brullà fa testament. Designa Ramon de Canet, Berenguer de Vilarmilà, Arnau de Forques, Guillem del Soler i Guillem de Montmarí executors testamentaris. [1] Dóna el seu cos i la seva ànima a la milícia del Temple amb els seus cavalls, el seu mul, els seus bous i els seus xais, els seus pans, i la quarta part dels fruits de les seves oliveres de Brullà amb la condició que els frares de la milícia la utilitzin per a fer cremar perpètuament una llàntia davant l'altar de Santa Maria del Masdeú. Com que el cavall i el mul estan empenyorats, recomana als qui el succeeixin que els tornin a comprar i els donin a la milícia. Demana que es comprin cent túniques noves per a vestir cent pobres. [2] Llega al monestir de Sant Andreu i als seus monjos tres masos que té a la vila de Brullà, amb la condició que l'abat i tots els monjos facin una cerimònia per l'ànima del seu germà Guillem de Brullà, i que celebrin cada any la missa d'òbit del testador. [3] Restitueix al monestir de Sant Genís el feu que per ell tenia, amb la condició que els monjos d'aquest lloc celebrin la seva missa d'òbit. [4] Llega a Santa Maria del Camp un mas situat a la parròquia de Sant Pere de Paçà, a la vila de Prunet, que aquesta església ja tenia en penyora per 7 morabatins. [5] Llega a la seva germana Estefania el camp de Maurinol, el mas de Pere Tixador i l'honor que va pertànyer a les seves germanes Maria i Pagana. [6] Llega el feu que tenia pel comte de Rosselló Girard a la vila de Perpinyà a Guillem de Montmarí i al seu germà Berenguer. Per aquest feu ha donat al comte un cavall valorat en 300 sous melgoresos. [7] Llega tota la resta de la seva honor, a saber el seu mas i tots els béns i els drets que en depenen, a la seva neboda Garsenda,*



que dóna per esposa al fill d'Arnau de Forques. Però si aquesta morís sense fill legítim, aleshores tots aquests béns revertirien a la milícia del Temple. [8] Llega a Berenguer de Vilarmilà i al seu germà el feu que tenia per Bernat de la Roca i el que tenia per Bernat de Tesà. Llega a Guillem del Soler el feu que tenia per Josbert de la Torre i el que Guillem Bord de la Roca tenia per ell amb el jurament que aquest li ha fet. Llega a Bernat Corbós el feu que tenia pel [senyor d']Avalrí a Molars i al Voló. Llega els feus que Ponç de Brullà, Guillem Cabal de Malloles i Guillem de Tellet tenen per ell a la milícia, si la seva neboda Garsenda mor sense fill legítim. [9] De la mateixa manera, si la seva germana Estefania morís sense descendència legítima, el seu camp i el seu mas revertirien a la milícia. [10] Llega 200 sous melgoresos perquè els seus marmessors testamentaris institueixin la seva germana com a monja al priorat de Santa Maria d'Espirà o en un altre cenobi per a religioses. [11] Llega a l'Hospital de Jerusalem 400 sous melgoresos, dels quals els seus executors testamentaris hauran de reclamar 300 sous als marmessors testamentaris del comte Girard i 100 sous a Grimau de Banyuls per un cavall que aquest li havia fet perdre. Amb aquesta quantitat els hospitalers hauran de comprar una honor per al manteniment d'una llàntia a l'església de Sant Vicenç de Bajoles. [13] Posa la seva neboda Garsenda, amb tots els seus béns, sota la custòdia i la protecció del senyor de Montesquiú.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 45r-v, acta núm. 71.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 505-513.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 90-93, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Broliano, futuri timens discussionem<sup>a</sup> iudicii et eres esse cupiens regni celestis, in mea plena memoria atque meo integro sensu, facio meum testamentum et dispositionem totius mei averis et honoris seu omnium mearum rerum, ut bene sint scripta et ordinata, et eligo<sup>b</sup> testes ac manumissores<sup>c</sup> meos, scilicet Raymundum de Caneto, Berengarium de Vilarmila et Arnaldum Furchis et Guilelmum de Solerio et Guilelmum de Monte Marino, ut ipsi habeant licenciam ac potestatem dividendi atque distribuendi omnia bona mea mobilia et immobilia, sicut in hoc testamento inferius scriptum invenerint.

[1] In primis dono et reddo corpus meum et animam meam per vitam et per mortem domino Deo et milicie Templi, cum meis equis et cum meo mulo et meis bovis ac meis ovibus et cum meis panis ac cum meo quarto fructuum olivarum mearum de Bruillano. Tali ratione dono milicie quartum fructuum olivarum mearum, ut fratres milicie faciant ardere unam lampadam ante altare Beate Marie Mansi Dei ex predicto quarto imperpetuum. Equum et mulum, quos milicie reliqui, sunt in pignore. Precipio namque illis<sup>d</sup> in quorum potestate honor meus remanebit vel de presentibus expletis que ibi sunt de pignore trahantur ac milicie dentur. Similiter relinquo ut C tunice nove emantur de presentibus expletis ex quibus induantur C pauperes.

[2] Dimitto<sup>e</sup> monasterio Sancti Andree et monachis ipsius loci, presentibus et futuris, III<sup>es</sup> mansos integros, quos habeo in villa de Brullano, cum omnibus pertinentiis, videlicet mansum Arnaldi de Cabanis et mansum Bernardi de Aurucio et mansum Petri Josberti, cum quantum in eis habeo et habere debeo vel accipio, imperpetuum, per alodium franchum, cum hominibus et feminibus, cum campis et vineis, cum ortis et ortalibus, cum arboribus fructiferis et non fructiferis, cum exiis et regressiis eorum, tam eremum quam condirectum, sine omni retentu, tali pacto et tali inspecta ratione quod abbas ipsius monasterii, simul cum omnibus monachis ibidem stantibus, presentibus atque futuris faciant comemorationem anime fratris mei, Guilelmi de Broliano, et etiam semel in anno, ad diem obiti mei, faciant similiter inter se comemorationem anime mee et animarum patris et matris mee.

[3] Dimitto<sup>e</sup> illum fevum quem tenebam per monasterium Sancti Genesisii, ut ibidem libere et quiete revertatur, tali pacto ut monachi illius loci sint semper mei memores in die obiti mei.

[4] Dimitto<sup>e</sup> Beate Marie de Campo, pro redemptione anime mee, I mansum per alodium, cum omnibus suis pertinentiis et hominibus, imperpetuum, qui est in parrochia Sancti Petri de Pacano, in villa de Pruneto, quem jam predicta ecclesia habebat in pignore per VII morabatinos.

[5] Dimitto<sup>e</sup> Stephanie, sorori mee, campum de *Maurinol* et mansum Petri Textoris per alodium, cum omnibus pertinentiis eorum. Et dono ei illum honorem qui fuit Marie et Pagane, sororum ejus.

[6] Dimitto<sup>e</sup> fevum quem tenebam per Girardum, comitem Rossellionem, in villa Perpiniani Guilelmo<sup>f</sup> de Monte Marino et

fratri suo Berengario. Pro quo feuvo dedi supradicto comiti Girardo I equum pro CCC solidis malguriensium, quem ipse misit pro CCCC solidis malguriensium.

[7] Omnem alium honorem quem ego habeo vel aliquis tenet per me, preter illum quem supra dimisi milicie Templi, scilicet quartum, et preter illum quem dimisi<sup>g</sup> Sancto Andree et monasterio Sancti Genesis et Sancte Marie de Campo et illum quem dimisi Stephanie, sorori mee, Guilelmo de Monte Marino et fratri suo, Berengario, omne alium, videlicet totum meum mansum sicuti<sup>h</sup> ego habeo et habere debeo et sicut possidere videor, cum ingressibus et egressibus suis et cum omni jure suo, videlicet homines, feminas, hominiaticos vel dominationes, campos, vineas, hortos, molendina, herema et condirecta, fevos, alodia, censos, usaticos, guardas atque bajulias, et omnia que predicto manso pertinent, dono atque dimitto<sup>e</sup> nepoti mee, Garsendi, et infantibus suis, si fuerint de legitimo conjugio. Et dimitto<sup>e</sup> eam filio Arnaldi de Furchis in uxorem. Set, si forte Garssendis<sup>i</sup> obierit sine infante de legitimo conjugio, omnia alodia revertantur milicie Templi.

[8] Fevos autem meos habeant parentes mei, sicut hic scriptum est. Fevum quem tenebam per Bernardum de Rocha<sup>j</sup> et illum quem tenebam per Bernardum de Teda dimitto<sup>e</sup> Berengario de *Vilarmila* et fratri suo. Fevum quem tenebam per Josbertum de Turre et fevum quem Guilelmus Burdus de Rocha tenebat per me et sacramentum quem mihi faciebat dimitto<sup>e</sup> Guilelmo de Solario. Fevum quem tenebam per Avalrinum ad *Mular* et ad Volonem dimitto<sup>e</sup> Bernardo *Curbasch*. Fevum quem tenet Poncius de Brullano per me et fevum quem Guilelmus *Cabal* de *Malloles* tenet per me et fevum quem Guilelmus de *Telled* tenet per me, post obitum Garsendis, si obierit sine infantem de legitimo conjugio, revertatur milicie.

[9] Similiter, si soror mea Stephania obierit sine infante de legitimo conjugio, campus ac mansus, cum suis pertinentiis, revertatur milicie per alodium.

[10] Dimitto<sup>e</sup> sorori mee monache CC solidos malguriensium, ita quod jam dicti manumissores statuunt eam, cum CC solidis, in domo Beate Marie de Aspirano vel in aliquo bono monasterio per sanctimonialem.

[11] Dimitto<sup>e</sup> Hospitali<sup>k</sup> Jherosolimitani CCCC solidos malguriensium: CCC solidos requirant predicti mei manumissores manumissoribus Girardi, C solidis debent dare Grimaldus de

*Banuls* per unum equum quem perdidit per ipsum, tali ratione ut<sup>l</sup> ex supradictis CCCC solidis comparetur honor unde attendatur lampada ecclesie Sancti Vincentii de *Bajoles*.


[12] Precipio vobis, meis manumissoribus ac meis parentibus, per illam fidem quam mihi debetis portare, ut omnem hunc meum honorem quem vobis nominavi, scilicet alodia ac omnes fevos quos ego tenebam vel aliquis per me, preter quartum quem dedi milicie et extra mansos predictos, cum suis pertinentiis, quos dedi Sancte Andree, et fevum quem tenebam per Sanctum Genesium, quem ibidem relinquo, et extra fevum quem per comitem Rossellionensem tenebam in villa Perpiniani, quem Guilelmo de Monte Marino ac fratri suo dedi, et preter<sup>m</sup> mansum quem dedi Beate Marie de Campo, et campum de *Maurinnol* ac mansum cum omnibus suis pertinentiis, quem dedi sorori mee Stefanie, ut omnes alios honores tamdiu simul teneatis donec ex expletis ejusdem honoris omnia mea debita sint soluta ac malefacta redirecta. Solutis omnibus debitis et redirectis omnibus malefactis unusquisque, sicut superius est scriptum, teneat ac possideat pacifice suam hereditatem istius jam dicti honoris.

[13] Neptam vero meam Garsendem supradictam relinquo in guarda et in deffensione domini Montiseschivi, cum omnibus ad ipsam pertinentibus.

Siquis hoc testamentum rumpere voluerit, agere non valeat, set duplo componat. Quod est factum IIII<sup>o</sup> kalendas augusti, anno ab Incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXII, Lodovico rege regnante. Sig+num Bernardi de Broliano, qui hoc laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Raymundi de Caneto. Sig+num Berengarii de *Vilarmila*. Sig+num Arnaldi de Furchis. Sig+num Guilelmi de *Soler*. Sig+num Guilelmi de Monte Marino.

Petrus, diaconus,<sup>n</sup> rogatus, hoc scripsit cum litteris damnatis<sup>o</sup> in V<sup>a</sup>, XVII<sup>a</sup> linea, die et anno (SM) quo supra.

a. discusionem *B.*    b. eligos *B.*    c. manumassores *B.*    d. illis *repetit per error B.*  
 e. dimito *B.*    f. Guilelmus *B.*    g. dimisit *B.*    h. sucuti *B.*    i. Sic *B.*  
 j. Rocha *B.*    k. ospirali *B.*    l. ux *B.*    m. propter *B.*    n. diachonus *B.*  
 o. literis dampnatis *B.*



## 88

1172, 1 de setembre

*Bernat Reimir de Bages i la seva esposa Estefania venen a la milícia del Temple i posen a les mans de Ramon de Canet, comanador del Masdèu, Hug de Posquerres, Ponç i dels altres frares d'aquesta casa un camp situat a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Conques, pel preu de 110 sous de moneda rossellonesa. Bernat Laner i Bernat Cucuder, germans de Bernat Reimir, confirmen aquesta venda.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 163v-164, acta núm. 272.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, p. 513.  
 D Còpia del començament de segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 94-96, segons B.

In Dei nomine. Ego Bernardus *Reimir* de Bagis et uxor mea Stephania, bona fide, sine dolo, per nos et per omnes nostros vendimus Salomonici Templi milicie, in manu Raymundi de Caneti, Mansi Dei procuratoris, et Uguonis de Poscheris atque Poncii ceterorumque fratrum ipsius domus cohabitantium unum nostrum campum per alodium, qui est in episcopatu Elnensi, in adjacentia Sancte Eugenie de Ortafano, in loco nominato ad Conchas, et terminatur ab oriente in terra de nobis jam dictis venditoribus, a meridie in terra Berengarii de Bagis, ab occidente in terra milicie, ab aquilone in via publica que vadit ad *Bainuls*. Sicut includitur per istas IIII<sup>or</sup> affrontationes, sic vendimus vobis illum campum per alodium propter CX solidos rossellonensium, ut teneatis et habeatis cum exitibus et ingressibus suis et omnibus in se habentibus ad faciendum quicquid inde volueritis omni tempore. Et de nostro jure in vestro presencialiter tradimus dominio. Et est manifestum. Siquis hanc cartam venditionis irrumpere voluerit, agere non<sup>a</sup> valeat, set (in)<sup>b</sup> duplo componat. Que est facta kalendis septembris, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, Lodovico rege regnante. Sig+num Bernardi *Reimir*, Sig+num Stephanie, uxoris ejus, qui hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+num Bernardi *Lanel*, Sig+num Bernardi *Cuguder*, fratrum Bernardi *Reymir*, qui hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+num Arnaldi *Guasch*. Sig+num Johannis Ferrande. Sig+num *Deus lo salvu Marrot*.

Petrus, diaconus,<sup>c</sup> rogatus hanc cartam scripsit, cum litteris<sup>d</sup> rasis et emendatis in VII<sup>a</sup> atque in XI<sup>a</sup> linea, die et anno (SM) quo supra.

a. no B.    b. in omès B.    c. diachonus B.    d. literis B.

## 89

[vers 1172?]<sup>75</sup>

*Memòria que fa l'inventari dels alous situats a la vila i parròquia de Sant Hipòlit que Gausbert de Pesillà ha llegat el dia de la seva mort a l'Hospital i a la milícia del Temple, amb la condició que la seva esposa Gallarda els tingui per tota la vida.*

- A Original, pergamí deteriorat, amplada 265/340 mm, alçada 125/210 mm, ADPO, Hp189.<sup>76</sup>
- B Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 587-591, segons A.
- C Còpia del començament de segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 2-7, segons A.

Hoc est breve re[me]morationis [...] <sup>a</sup>alodium quod Gosczbertus de Pedillano dimisit in remissione peccatorum suorum Deo et Hospitali et milicie Templi in die obitus sui, in villa et adjacentia Sancti Ypoliti. In primis dimisit Hospitali [et milicie Templi omnem] <sup>a</sup>medietatem de illo castello in quo habitat Guilelmus de Mata in villa Sancti Ypoliti per alodium. Et dimisit mansum in quo habitat Guilelmus Radulfi et fratres sui, cum omnibus suis pertinentiis et cum suis habitatoribus, per alodium, et facit

75. El febrer de 1147 (estil antic), un arbitratge resolvia el conflicte que enfrontava l'abat de la Grassa a Gausbert de Pesillà a propòsit de les exaccions exigides per aquest i el seu pare, Guillem Tedmar de Pesillà, en llur feu de Pesillà de la Ribera. Acta confirmada per Bernat, germà de Gausbert; PAILHES, Claudine (ed.), *Recueil des chartes de l'abbaye de La Grasse*, t. II, acta núm. 30 bis, pp. 27-31. Probablement va morir abans del 21 de març de 1173, data en la qual una clàusula del testament de Gombau de Malloles estipula la restitució a Bernat de Pesillà de l'honor de Vilanova de la Ribera que havia pres al seu germà Gausbert vegeu més endavant l'acta núm. 91. Guillem de Mata, que és mencionat en l'inventari com residint al castell de Sant Hipòlit, figura com a testimoni d'una venda feta el 29 d'octubre de 1173, ADPO, 1B50.

76. El document porta al dors una menció del segle XV: «pro Sent Ypolit», la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1754», i una anotació del segle XIX: «Détail de tous les biens légués à l'Hôpital de Jérusalem et à la milice du Temple par Josbert de Pezilla vers la fin du 12<sup>e</sup> siècle ou au commencement du 13<sup>e</sup> à ce qu'il paraît, car il n'y a point de date marquée» [«Detall de tots els béns llegats a l'Hospital de Jerusalem i a la milícia del Temple per Josbert de Pesillà cap al final del segle XII o al començament del segle XIII pel que sembla, ja que no hi ha data indicada».]

censum I<sup>am</sup> pernam de duobus solidis et I sextarium de *blad* et I<sup>am</sup> migeram de vino et III *fogasces*. Et dimisit cellarium quod tenet Joscibertus *Radulf* juxta ecclesiam Sancti Ypoliti, et facit censum VI denarios. Et dimisit bordam que fuit Petri Johannis *Bifo*, quam tenet predictus Joscibertus *Radolf* et facit censum I<sup>am</sup> gallinam et I<sup>am</sup> fogascam borda predicta et ortus qui est juxta quem dimisit. Et dimisit bordam quam tenet Petrus *Radulf* cum alio orto que fuit de Petro Justo, et facit censum VIII denarios. Et dimisit aliam bordam quam tenet Petrus *Radulf* cum Johanna *d'Esperada*, et facit censum I<sup>am</sup> gallinam et I<sup>am</sup> fogascam. Dimisit bordam quam tenent filii Arnalli Bauluse, et facit censum I<sup>am</sup> gallinam et I<sup>am</sup> fogascam. Et dimisit mansum Petri *Pebrer* cum suis habitatoribus et cum suis pertinentiis, et facit censum I<sup>am</sup> pernam de duobus solidis et I<sup>am</sup> migeram de vino et I sextarium de *blad* et III *fogasces*. Dimisit mansum Bernardi Sinfredi cum suis habitatoribus et cum suis pertinentiis, et facit censum I<sup>am</sup> aucham et medium sextarium de *blad*. Et de hoc honore tenet Joscibert *Radolf* cum sua *fraderesca* campum<sup>b</sup> et vineam de *Fels*, et clausam et campum de *Agullis*, et terras de *Ullols*, scilicet V petias, et ortum cum olivariis qui est ad *Ferrages*, et ortum qui est juxta mansum Josciberti *Radolf*. Et tenet Petrus *Radulf* campos et vineas ad *Clausam* et Arnallus *Radolf* similiter frater suus. Et tenet Petrus *Radolf* IIII petias de terra ad *Ullols*, et I<sup>am</sup> petiam de terra ad *Agulles*, et I<sup>um</sup> campum ad *Conangle*, et I<sup>am</sup> partem de orto cum olivariis qui est ad *Ferrages*. Et tenet Arnallus *Radolf* puer I<sup>um</sup> ortum cum olivariis ad *Ferrages*. Et tenet<sup>c</sup> Petrus *Radulf* cum Guillelmo Homine Dei, retro suam casam, I ortum cum VII olivariis et alium ortum cum olivariis ad *Clotum dels Pedasz*. Et tenet Petrus *Pebrer* duos<sup>d</sup> campos de *Penedes*, et ad *Trullar* I<sup>am</sup> fexam, et aliam ad ripam *Aglini*, et campum *del Moir*, et campum de *Cortedela*, et campum de *Conangle*, et III petias intra ambas aquas, et campum de *Mauro*, et asperum de via de *Baulto*, et ortum *del Prad* cum alio herede, et ortum alium quem tenet cum Bernardo *Sinfre*, et ortum quem tenet *Peraurs* femina super mansum Petri *Pedasz*, et II<sup>as</sup> petias quas vendidit Petrus *Pebrer* Bernardo Sinfredi supra viam de *Salses*, et I ortum quem vendidit Petro *Radolf*, et salinas et ruptas infra ambas aquas, et ruptas de *Conangle* quas tenent *li<sup>e</sup> Pedascencz*, et terras que fuerunt de Petro Johanne et de<sup>f</sup> Arnallo Barone fratribus, et ortum qui fuit de<sup>f</sup> Guillelmo *Pedasz* ad *Ullols*, et ortum quem *Stephan* Eima tenet,<sup>g</sup> et ortum quem tenet Petrus Rufini ad *Ullols*, et alium quem tenet Guilelmus *Rofi* et I *masil*

quem vendidit Petrus *Pebrer* Petro Radolfi, et ortum quem tenet *Polit Pedascz* cum suis heredibus ad carreram de *Salses*, et ortum de *Pujol* quem tene(n)t *li Pedascencz* et dat una novena quartum et alia tercium, et ortum de *Johanne Belel* et de aliis heredibus, et ibidem alium de *Johanne Isarn* cum suis *pariers*, et ortum *del* Podio quem tenet *Guilelmus de Homine Dei* et donat de quarto quartum, et que vinea est<sup>h</sup> clausam de *Arnallo Traver* dat quartum, et vinea *del Puig* de *Joczbert Treiriu* quartum, et in eodem loco vinea *dels Pedascencs* dat quartum, et vinea de *Cabanil* de capellano de *Furches* dat quintum, et vinee *dels Pedascencs dels Pedros* quartum, et vinea rotunda quam ipsi tenent quartum, et vinee *dels Amenoles* quas ipsi tenent quartum, et vinea *Bernardi Sarrier* de *Ulmo* quartum, et vinea *Raimundi Allen de la Figerola* similiter, et vinea *Petri Gallo del Viner d'Aval* similiter, et omnes vinee *dels Pedascencz del Caval Mort* similiter. Et item tenent *Pedascencs* ruptas ad viam de *Fels*. Et tenet *Guilelmus Textor* qui fuit<sup>i</sup> in eodem loco *I<sup>am</sup>* ruptam. Et tenent *li Pedascencs* ad viam de *Salses* *I<sup>am</sup>* ruptam, et *Arnallus* de *Petro Guilelmo I* asperum ad viam de *Baltro*, et *Guilelmus Pedascz* alium, in eodem loco, *Ram(undus) Cabau* alium et *garrigas*, sicut includit cemdarium qui vadit ad Podium *Sancte Marie* et illud qui vadit ad *Collel*, et asperum unum supra terras de *Boca Laurs*. Et tenet *Arnallus* de *Petro Guillemo I<sup>um</sup>* asperum supra viam de *Salses*, e *li Pedascencz* *I<sup>am</sup>* terram ad *Stagnillum*, et *Johannes Cornil I* asperum ad *Campillar*. Et tenet *Johannes Pelegri* unam terram ad *Stagnil*, et *Petrus Bernade* cum suo nepote in eodem loco aliam terram.

Hec omnia prescripta dimisit *Joczbert* de *Pedillano Hospitali* et milicie in diem obitus sui, ita quod uxor sua *Gallarda* nomine habeat in sua vita. Post mortem suam remaneat *Hospitali* et milicie libere et quiete per alodium.<sup>j</sup>

a. *Passatge il·legible, llacuna de 40 mm A.*    b. *campum afegit a la interlínia A.*  
 c. *tenet afegit a la interlínia A.*    d. *duos afegit a la interlínia A.*    e. *li afegit a la interlínia A.*    f. *de afegit a la interlínia A.*    g. *tenet afegit a la interlínia A.*  
 h. *que vinea est afegit a la interlínia A.*    i. *qui fuit afegit a la interlínia A.*    j. *L'escrivà ha deixat un espai en blanc de quatre línies entre aquesta darrera clàusula a baix de tot de l'acta i fins al final de l'inventari.*

1173 (nou estil), gener

*Bernat de la Roca fa testament. [1] Demana ésser sebolit al monestir de Sant Genís, al qual llega dos masos. [2] Llega a la milícia*



*del Temple el que posseeix a la vila de Palau, excepte els feus de cavallers, i el seu cavall que és a la vila de Perpinyà i que els templers hauran de tornar a comprar mitjançant 100 sous. Ordena als templers que mantinguin un prevere que celebri misses pel remei de la seva ànima. [3] Llega a l'Hospital de Jerusalem el mas que té Pere Flandina de Vilaclara. [4] Ordena que la seva esposa Adelaida tingui mentre visqui, a títol de viduïtat, la meitat de tots els ingressos dels homes de Vilaclara, els quarts i les vinyes, excepte els feus de cavallers, la meitat de la reserva i el conjunt del castell. Ordena que la seva muller tingui en penyora sobre l'honor d'Alamans els 1.000 sous que li havia aportat en dot. Vol a més a més que disposi en pau de la seva cambra, amb tots els seus llençols. [5] Ordena que amb l'altra meitat dels ingressos de Vilaclara es paguin tots els seus deutes i totes les seves rapinyes. [6] Llega a Bernat de Cruïlles la meitat del quartó dels molins i de tot el bosc que s'havia partit amb ell. [7] Llega a la seva filla Alamanda el castell de la Roca i tota la resta de la seva honor, dels seus béns i dels seus drets. I si la seva filla morís sense descendència legítima, aquests béns revertirien a la germana de Bernat, Guirauda, i als fills d'aquesta. [8] Posa la seva filla i els seus béns sota la protecció de Déu, dels seus homes i de Pere de Domanova. Ordena que Pere de Domanova, amb el consentiment dels seus homes, s'encarregui de casar la seva filla segons el que consideri el millor i el més honorable per a ella. [9] Ordena que Bernat de Cruïlles, Guillem Bord de la Roca, l'abat de Sant Genís, Berenguer Roig de Tanyà i Pere Gifre de Perpinyà, amb el consell de Pere de Domanova, paguin els seus deutes i les seves rapinyes, i que ho jurin sobre els Evangelis. I si la seva esposa morís, que es facin aleshores aquests reemborsaments amb els ingressos de la seva viduïtat.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 70v-71, acta núm. 111.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 544-548.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 285-286, segons B.

In nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem M° C° LXX° II°, mense januarii. Ego Bernardus de la Roca, in mea bona memoria, sic testamentum meum facio et ultimam voluntatem meam super rebus meis dispono.

[1] In primis, dimitto<sup>a</sup> corpus meum ad sepeliendum monasterio Sancti Genesisii. Et dimitto<sup>a</sup> eidem monasterio Sancti Genesisii, remedio anime mee, duos mansos meos alodii, quorum unum tenet Guilelmus Sonnerius et alium Petrus Guiraudi.

[2] Dimitto<sup>a</sup> domui milicie Templi hoc quod habeo in villa de *Palats*, et equum meum qui est in villa de Perpiniano, quem redimant de C solidis. Et mando et rogo et injungo domui milicie Templi quod omni tempore, quamdiu hoc seculum duraverit, teneant et procurent unum sacerdotem qui celebret missas remedio anime mee. Hoc quod habeo in villa de *Pallatz* domui milicie Templi, sicut dictum est, exceptis feudis militum, dimitto.<sup>a</sup>

[3] Dimitto<sup>a</sup> Hospitali Jherosolimitano mansum meum de alodio, quem tenet Petrus Flandina de Vila clara.

[4] Volo et mando quod Adalaicia, uxor mea, teneat et habeat in tota vita sua, nomine sponsalicii, medietatem de omnibus espletis hominum de Villa clara, videlicet de cartis<sup>b</sup> et de vineis et de omnibus spletis<sup>c</sup> hominum, exceptis feudis militum et excepta alia laboratione et excepto similiter corpore castelli. Et volo et mando quod dicta uxor mea habeat, nomine pignoris, super honorem de *Alamans* M solidos malguriensium, quos ego habui et accepi de suo sponsalicio. Et volo et mando quod uxor mea in pace habeat cameram suam, videlicet omnes pannos suos et omnes fedas.

[5] Et mando et volo quod omnia debita mea de quibus sum memor et illa de quibus non sum memor et omnes rapine et proclamaciones mee reddantur et solvantur in pace de medietate exituum Ville clare et de laboratione et de expletis, salvo uxori mee hoc quod ibi debet habere nomine sponsalicii, sicut predictum est.

[6] Dimitto<sup>a</sup> et cresco Bernardum de Crosilis de medietate quarti molendinorum et de toto hoc nemoris que cum eo divisi, hoc vero deducto sicut scriptum est.

[7] Relinquo jure institutionis Alamanne, filie mee, castellum meum de Roca et totum alium honorem et omnes alias res meas et omnes actiones et petitiones meas et omnia jura mea, ubicumque sint et qualicumque sint. Si vero Alammana filia mea decesserit sine liberis legitimis, revertatur ad Guiraudam, sororem meam, et ad infantes suos.

[8] Dimitto<sup>a</sup> in custodia et defensione<sup>d</sup> Dei et hominum meorum et Petri de Manoa filiam meam cum omnibus rebus suis. Et volo et mando quod ipse Petrus de Manoa, cum consilio meorum hominum, ad melius et honorificencius quod poterit, secundum hoc quod ei visum fuerit, collocet filiam meam in matrimonio.

[9] Volo etiam et mando quod Bernardus de Crosolis et Guilelmus *Bort de la Roca* et abbas Sancti Genesii et Berengarius *Royg de Tannan* et Petrus *Sifre* de Perpiniano, cum consilio Petri de Manoa, persolvant et reddant omnia debita mea, quorum sum memor et quorum non sum memor, et omnes rapinas et proclamaciones meas, sicut predictum est, et jurent corporaliter super sancta Dei Evangelia quod ipsi persolvant hec debita et rapinas et proclamaciones meas, sicut predictum est, sine fraude, in pace, ad melius quod poterint. Et si uxor mea decesserit, de exitibus totius dicti sponsalicii ejus solvantur debita mea, rapine et proclamaciones mee similiter.

[10] Item, ego Bernardus *de sa Roca* mando, rogo, precor quod totum ita teneatur et observetur, sicut scriptum est.

Testes sunt et firmatores: Raymundus de Caneto, comendator Mansi Dei, de Petrus de Manoa,<sup>c</sup> Raymundus de Sancto Laurencio, Bernardus de Crosilis, Raymundus de Sancto Felicio. Et Fulcho, qui hec scripsit.

a. dimito B.      b. *Sic B, llegiu quartis.*      c. *Sic B, llegiu expletis.*      d. deffensione  
B.      e. *Sic B, llegiu Manoa.*

## 91

1173 (nou estil), 21 de març

*Gombau de Malloles*<sup>77</sup> *fa testament. Designa Ermengol del Vernet, Berenguer d'Orla i el monjo Ramon, el seu germà, executors testamentaris. [1] Lliura el seu cos i la seva ànima a la milícia del Temple, amb el seu cavall, les seves armes i tot el que té a la vila de Pollestres. Llega als templers un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles així com els nous horts que Guillem, fill de Bigordana, té per ell. [2] Llega a l'Hospital de Jerusalem tot el que ell, el seu germà, Berenguer d'Avinyó, i el seu nebot, Bertran de Vilallonga, tenen a Vila-rasa, així com la seva llogia, els seus estreps i el seu cavall baix. [3] Llega al priorat de Santa Maria d'Espirà l'honor que havia comprat*

77. Gombau de Malloles s'integrà a l'orde del Temple mitjançant aquest testament: apareix efectivament a Montpeller, al mes de març de 1177, on subscriu en qualitat de frare de la milícia del Temple una donació del rei de Catalunya-Aragó Alfons I; SAROBE I HUESCA, Ramon, *Col·lecció diplomàtica de la Casa del Temple de Gardeny (1070-1200)*, vol. 1, Barcelona, Fundació Noguera, 1998, doc. núm. 310.

a Guillem Hug de Sant Esteve, al terme de Vilanova de la Ribera, amb la condició que sigui instituït en aquesta església un prevere que hi celebrarà una missa diària per la redempció dels seus pecats, i que una llàntia cremi perpètuament per ell davant de l'altar. [4] Llega a l'abadia de Sant Ponç de Tomeres i a l'església de Sant Aciscle tots els drets que té sobre l'oliverar que Bernat de Miralles té per ell i per Sant Aciscle. [5] Llega per a l'obra de les ornamentacions de l'església de Santa Maria de Malloles tots els seus drets sobre una vinya que Mallo Cogombre té per ell, amb les oliveres que hi ha. [6] Llega 5 sous a l'obra de Sant Martí i 5 sous als leprosos de Malloles. [7] Lliura 100 sous melgoresos a Berenguer de Santa Eugènia sobre la penyora que té d'ell, al moment del reemborsament. Llega, amb les mateixes condicions, 50 sous a Pere de Sant Hipòlit. [8] Restitueix a Bernat de Pesillà l'honor de Vilanova de la Ribera que havia pres al germà d'aquest, Gausbert. [9] Llega el camp d'Estanyol que ha comprat a Guillem de Nils per fer l'almoïna de manera que el senyor del castrum [de Malloles] el treballi i dona cinc aimines d'ordi a l'almoïna dels pobres el dia del seu aniversari, i això perpètuament, i si aquest no ho fes, aquest camp revertiria als templers amb les mateixes condicions. [10] Dóna tota la resta de la seva honor, la seva fortuna i tots els seus béns mobles a la seva esposa Ermengarda, que en gaudirà tot al llarg de la seva vida, mentre no es casi, i disposarà de la seva viduïtat. [11] Llega al seu germà Berenguer d'Avinyó, perquè la tingui després de la mort de la seva esposa, la seva honor de Vilanova de la Ribera, tret de la que ha llegat a Santa Maria d'Espirà. [12] Gombau llega al seu nebot Bertran de Vilallonga, perquè la tingui després de la mort de la seva esposa, l'honor que té al terme de Malloles i tot el que té en penyora en aquesta vila, amb la condició que el seu nebot doni 1.100 sous melgoresos a la seva esposa quan aquesta ho exigeixi, i si no ho fa, aquesta podrà percebre aquesta quantitat sobre els ingressos de la seva reserva que podrà igualment empenyorar. [13] Si Bertran morís sense hereu legítim, la seva herència revertiria a Guillem de Fórnols i al fill d'aquest, Guillem, tret del delme d'Estoer que té per Arnau Jaspert d'Elna i que llega a l'altre fill de Guillem de Fórnols, Bernat Ramon. [14] Gombau llega el mas que ha comprat a Berenguer de Santa Eugènia per fer-ne un hospici per als pobres. [15] Posa la seva esposa i el seu nebot i tota la

*seva honor sota la custòdia de Berenguer d'Orla i d'Ermengol del Vernet. [16] Llega tots els feus, batllies i guardes que té al comtat de Rosselló, i en qualssevol altres llocs, al seu nebot Bertran, amb la condició que respecti aquest testament, altrament la seva herència revertirà a Guillem de Fórnols i als fills d'aquest. [17] Llega al seu germà Ramon, monjo, un hort que Ramon Rigald i el seu germà Guillem tenen per ell a Malloles. Berenguer d'Avinjó confirma aquest testament i en pren el contingut sota la seva salvaguarda.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 251-252, acta núm. 450.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 539-544.  
 D Còpia parcial de començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 10-12, segons B.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest. Idcirco, in Dei nomine, ego Gombaldus de Malleolis, in mea plena memoria et loquela, facio meum testamentum. Et eligo manumissores meos, scilicet Ermengaldum de Verneto et Berengarium de Orle atque Raymundum monachum, fratrem meum, ut isti habeant potestatem dividendi et distribuendi omnium mearum rerum mobilium seu immobilium sicut hic invenerint scriptum.

[1] Primum, reddo corpus meum et animam meam domino Deo et milicie Templi, cum meo equo et cum meis armis et totum quod habeo vel habere debeo in villa de *Polestres* et in suis terminis, in adjacencia Sancti Martini, per alodium. Et dimitto<sup>a</sup> adhuc supradicte milicie unum campum, quem emi de Arnaldo de Capite Stagno per alodium, qui est in adjacencia Sancte Marie ville Malleolis. Insuper dimitto<sup>a</sup> milicie prefate ortos novos quos Guilelmus, filius Bigordane, tenet pro me.

[2] Dimitto<sup>a</sup> Hospitali Jherosolimitanensis<sup>b</sup> totum quod habeo vel habere debeo in Villa rasa et in suis terminis, et Berengarius de Avinione, frater meus, ibi habet vel habere debet, et Bertrandus de Villa longa, nepos meus, ibi habet vel habere debet, et meum ausbergum et tribucia et meum equum *baig*.

[3] Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Aspirano totum illum honorem quem emi de Guilelmo Ugone Sancti Stephani, qui honor est in Villa nova de *Rauter* et in suis terminis, in adjacentia Sancti Johannis, tali pacto ut unus presbiter ibi constituatur, qui cotidie celebret missam pro amore Dei et in remissione peccatorum meorum, et ut una lampada ardeat pro me ante altare predicte Sancte Marie imperpetuum.

[4] Dimitto<sup>a</sup> Sancto Poncio Tomerienti et Sancto Acisclo omnia mea jura que habeo vel habere debeo in illa oliveta que Bernardus de *Miralles* tenet pro me et pro Sancto Acisclo, pro remissione peccatorum meorum.

[5] Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Malleolis omnia mea jura que habeo in vinea quam Malleolus Cucumeri tenet pro me, cum omni meo jure de omnibus olivarii qui ibi sunt vel inantea ibi erunt, ad opus ornamentorum<sup>c</sup> ecclesie, pro remissione peccatorum meorum.

[6] Dimitto<sup>a</sup> operi Sancti Martini V solidos; leprosis de Malleolis alios V solidos.

[7] Dimitto<sup>a</sup> Berengario de Sancta Eugenia C solidos malguriensium de suo pignore quod habeo quando redimetur, et Petro de Sancto Ypolito L solidos malguriensium de pignore suo quod habeo quando redimetur.

[8] Dimitto<sup>a</sup> Bernardi de Pidillano illum honorem Ville Nove de *Rauter* quem aufeream<sup>d</sup> Gauzberto fratri suo.

[9] Dimitto<sup>a</sup> insuper campum meum de Stagnuolo, quem emi de Guilelmo de *Annills*, qui se tenet cum campo Berengarii Sinfredi, ad elemosinam<sup>e</sup> faciendam, tali pacto quod dominus istius castri laboret predictum campum et donet semper V eiminas ordeï ad elemosinam pauperum in die anniversarii<sup>f</sup> mei fideliter. Et si non fecerit, dimitto<sup>a</sup> predictum campum milicie Templi per alodium, ita ut ipsi faciant semper predictam elemosinam sicut superius scriptum est.

[10] Totum meum alium honorem heremum et condirectum, ubicumque habeo vel habere debeo, et totum meum aliud avere, preter istam manumissionem predictam, dimitto<sup>a</sup> uxori mee Ermengardi, tali pacto ut omnem honorem meum habeat et possideat in sua vita, dum steterit sine marito, sine blandimento alicujus persone. Et dimitto<sup>a</sup> ei omnem meum mobilem ad omnes suas voluntates faciendas, et insuper habeat suum sponsaliciu[m] potenter.

[11] Dimitto<sup>a</sup> Berengario de Avinione, fratri meo, totum illum honorem quem habeo vel habere debeo in Villa nova de *Rauter* et in suis terminis et adjacentia Sancti Johannis, post obitum uxoris mee Ermengardis, preter illum quem dimisi Sancte Marie de Aspirano.

[12] Dimitto<sup>a</sup> Bertrando<sup>g</sup> de Villa Longa, meo nepoti, meum honorem quem habeo vel habere debeo in villa de Malleolis et in suis terminis vel in alio aliquo loco, et omnia mea pignora que habeo in predicta villa, post obitum uxoris mee, preter hoc quod

superius testatus [sum], tali pacto ut predictus Bertrandus donet uxori mee Ermengarde MC solidos, quandocumque ipsa voluerit exigere de predicto honore, ad omnes suas voluntates faciendas de morte ac vita. Quod nisi fecerit, habeat predicta Ermengardis uxor mea predictos MC solidos malguriensium super omnem meam laboracionem quam laboro in dominio et super meum ortum proprium, qui vocatur Ortus Veterus,<sup>h</sup> pro pignore, et ut ipsa habeat licenciam inpignorandi predictam laboracionem et ortum pro supradicto avere.

[13] Et si contigerit Bertrandum mori absque filiis legitimis, dimitto<sup>a</sup> omnem predictum honorem quem ei relinquo Guilelmo de *Fornols* et filio suo Guilelmo, preter decimam de *Astoer* quam teneo per Arnaldum Gausberti de Elna, quam dimitto<sup>a</sup> Bernardo Raimundi, filio predicti Guilelmi de *Fornols*, post mortem predicti Bertrandi et infantium ejus. Et si unus istorum obierit absque filiis legitimis, pars ejus revertatur alteri.

[14] Et insuper dimitto<sup>a</sup> pro remissione peccatorum meorum illum mansum quem emi de Berengario de Sancta Eugenia, ut ibi ospitentur pauperes pro amore Dei semper, qui mansus est juxta mansum Berengarii *Tidon* et juxta mansum Bernardi *Gaug*.

[15] Et dimitto<sup>a</sup> uxorem meam et Bertrandum, nepotum meum, et cunctum meum honorem, preter illum quem dimisi pro remissione peccatorum meorum, in potestate Dei et in defensione<sup>i</sup> et in garda et in bajulia Berengarii de *Orle* et Ermengaudi de Verneto, ut ipsi manuteneant et defendant<sup>j</sup> per fidem sine enganno.

[16] Omnes meos fevos et bajulias et gardias dimitto<sup>a</sup> predicto nepoti meo Bertrando, quem habeo in comitatu Rossillionis vel in cunctis aliis locis. Et mando Bertrando predicto ut hoc testamentum meum fideliter servet et sequatur sicut superius scriptum est. Quod nisi fecerit, omnia que ei dimisi dimitto<sup>a</sup> Guilelmo de *Fornols* et filiis suis.

[17] Dimitto<sup>a</sup> adhuc Raymundo fratri meo monacho illum ortum quem Raymundus Rigaldi et frater suus Guilelmus tenent per me apud Malleolas, cum omnibus arboribus que ibi sunt et cum omnibus directis que ibi habeo, pro hereditate sua, de Chillano quam vendidi.

Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat quod requiret, set in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat omni tempore. Actum est hoc XII<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>,

regnante Lodoyco rege. Sig+num Gombaldi de Malleolis, qui hoc meum testamentum fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Berengarii *Tidon*. Sig+num Berengarii de Vilarmilano. Sig+num Arnaldi Pagesii. Sig+num Arnaldi Pagesii, filii ejus. Sig+num Reynardi. Sig+num Petri Arnaldi. Sig+num B(e)rengarii de Segano. Sig+num Berengarii de Avinione, qui hoc testamentum laudo et firmo et accipio in manutenencia et in defensione<sup>i</sup> et in gardia hoc totum quod superius scriptum est.

(SM) Virgilius, qui hoc scripsit vice Nicholay sub die et anno quo supra.

a. dimito *B.*    b. Jherosolimitano *B.*    c. orlamentorum *B.*    d. abstuleam *B.*  
 e. helemosinam *B.*    f. aniversarii *B.*    g. Bernardo *B.*    h. *Sic B.*    i. deffensione *B.*  
 ne *B.*    j. deffendant *B.*

## 92

1173, 5 de juliol

*Arnau de Fenollet fa testament. Designa Guillem, ardiaca de Fenollet, el germà d'aquest, Berenguer de Sornià, Guillem del Viver, Bernat d'Orseres i fra Bernat de Llac, hospitaler, marmessors testamentaris. [1] Llega tots els seus mobles a Adelaida, la seva esposa, i tota la seva honor, que conservarà mentre continuï essent vídua. Tanmateix, si desitgés tornar-se a casar, les germanes d'Arnau haurien de donar-li 1.000 morabatins, [2] i en aquest cas,<sup>78</sup> llega la vila de Prunyanes, amb tots els habitants, drets i possessions que en depenen, al Temple i a l'Hospital de Jerusalem, que hauran de tornar a comprar a Bernat Sesmon, que la té en penyora per 300 sous melgoresos. [3] Llega a Sant Pere de Fenollet el mas de Marcelas, amb tot el que en depèn, que l'ardiaca o els clergues hauran de tornar a comprar a Bernat de Cassanyes, que el té en penyora per 200 sous. [4] Llega a les seves germanes Alda, Deuda, Brunissenda i Alamanda el castell*

78. Aquesta clàusula està mal formulada, cosa que fa que la seva interpretació sigui delicada. Em sembla que pot ésser lògicament entensa així: Arnau llega tota la seva honor, és a dir, el seu patrimoni territorial, a la seva esposa Adelaida, amb la condició que aquesta continuï essent vídua; tot i així, si desitgés abandonar aquesta condició tornant-se a casar, podria conservar aquest patrimoni pertanyent al llinatge del seu primer marit, es procediria per tant a la seva redistribució seguint les modalitats enunciades a continuació, i Adelaida rebria una contrapartida de 1.000 morabatins, quantitat considerable que podria correspondre a l'import del seu dot.



*de Fenollet, pel qual hauran de jurar fidelitat a la vescomtesa de Narbona, com ell i els seus predecessors ho havien fet abans, i els llega igualment els castells d'Albedun, de Talteüll i de Sant Esteve de Villerac, així com tots els seus altres drets i possessions, que es partiran equitablement, a excepció de la vila de Maurí, que llega a Alda, la seva germana gran. [5] Les seves germanes hauran de pagar en comú els 1.000 morabatins que deuen a la seva esposa, 500 sous a repartir entre els habitants de la vila de Solsà, així com tots els seus altres deutes.*

A Original perdut.

B Vidimus del 23 de desembre de 1251, pergami, amplada 180/190 mm, alçada 185 mm, ADHG, H Malte 5, doc. núm. 1, segons A.<sup>79</sup>

Anàlisi del 1704 en francès: ADHG, H Malte, inv. núm. 76, f. 88.<sup>80</sup>

In Dei nomine. Ego Arnaldus de Fenoletto, sanus et incolumis<sup>a</sup> et potens, omni meo honore jubeo facere testamentum meum, et eligo manumissores meos Guilelmum,<sup>b</sup> Fenoletensem archidiaconum, et Berengarium de Sorniano, fratrem suum, et Guilelmum de Viverio, et Bernardum de Orsseres, et Bernardum de Lac, fratrem Hospitalis, ut, sicut inferius viderint scriptum, sic distribuant omnem meum honorem et omnem meum mobilem et immobilem, si michi mors advenerit ante quam aliud testamentum facerem.

[1] In primis relinquo Aladedi, uxori mee, omnem meum mobilem, ad suam voluntatem faciendam, et omnem meum honorem<sup>c</sup> dum ibi manere voluerit absque marito, et quando inde exire voluerit, donent ei M morabatinos, videlicet sorores meas.

79. Vegeu més endavant l'acta núm. 520.

80. «Testament fait par Arnaud de Fenouillet, habitant de Prunhanes, par lequel il donne a l'Hospital Saint-Jean de Jerusalem la ville de Prunhanes avec toutes ses appartenances et dependances, hommes et femmes, sans aucune réserve, a la charge de desengager ladite terre qui est aliennée a Bernard Soliu pour 300 sols malgoirés, ensemble donne le masage de Marcellas avec ses appartenances, hommes et femmes, a la charge de desengager icelluy de Bernard Asamir qui le tient pour 200 sols malgoires, lequel masage est scitué joignant autre masage de Sr Pierre. Ledit testament datté du 3<sup>e</sup> des nones de juillet 1128, reteneu par Guillaume Gla prestre et notaire escrit en parchemin et cotté n<sup>o</sup> 1.» [«Testament fet per Arnau de Fenollet, habitant de Prunyanes, pel qual dona a l'Hospital de Sant Joan de Jerusalem la vila de Prunyanes amb totes les seves pertinences i dependències, homes i dones, sense cap reserva, amb l'obligació de desempenyorar aquesta terra que està alienada a Bernat Soliu per 300 sous melgoresos, junt amb aquesta terra dona la masada de Marcellas amb les seves pertinences, homes i dones, amb l'obligació de desempenyorar la de Bernat Asamir, que la té per 200 sous melgoresos, la qual masada confronta amb una altra masada del Sr. Pere. Aquest testament datat el 3<sup>e</sup> de les nones de juliol de 1128, conservat per Guillem Gla prevere i notari, escrit en pergami i amb la signatura topogràfica núm. 1».]

[2] Post exitum vero uxor mee Aladedis, relinquo per alodium et per remedium animee mee et parentum meorum milicie Templi et Hospitali Jherosolimitani, et sine omni retentu, meam villam de Prunanis, cum omnibus suis terminis, heremis et condirectis, et cum omnibus<sup>c</sup> et mulieribus ibi pertinentibus, et cum omnibus suis juris, ita ut aliquis mee projeniei, aliquid in predicta villa nec in suis terminis acquirere possit; et abstraant eam villam de pignore CCC solidorum malguriensium de Bernardo *Sesmon*.

[3] Sancto Petro de Fenoletto relinquo et reddo per alodem mansum<sup>d</sup> de *Marcelas*, cum hominibus<sup>e</sup> et mulieribus ibi pertinentibus, et cum omnibus suis pertinentiis, heremis et condirectis, et sine omni vinculo et retentu, et cum ingressu et regressu, et tamen predictus archidiaconus vel clerici abstraant eum de pignore CC solidorum malguriensium de Bernardo de Cassaniis, predictus manssus est justa alium mansum Sancti Petri, et condam habitabant in eum Petrus *Tort* et frater suus *Vives*.

[4] Totum alium meum honorem relinquo sororibus meis Alde et Devode et *Brunissen* et Alamande, videlicet castrum Fenoleti, de quo facient fidelitatem Ermengarde vice comitisse Narbonensi, domine mee, sicuti ego et antecessores mei fecimus sibi et suis. Similiter relinquo eis castrum de *Albedu*, et castrum de *Talteul*, et castrum Sancti Stephani de *Bilerag*, et omnes alios meos honores, alodes, fevos, compras, pignoras, gardas, bajulias, dominationes, heremos et condirectos, et quicquid<sup>f</sup> dici vel nominari potest, sicuti ego melius habeo et possideo, vel aliquo modo possidere debeo, ut faciant equales partes inter eas, preter villam<sup>g</sup> Maurini, quam relinquo<sup>h</sup> sorori majori mee Alde per meliorationem.

[5] Et iste IIII<sup>or</sup> sorores mee pariter persolvant predictos mille morabatinos uxori mee [...],<sup>i</sup> et D solidos savitata<sup>i</sup> de Solssa, inter homines<sup>k</sup> ipsius ville, et alia mea debita, ubi sint, persolvant ea comuniter.

Siquis hoc testamentum rumpere voluerit, in duplo componat. Quod est actum III nonas julii, anno<sup>l</sup> ab Incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Lodoico rege. Sig+num Arnaldi de Fenoletto, qui hoc testamentum jussit scribere et testibus firmare rogavit. Sig+num Guilelmi, Fenoletensis archidiachoni. Sig+num Berengarii de Sorniano. Sig+num Guilelmi de Viverio. Sig+num Bernardi de *Orsseres*. Sig+num Bernardi de *Lac*, fratris Hospitalis. Bernardus de Cabanis scripsit die et anno quo su-(SM)-pra.

a. incolonus B.    b. Guilme B.    c. honore B.    d. massum B.    e. omnibus B.  
f. quiquit B.    g. villa B.    h. relinco B    i. *L'escrivà ha afegit*

a la interlínia un membre de frase il·legible B. j. Sic B, cal llegir segurament salvitata. k. omnes B. l. anno repetit per error B.

## 93

1173, octubre. Narbona, a la sala soterrani situada més avall del palau vell

*Bertran d'Auriac, Pèire Olivier de Termes, Pèire Mir de Laurac, Bonifaci de Pena, Ramon de Solatge, Berenguer del Vilar, Guilhem Peire d'Auriac, Bertran de Clermont i Berenguer Pellisser, testimonis, atesten sota jurament davant de Ponç, arquebisbe de Narbona,<sup>81</sup> i Ermengarda, vescomtessa de Narbona,<sup>82</sup> que el 28 de setembre precedent, cap a l'aurora, Arnau de Fenollet, malalt però disposant de totes les seves facultats, els convocà al poble de Santa Maria de la Grassa, a la casa de Berenguer Pellisser, modificà el seu testament i morí abans de migdia. [1] Ha llegat a Santa Maria de Fontfreda un dels seus millors camps situats al pla de Rellà, per tal que els monjos posin fi a les seves queixes a propòsit de la quantitat de 1.000 sous que li reclamaven. Ha ordenat que els monjos de Fontfreda donin després 500 sous de moneda rossellonesa als homes de Solsà per a la reparació dels danys que els havien causat, i que donin igualment 200 sous melgoresos al monestir de la Grassa per la seva sepultura. [2] Arnau ha llegat totes les possessions que tenia a la vila de Prunyanes, a parts iguals, als hospitalers i als templers, amb la condició que paguin els 300 sous que deuen als creditors que tenen aquesta honor en penyora. [3] Ha llegat 1.000 morabatins a la seva esposa, que li seran pagats per cadascun dels seus hereus sobre els ingressos del castell de Fenollet i de l'honor que en depèn, i la seva esposa tindrà aquesta honor fins que hagi estat pagada. [4] Ha llegat, si la seva esposa resultés que estava embarassada, tota la seva honor a la criatura, fill o filla, que neixi. I si no tingués cap criatura, o si la criatura morís abans d'haver assolit l'edat de disposar dels seus béns, llavors Berenguer de Perapertusa, nebot d'Arnau, tindria el castrum de Fenollet amb el seu barri, des de l'era i pujant, salvant la fidelitat deguda a la vescomtessa*

81. Ponç d'Arce, arquebisbe de Narbona: maig de 1162 - † 15 de febrer de 1181.

82. Ermengarda, vescomtessa de Narbona: 1134-1193/1194.

*Ermengarda. [5] Ha llegat al seu nebot Berenguer la meitat de tots els agrers, quarts o quints de tots els seus ingressos i la meitat dels horts i de tots els molins que són al terme d'aquest castell, i la meitat de les viles dels Horts, d'Arenyanes, Cerdans, Casesnoves, i la meitat de l'honor i dels drets que Arnau tenia sobre el priorat de Sant Pau, excepte el dret de taverna que recaptava a la vila de Lançac i que havia abolit, i que ha recomanat als seus hereus no restablir mai. Li ha llegat, a més, la meitat de tots els cavalleres, i llurs feus, que tenia per raó dels castells de Fenollet i de Sant Esteve de Villerac. [6] Arnau ha llegat l'altra meitat d'aquesta honor a Bertran d'Auriac i al germà d'aquest Pèire Olivier de Termes, a parts iguals, a causa de llurs lligams de parentiu i dels favors que li havien fet. I ha demanat que Berenguer, d'una banda, i Bertran i Pèire Olivier, d'una altra banda, siguin fidels i s'ajudin mútuament. [7] Ha llegat tota la resta de la seva honor a parts iguals a les seves germanes Alda, Brunissenda, Deuda i Alamanda. [8] Ha recomanat que després del pagament dels seus deutes, quan la seva esposa hagi llegat el seu patrimoni, els nou testimonis mencionats més amunt i Guillem de Poitiers, Hug de Magalona, xantre de Sant Pau, Ramon de Salles, mestre Llombard, Hug del Pla, veguer, Guillem de Castell, Matfre del Vilar, Hug de Motomet, Ponç, arquebisbe, i Ermengarda, vescomtessa, satisfacin, amb el consell dels prohoms, totes les reclamacions que podrien aixecar-se en contra seu, amb tots els ingressos de la seva honor durant un màxim de deu anys.*

B Còpia no datada per Arnau, monjo, pergami antigament conservat a l'arxiu de l'abadia de Fontfreda.<sup>83</sup>

C Còpia del 13 de novembre de 1668 per Gratian Capot, BNF, col.l. Doat, vol. 59, ff. 72-75, segons B.<sup>84</sup>

83. «Arnaldus, monachus, translatavit.»

84. «Extrait et collationné sur une copie écrite en parchemin trouvée aux archives de l'abbaye de Fontfroide de l'ordre de Cîteaux au diocèse de Narbonne par l'ordre et en la presence de messire Jean de Doat, conseiller du roy en ses conseils, president en la chambre de comptes de Navarre et commissaire député par lettres patentes de sa majesté des premier avril et vingt troisieme octobre 16 soixante sept pour faire recherche des titres concernans les droits de la Couronne et qui peuvent servir a l'histoire dans tous les tresors des chartres de sad. majesté et dans toutes les archives des villes et lieux, archeveschés, eveschés, abbayes, prieurés, commanderies et autres communautés eclesiastiques et seculieres des provinces de Guienne et Languedoc et du pais de Foix et dans toutes les archives des villes et lieux, archevesques, evesques, abbés, prieurs et commandeurs qui en pourroient avoir de separées de leurs chapitres faire faire des extraits de ceux qu'il jugera necessaires et les envoyer au garde dela Bibliotheques Royale par moy Gratian Capot prins pour grefier en lad. commission

- D Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 40-43, segons a.
- a MARTENNE, *Thesaurus anecdotorum*, vol. I, col. 574, segons l'Arxiu de l'abadia de Fontfreda.
- b MAHUL, *Cartulaire et archives des communes de l'ancien diocèse de l'arrondissement administratif de Carcassonne*, vol. IV, París, 1863, pp. 582-583.

## Text establert segons C.

In anno millesimo centesimo septuagesimo tertio, mense octobris, regnante Ludovico rege, scripta in civitate Narbonae fuit haec carta testamenti seu ultimae divisionis quam fecit Arnaldus de Fenoletto. Nos igitur, scilicet ego Bertrandus de Auriaco, et ego Petrus Oliverius de Termino, et ego Petrus Mir de Lauraco, et ego Bonefacius de Penna, et ego Raimundus de *Solage*, et ego Berengarius de *Vilar*, et ego Guillemus Petri de *Auriac*, et ego Bertrandus de Claromonte, et ego Berengarius Pelliparius, in veritate testificamur, et verum esse confitemur, et tactis sacrosanctis Evangeliiis istud probamus coram te domino Poncio, archiepiscopo Narbonae, et coram te, domina Ermengardi, Narbonae vicecomitissa, quod nos omnes convocati testes simul fuimus praesentes quando Arnaldus de Fenoletto in villa Sancta Maria<sup>a</sup> de Grassa, in domo Berengarii Pelliparii, in infirmitate sua, plenus tamen sensu et memoria, suum testamentum, vel ultimam divisionem nobis praesentibus simul et ad hoc convocatis disposuit in vigilia proxime praeteritae festivitatis sancti Michaelis, quae fuit sexta feria circa auroram, et mortuus ante meridiem eadem die fuit, nec postea ipsam voluntatem mutavit, dixit se jam olim aliud testamentum fecisse et modo illud mutare velle.

soubssigné. Fait a l'Isle en Albigeois le tresiesme novembre mil six cens soixante huit. Doat. (SM). Capot (SM).» [«Extractat i col·lacionat en una còpia escrita en pergami trobada a l'arxiu de l'abadia de Fontfreda de l'orde del Cister, a la diòcesi de Narbona per ordre i en presència de misser Jean de Doat, conseller del rei en els seus consells, president al tribunal de comptes de Navarra i comissari diputat per lletres patents de sa majestat de l'u d'abril i del vint-i-tres d'octubre de 1667 per fer cercar títols referents als drets de la Corona i que poden servir per a la història en tots els tresors de les cartes de sa majestat i en tots els arxius de les viles i llocs, arquebisbats, bisbats, abadies, priorats i comandes i altres comunitats eclesiàstiques i seculars de les províncies de la Guiena i del Llenguadoc i del país de Foix i en tots els arxius de viles i llocs, arquebisbes, bisbes, abats, priors i comanadors que podrien tenir-ne de separades de llurs capítols fer fer extractes de les que considerarien necessàries i enviar-les a la custòdia de la Biblioteca Reial per jo Gratien Capot pres com a escrivà en aquesta comissió infrascrit. Fet a l'Illa a l'Albigès el tretze de novembre de mil sis-cents seixanta-vuit. Doat. (SM). Capot (SM).».]

[1] Donavit et reliquit Sanctae Mariae Fontisfrigidi, pro anima sua, campum unum de melioribus, quos ipse habebat in Plano de Relano, ut tamen monachi ipsius monasterii ulterius non moveant querelam de solidis mille, quos a predicto Arnaldo petebant, et ultra hoc donent monachi quingentos solidos rossilionensium hominibus de Solsa, pro emenda malefacte, quam ei fecerat, et iterum donent monachi ducentos solidos melgorienses monasterio de Grassa, ubi reliquit corpus suum sepeliendum.

[2] Reliquit Hospitali Hierosolimitano et militiae Templi, aequaliter, quidquid habebat in villa de Prugnanas, et terminis ejus, ut tamen aequaliter liberent praedictum honorem a creditoribus de trecentis solidis.

[3] Reliquit uxoris suae mille morabotinos, qui persolvantur ipsi ab haeredibus ejus pro partibus singulis competentibus ex omnibus redditibus castri de Fenoletto, vel honoris ad castrum pertinentis, quem totum honorem ipsa uxor ejus teneat quousque predicti mille morabotini ei solvantur.

[4] Reliquit et dixit quod si uxor ejus pregnans esset, totum honorem suum, excepto predicto relicto pro eleemosina, filius vel filia ab ea genitus haberet, et quandocumque uxor ipsius Arnaldi a filio vel filia quam generabit vellet discedere, homines ipsius Arnaldi predictae domine morabotinos redderent predictos. Et si filium vel filiam viventem non generuit, vel si filius vel filia genitus morentur ante aetatem qua possent res sua ordinare, reliquit et donavit Berengario de Petrapertusa, nepoti suo, castrum suum de *Fenolet*, cum barrio ejusdem castri ab areis in sursum, salva fidelitate dominae suae Ermengardis vicecomitis.

[5] Donavit et reliquit eidem Berengario, nepoti suo, medietatem omnium agrerorum, et quarti vel quinti omnium reddituum, et medietatem ortorum et molendinorum omnium, qui sunt in predicto castro vel ejus terminio, et medietatem cujusdam villae quae vocatur ad Ortos, et medietatem alterius quae vocatur Aragnanas, et medietatem alterius quae vocatur *Cerdan*, et medietatem villae quae vocatur Casas Novas, et medietatem totius honoris vel dictionis, quam ipse habebat in prioratu vel honore Sancti Pauli, excepta taberna, quam ipse faciebat in villa de Lanciaco, quam tabernam ipse absolvit et reliquit et proecipit ne aliquis haeredum ipsius unquam ibi tabernam faceret. Et reliquit eidem Berengario, nepoti suo, medietatem omnium militum, et feudi ipsorum, quod ipse Arnaldus habebat propter castrum de Fenoletto, vel ejus terminos, vel propter castrum Sancti Stefani de *Belerac*.

[6] Totam vero aliam medietatem supradicti honoris donavit et reliquit Bertrando de *Auriac* et Petro Oliverio de Termino, fratri ipsius, aequali portione, propter propinquitam parentelae ipsorum et servitii quod ipsi duo Arnaldo fecerant. Et mandavit et procepit ut predictus Berengarius sit fidelis adjutor et defensor, pro posse suo, de praedicto castro Bertrando et Petro Oliverio, fratribus, de toto honore, quem eis duobus fratribus relinquebat, et ipsi duo similiter ei Berengerio.

[7] Totum vero alium suum honorem, excepto supra dicto, ubicumque habebat vel habere debebat, donavit et reliquit aequali portione quatuor sororibus suis Aldae, Brunissendi, Deudae, Alamandae.

[8] Et precepit et mandavit ut, quando uxor ejus, post solutionem debiti sui, reliquerit honorem suum, consilio proborum et bonorum virorum, de omnibus redditibus exeuntibus usque ad decem annos totius honoris suis, ubicumque esset, solverentur omnes querelae, quae fierent contra Arnaldum praedictum a suprascriptis novem testibus, et a Guillelmo de Pictavio, et Ugone Margalone, precentore Sancti Justi, et Raimundo de Salis, et magistro Lombardo, et Ugone de Plano, vicario, et Guillelmo de Castro, et Matfredo de Vilari, et Ugone de *Moltomet*, et a domino Pontio, archiepiscopo, et a domina praedicta Ermengardi, vicecomitissa, in quorum omnium presentia suprascripti novem testes juraverunt suprascriptum testamentum verum esse in buata, quae est subtuus vetus palatium, et hanc cartam sigillo proprio firmaverunt ad perennem rei memoriam.

Ego Raimundus de Periniano, rogatus et mandatus, scripsi mense et anno quo supra.

a. *Sic C per Sancte Marie.*


1174, 13 d'abril

*Bernat de Cruïlles dóna a la milícia del Temple, en poder de Ramon de Canet, procurador del Masdèu, i dels frares Berenguer i Ponç Menestral, tot el nou feu que tenia pel comte Girard, a saber la masada de Pere Gonter amb tots els béns que en depenen. Dóna a més a més el camp de Romaguera i la casa del celler amb quatre troncs. Per aquest do ha rebut una almoïna de 500 sous melgoresos.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 145v, acta núm. 235.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 553-554.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 97-99, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Crudiles pro redempcione peccatorum meorum, libenti animo et bona voluntate, dono domino Deo et domui milicie Templi et omnibus fratribus qui ibi sunt, presentibus et futuris, in potestate Raymundi Caneti, procuratori Mansi Dei, et Berengarii clerici fratris et Poncii Ministralis, totum fevodum novellum, quod tenebam pro Girardo comite, scilicet mansatam Petri Gonterii et omnes res quas ei pertinent: campos, vineas,<sup>a</sup> ortos, ortalia, erema<sup>b</sup> et condirecta, in quibuscumque locis habeo et teneo, et insuper campum de *Romaguera* et domum cellarie, cum IIII bigis. Et hoc totum predictum dono et laudo et concedo vobis predictis et vestis sicut superius scriptum est et melius legi, intelligi ac dici potest a vobis vel a vestris, ad vestrum bonum et ad vestrum *profit*, totum, integre, cum introitibus suis et regressibus et terminis suis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio et absque aliquo retentu, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas imperpetuum. Et propter hoc donum predictum quod vobis predictis et vestris feci, habui et recepi manibus meis de manibus vestris D solidos malguriensium de elemosinis<sup>c</sup> domus. Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat quod requiret, set in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat omni tempore. Actum est hoc idibus<sup>d</sup> aprilis, anno incarnationis Domini M° C° LXX° IIII°, regnante Lodayco rege. Sig+num Bernardi de Crudiles, qui hanc cartam fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Raymundi Amblardi. Sig+num Petri Amblardi. Sig+num Bernardi Amblardi. Sig+num Andree. Sig+num Poncii de Guilla. (SM) Raymundus, levita, qui hoc scripsit rogatus atque jussus sub die et anno quo supra.

- a. vinas *B*.    b. erama *B*.    c. helemosinis *B*.    d. idus *B*.





## 95

1174, 11 de juny

*Guillem, cavaller, malalt, fa testament. Designa Ramon Gaucelm, Bernat Regayn i Gombau executors testamentaris. [1] Lliura el seu cos a la casa de la milícia del Temple, amb un farraginar amb la meitat de les oliveres que hi ha. Llega l'altra meitat a Santa Maria de Tatzó d'Amunt per al manteniment perpetu d'una llàntia. [2] Llega a la casa del Temple una feixa situada al lloc anomenat Pujols, que havia heretat del seu cosí Humbert de Vila-rasa. [3] Llega a més a més un camp que té en penyora per 36 morabatins que els templers tindran fins que Ponç de Tatzó els hagi pagat 18 morabatins, i després el camp revertirà a aquest últim. Llega igualment el camp del Perer que té en penyora de Bernat Regany per 200 sous, al qual fa do de 20 sous. [4] Llega la penyora que té de Berenguer de Prats que els templers tindran fins que aquest els hagi pagat 200 sous, més les vinyes de Serra que té en penyora de Vesià Tatzó per 160 sous i 5 morabatins, que els templers tindran fins que el fill de Vesià els hagi pagat 100 sous, i fa do de la diferència a aquest últim. [5] Guillem llega a la casa del Temple l'alou que té a la vila de Malloles, el qual té per ell Guillem de Llacbous, o sia dues vinyes i un hort pels quals dona la meitat del quart i de l'ager i una mesura de bajulivum, i el camp que té Pere Gausfred que dona l'ager i una mesura de bajulivum. [6] Llega igualment dues eugues i un cavall, i una vinya que està sota la Serra. [7] Llega a Guillem Bord les penyores que té de Capdebous i de Ramon Tort, més una feixa de terra que està sota Caner de Vesià, i dues feixes de vinyes. [8] Llega al fill de Berenguer de Sant Martí el camp de Falguers. [9] Llega una feixa a Berenguer de Prats. [10] Llega a Gombau de Tatzó la penyora que té per Bernat Regany, una feixa de terra a Pujols que ha heretat del seu germà i el feu que té per Ponç de Tatzó, és a dir, el mas de Tarache, les vinyes de Rotabocs i el camp del molí, llevat el que té de Gombau. [11] Llega al seu nebot el feu que té per Capdebous.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 100r-v, acta núm. 161.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 569-573.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 100-104, segons B.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest. Et ego Guilelmus, miles, jacens in magna egritudine, timeo penas inferni et cupio pervenire ad gaudia paradisi. Idcirco, in Dei nomine, facio meum testamentum et dispositionem omnium mearum rerum mobilium seu immobilium, quas modo habeo et habere debeo et eligo manumissores meos, scilicet Raymundum *Galcem* et Bernardum *Regayn* atque Gombaldum, ut isti tres habeant licenciam atque potestatem dividendi atque distribuendi omnes res meas sicuti in hoc testamento subtus scriptum invenerint.

[1] In primis dimitto<sup>a</sup> corpus meum morte ac vita domino Deo et domui milicie Templi, cum una ferragine quam habeo et cum medietate olivariis que ibi sunt, et alias medietas de olivariis dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Tatione Superiore ad illuminandam unam lampadam perenniter.<sup>b</sup>

[2] Et dimitto<sup>a</sup> predicte domui I faxiam terre de meo alodio, que est in loco qui vocatur *Pujols*, que faxia mihi advenit de meo consobrino Umberto Ville rase. Affrontat ab oriente in campo Raymundi Augeri, a meridie in campo predicte domus, ab occidente in campo Flanzine, ab aquilone in terra Petri Adalberti.

[3] Et relinquo etiam predicte domui magis unum campum, quem habeo in pignore pro XXXVI morabatinis, quod tamdiu illum habeant et possideant donec Poncius de Taciono persolvat illis XVIII morabatinos; illis persolutis, predictus campus sit predicto Poncio solutus cui illum campum dimitto.<sup>a</sup> Et dimitto<sup>a</sup> ibi magis campum de Perario, quem habeo in pignore de Bernardo *Regain* pro CC solidis, ex quo pignore diffinio ei xx solidos.

[4] Et dimitto<sup>a</sup> predicte domui illud pignus quod habeo de Berengario de *Pradz*, quod tamdiu illud habeant donec illis persolvantur CC solidos. Et relinquo magis illas vineas de Serra, quas habeo in pignore de Vidiano Tationis per CLX solidis et V morabatinis, quod tamdiu illas habeant et teneant donec filius Vidiani vel aliquis pro illo predicte domui persolvat C solidos et superfluum dimitto.<sup>a</sup>

[5] Et dimitto<sup>a</sup> predicte domui omnem meum honorem, quem habeo et habere debeo in villa Malloliarum, que est meum proprium alodium. Qui honor tenent homines quos modo nominabo: Guilelmus Lac bovis tenet II vineas, quas donant quartum; et I ortum, quem tenet pro me, quartum, et cellarium, XII denarios, quem tenet pro me; et campus, quem Petrus Miro tenet, donat medium quartum et medium agrarium et unam mensuram baju-

livo. Et campus quem tenet Petrus Gaufredus donat agrarium et I mensuram bajulivo.<sup>c</sup>

[6] Et dimitto<sup>a</sup> predicte domui II equas et unum caballum, et unam vineam de meo alodio, que est subtus Serram, affrontat ab oriente in vineis Rasede femine, a meridie in via publica, ab occidente in vinea Adaledis *Carver*, ab aquilone in vinea Poncii Johannis.

[7] Et dimitto<sup>a</sup> Guilelmo *Bort* illa pignora que habeo Capitis bovis et Raymundi Torti, et dimitto<sup>a</sup> ei I faxiam terre de meo alodio, que est subtus Caner de Vidiano, et II faxias vinee, que sunt meum alodium.

[8] Et dimitto<sup>a</sup> filio Berengarii Sancti Martini campum Falgueros.

[9] Et dimitto<sup>a</sup> Berengario de Pratis faxiam tortam.


[10] Et dimitto<sup>a</sup> Gombaldo de Tacione pignus quod habeo ex Bernardo *Regain* I faxiam terre, quam habui fratris mei, qui est *a Pujols*, et illum fevodum quem teneo pro Poncio de Tacione, id est mansum Tarache, et vineas de *Rotabocs*, et campum molendini, exceptum hoc quod teneo Gombaldum.

[11] Et dimitto<sup>a</sup> nepoti mee fevodum quem teneo pro Capite bovis.

Et est manifestum. Siquis contra hoc testamentum ad dirrumpendum venerit, agere non valeat quod requiret, set in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat<sup>d</sup> omni tempore. Actum est hoc III<sup>o</sup> idus junii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> IIII, regnante Lodoyco rege. Sig+num Guilelmi, militis, qui hoc testamentum fieri jussit, firmavit, laudavit et testes firmare rogavit. Sig+num Raffardi. Sig+num Guilelmi de Tacione, militis. Sig+num Guilelmi Bordi. Sig+num Petri Rubei. Sig+num Poncii Johannis.

(SM) Raymundus, levita, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, sub die et anno quo supra.

a. dimitto *B.*    b. peremniter *B.*    c. bajulo *B.*    d. permaneat *repetit per error B.*



1174, 13 de juny

*Ponç de Gleisa, cavaller d'Ortafà, es dona a la casa de la milícia del Temple, amb tots els seus alous que són més enllà del Diluvi fins a la vila de Bages, és a dir, tots els camps i les vinyes que té dins d'aquests límits, més una vinya al lloc anomenat Valdesa, un hort i una trilla. Dóna el mas de Ponç Guitard i d'Arnau Jordà i el mas de Pere Borrell, amb llurs dependències, usos i censos. Dóna igualment tots els camps que té des del Tec fins a Tanyà i fins a la vila de Cabanes. El dia de la seva mort els templers tindran tots els seus béns mobles. Finalment, a títol recognitiu, els donarà cada any una aimina d'ordi. Tota aquesta honor és al terme de la vila d'Ortafà, a la parròquia de Santa Eugènia.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 91v, acta núm. 145.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 551-553.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 105-108, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Poncius Ecclesie, miles Ortafani, meo pleno sensu et in mea bona memoria, sanus atque incolumis libenter dono me ipsum, morte ac vita, domui milicie Templi, donoque predicte domui omnia mea alodia que sunt ultra Danubium usque ad villam Bagis, que habeo et habere debeo atque teneo ulla voce et racione, herema et condirecta, scilicet campos, vineas ubicumque habeam infra predictos terminos, atque unam vineam meam propriam, que vinea meum proprium est alodium et est in loco qui vocatur Vallis Desa, affrontat ab oriente in campo Guilelmi Johannis, a meridie in campo Poncii Guitardi, ab occidente in campo Marie Sorone, ab aquilone in vinea Arnaldi Malloliarum. Et dono ibi magis I ortum meum, qui est meum proprium alodium, affrontat ab oriente in ortum<sup>a</sup> Falve, a meridie in via de Pino, ab occidente in orto Petri Pagesii, ab aquilone in orto castri. Et dono predicte domui unam triliam, quam tenet Arnaldus Florena pro me, affrontat ab oriente in campo Raymundi de Mari, a meridie in mea clausa, ab occidente in orto Petri Michaelis, ab aquilone in trilia Petri [Actinani]. Et dono magis mansum Poncii Guitardi et Arnaldi Jordani, cum omnibus suis pertinenciis [et cum omnibus] usaticis et cum censu suo. Et dono similiter mansum Petri Borrelli, cum omnibus suis pertinenciis et usaticis suis et cum omni suo censu. Et dono magis

predicte domui omnia mea alodia de Techo usque ad Taniam et usque ad villam Cabanis, que habeo et habere debeo ulla voce et racione, scilicet campos, herema et condirecta. Et dono ad diem obitus mei, omnis meum mobile. Et amodo pro predicta donacione unoquoque anno dabo unam eiminam ordeï per recognitionem. Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat quod requirit, set in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat omni tempore. Actum est hoc idibus junii, anno Incarnationis M° C° LXX° IIII°, regnante Lodoyco rege. Et om(n)is honor predictus est infra fines et terminos ville Ortafani, in adjacencia Sancte Eugenie. Sig+num Poncii Ecclesie, miles, qui hanc cartam fieri jussit, firmavit, laudavit et testes firmare rogavit. Sig+num Petri, clerici de Ortafano. [Sig+num ...-ii]<sup>b</sup> Palacii. Sig+num Petri Amblardi. Sig+num Petri Borrelli. Sig+num Petri [...]<sup>c</sup> (SM) Raymundus, levita, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, cum litteris<sup>d</sup> emendatis [in ... linea]<sup>e</sup> et suprascriptis in prima, sub die et anno quo supra.

a. Sic B per orto.    b. passatge il·legible B.    c. paraula il·legible B.    d. literis B.  
e. Passatge il·legible B.

## 97

1174, 21 de desembre

*Un litigi enfrontava Berenguer d'Avinyó a Pere de Vallicrosa a propòsit de dos condominis. Berenguer afirmava que aquests condominis li pertanyien pel seu avi Ponç Oliba [de Tuïr]. Pere no negava que fossin de Ponç Oliba, però deia que aquest les havia infeudades al seu pare. Havent escoltat aquests arguments, Guillem Bernat de Paracolls, Artau, ardiaca d'Elna, Ramon de Tuïr, Ramon de Montpalau, Guillem Moragues i Pere de Figueres van arbitrar que Berenguer d'Avinyó tindria el condomini de Crosa en alou, i que Pere de Vallicrosa tindria el condomini de la Llaguna en feu per Berenguer. Tot seguit, a la plaça del mercat de Tuïr, Berenguer va rebre l'homenatge de Pere, i li va infeudar el condomini de la Llaguna amb un altre feu que aquest tenia per ell. I cadascú va anar a senyalitzar el seu condomini.*

A' Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami, amplada 280 mm, alçada 85/90 mm, ADPO, 1B66.<sup>85</sup>

85. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1977».

- B* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. V, pp. 217-218, segons *A*<sup>1</sup>.
- a* DESPLANQUES, Émile, *Inventaire sommaire des Archives communales de Thuir antérieures à 1790*, Perpinyà, 1896, pp. XXVII.

Sapiant cuncti qualiter diffinitum et laudatum fuit, consilio proborum virorum, inter Berengarium de Avinione et Petrum de Valicrosa de letigio<sup>a</sup> quod inter ipsos versabatur de dua condaminis, quas Berengarius de Avinione affirmabat esse suis juris ratione parentelae, scilicet avi sui Poncii Olibe. Petrus vero non negabat fuisse Poncii Olibe, sed dicebat patrem suum eas habuisse olim a Poncio Olibe ad fevum. His hinc inde auditis, laudaverunt et pro sano consilio consuluerunt utrique parte Guilelmus Bernardi de Paracollis et Artaldus, archidiachonus Elenensis, et Raimundus de Tuire et Raimundus de Monte Palacio et Guilelmus *Moragues* et Petrus de Ficulneis, ut Berengarius de Avinione haberet condaminam de Crosa pro francho alodio ad faciendum suam voluntatem, sine impedimento Petri de Valicrosa et suorum in perpetuum; et Petrus de Valicrosa haberet illam de Lacuna ad fevum et ad suum servicium pro Berengario de Avinione. Quod uterque concedens, junctis manibus, Petri suscepit<sup>b</sup> eum Berengarius de Avinione in hominem, et dedit ei hanc condaminam de Lacuna ad fevum, in foro de *Tuir*, cum alio fevo quod tenebat pro eo.<sup>c</sup> Et sic pacificati sunt. Et uterque ipsorum signavit suam condaminam in suam, scilicet Berengarius de Avinione illam de Crosa, et Petrus de Valicrosa illam de Lacuna. Et est manifestum. Qui hanc cartam dirumpere voluerit, agere non valeat, sed in duplo componat, et hec carta firma et stabilis sit omni tempore, et non corrumpetur. Que est facta XII kalendas januarii, anno ab Incarnacione Christi M° C° LXX° III°, regnante Lodovico rege. Sig+num Berengarii de Avinione. Sig+num Petri de Valicrosa, qui hanc cartam ambo scribere jusserunt, firmaverunt et laudaverunt testibusque firmare rogaverunt. Sig+num Guilelmi Bernardi de Paracollis. Sig+num Artaldi archidiachoni Elenensis. Sig+num Raimundi de Tuire. Sig+num Raimundi de Monte Palacio. Sig+num Guilelmi *Moragues*. Sig+num Petri de Ficulneis.

Guilelmus, levita, scripsit hanc cartam, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) SUPRA.

a. Sic *A*. b. Sic *A* per suscepit. c. cum alio fevo quod tenebat pro eo *afegit a la interlínia A*.

1175 (nou estil), 24 de gener

*Arnau de Cabestany, malalt, fa testament. Designa Pere de Cornellà, Bernat Llorenç, capellà de Cabestany, i Pere Jaume de Perpinyà executors testamentaris. [1] Lliura el seu cos i la seva ànima a la milícia del Temple, a la qual llega tota l'honor que posseeix a la vila i a la parròquia de Sant Andreu de Sant Feliu d'Avall. [2] Llega a la fàbrica de l'església de Santa Maria de Cabestany totes les primícies que rep en aquesta vila sobre els cereals i sobre el vi, així com el terç del delme que rep amb les primícies, excepte el delme que comparteix amb l'església de Castell-rosselló. [3] Llega al seu fill Guillem la resta del delme de Cabestany amb la part de delme que comparteix amb l'església de Castell-rosselló, a fi que aquest i els seus hereus facin cremar una llàntia davant l'altar de Santa Maria de Cabestany, tant de dia com de nit, i si no ho fessin, tots aquests delmes revertirien a la fàbrica de Santa Maria, i l'amo de la fàbrica hauria d'utilitzar els seus ingressos per mantenir aquesta llàntia, i podria utilitzar l'excedent per a les necessitats de la fàbrica. [4] Llega al capellà de l'església de Santa Maria vuit aimines d'ordi i dos de forment a percebre sobre les primeres collites que es facin a la seva honor. [5] Demana que el seu fill Bernat esdevingui canonge de Santa Eulàlia d'Elna i li llega la meitat del camp de Puig Erbí. [6] Llega a la seva esposa Maria el camp d'Agulló i el mas de Bernat Esteve, que tindrà en viduïtat; després de la seva mort, aquests béns tornaran al seu fill Arnau, que els tindrà en feu pel seu germà Guillem i serà el seu vassall. Restitueix a la seva esposa Maria 1.000 sous melgoresos que havia rebut el dia de llur casament, quantitat que llur fill Guillem li donarà d'aquí als tres anys que seguiran la pròxima festa de Pasqua. [7] I si la seva esposa resultés que estava embarassada, i si es demostrés que aquesta criatura fos un nen, el seu fill Guillem l'hauria de fer monjo de Sant Genís de Fontanes, i si fos una nena, s'hauria de fer monja de Santa Maria de l'Eula. [8] Llega al seu fill Arnau un terreny confrontant amb el cementiri de l'església de Cabestany perquè hi construeixi un mas i un tor del seu farraginar de Trilles, amb les oliveres que hi ha. [9] Llega a la seva filla Agnès tota l'honor que té a Perpinyà i a la parròquia de Sant Joan, que té en feu pel rei d'Aragó, per al qual haurà de proporcionar els*

*aliments dels homes deguts pel dret d'alberga, llevat tanmateix del camp de Comes, que revertirà al seu germà Guillem, per al qual aquest haurà de proveir els aliments dels animals. Llega igualment a Agnès un hort, el camp de Gerra situat al terme del Vernet, que té en penyora d'Ermengol del Vernet, el camp de Trasver situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, un mas situat a la parròquia de Sant Julià de Vilanova de Raò, que ha heretat de la seva mare, i l'altra meitat del camp de Puig Erbí. Guillem haurà d'alliberar l'heretatge de la seva germana de qualsevol penyora. Arnau llega a més a més a la seva filla cinc marcs de plata que ha tingut de Guillem de Naiija, de Perpinyà, per Ramon de Castell-rosselló, així com el seu cavall i 500 sous melgoresos que el seu germà li haurà de donar. [10] Llega al seu fill Guillem tota la resta del seu patrimoni. Segueixen les clàusules de substitució entre els seus hereus. [11] Confia la custòdia dels seus fills més joves, Arnau i Bernat, a llur mare i a llur germà Guillem, que els hauran de criar i alimentar. [12] Guillem i Agnès juren sobre els Evangelis respectar les clàusules d'aquest testament.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 43v-44v, acta núm. 70.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 560-568, segons B.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 109-111, segons B.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest, et ego Arnaldus de Capite stagno, jacens in magna egritudine, timens penas inferni, cupiens pervenire ad gaudiam paradisi.<sup>a</sup> Idcirco hoc meum testamentum facio in mea plena memoria et loquela, in quo omnia mea mobilia et immobilia bene sint ordinata, ut inordinata non possint. Et eligo meos manumissores, scilicet P. de Corneliano et Bernardum Laurencii, de Capite stagno capellanum, et Petrum Jacobi de Perpiniano, ita ut isti habeant licenciam et potestatem dividendi atque distribuendi omnia mea mobilia et immobilia, sicut inferius in hoc meo testamento scriptum reperitur.

[1] Primum, relinquo animam meam et corpus domino Deo et milicie Templi, morte ac vita. Et reliquo ibi templariis omnem meum honorem, quem habeo et habere debeo ullo modo, aliqua voce et racione, in villa Sancti Felicis Subterioris et in suis terminis et in adjacentia Sancti Andree.

[2] Reliquo<sup>b</sup> opere Sancte Marie de Capite stagno omnes illas premicias, quas habeo et teneo et accipio in ipsa villa de Capite



stagno et in suis terminis, videlicet de annonam et vino, et amplius dimitto<sup>c</sup> terciam partem decime, quam habeo et teneo et accipio simul cum premiciis, extra illam decimam que dividitur inter me et ecclesiam de Castro Rossellione.

[3] Et omnem aliam decimam, quam habeo et teneo in predicta villa de Capite stagno et in suis terminis, et illam decimam que dividitur inter me et ecclesiam de Castro Rossellione relinquo filio meo Guilelmo, ita quod ipse et sui heredes faciant unam lampadam die noctuque inextinguibiliter ardere coram altare Beate Marie de Capite stagno inperpetuum. Et si ipse vel sui predictam lampadam, ut supradictum est, ardere non faciebant, relinquo ad predictam operam Beate Marie de Capite stagno omnes predictas decimas, ita quod operarius ejusdem ecclesie teneat predictas decimas et faciat<sup>d</sup> predictam lampadam ardere coram altare Beate Marie die noctuque inextinguibiliter, et quod superfuerit de predictis decimis revertatur ad operam jam dicte Beate Marie.

[4] Relinquo capellano ejusdem ecclesie Beate Marie VIII eiminas ordeï et II frumenti, sicut mos est, que habeant de primis expletis qui de meo honore exierint.

[5] Relinquo<sup>e</sup> Bernardum filium meum domino Deo et Beate Marie de Capite stagno et Sancte Eulalie<sup>f</sup> Elenensis ecclesie per clericum esse. Et rogo atque mando filium meum Guilelmum ut ille faciat canonicum Sancte Eulalie Elenensis ecclesie. Item, predicto Bernardo filio meo relinquo, jure et nomine hereditatis sue, omnem medietatem totius campi de Podio Erbini per liberum alodium, tali<sup>g</sup> pacto quod amodo aliquid petere vel adquirere non possit in omni alio meo honore neque in aliis hereditatibus meorum infantuum.

[6] Relinquo uxor Marie meum campum de Acullono, et mansum Bernardi Stephani cum omnibus suis pertinentiis, ita ut hoc habeat et teneat in sponsalicio in omni vita sua sine omni suo enganno; post mortem suam, revertatur ad Arnaldum filium meum jure hereditatis. Et predictos campus et mansus, cum suis pertinentiis, teneat Arnaldus filius meus in fevodium per fratrem suum Guilelmum et sit suus homo. Et reddo predictæ uxori mee Marie mille solidos malguriensium in denariis, quos cum illa ad diem nupcialem accepi, et istos mille solidos malguriensium habeat paccatos Guilelmus filius meus ad eam, de isto primo Pascha veniens usque ad tres annos, de expletis qui de meo honore exierint.

[7] Et si Maria uxor mea modo pregnans est, et masculus fuerit, faciat illum Guilelmus filius meus monachum Sancti Genesii; et si femina fuerit, faciat illam sanctimoniam Sancte Marie de Eula.

[8] Dimitto<sup>h</sup> amplius predicto filio meo Arnaldo unum *sol* de terra ad faciendum mansum. Et illud *sol* terre affrontat ab oriente in cimiterio<sup>i</sup> ecclesie Beate Marie de Capite stagno, a meridie in ferragine mea, ab occidente in manso Petri Pagesii, ab aquilone in via publica. Et amplius ipso Arnaldo relinquo I *tor* de mea farragine de Triliis, cum olivariis de Crispino que ibi sunt, versus mansum Poncii Dalmacii, et transeat rega ipsius *tor* farreginis unam braciata<sup>m</sup> juxta radicem illarum duarum olivarum que remanent versus partem Guilelmi, fratris suis, et transeat ipsa rega de circio ad altanum. Predictum *sol* terre ad faciendum mansum et predictum *tor* farraginis habeat predictus Arnaldus jure et nomine hereditatis sue per liberum alodium.

[9] Relinquo Agneti filie mee, jure et nomine hereditatis sue, omnem illum honorem integriter ac generaliter, sicuti illum habeo et habere debeo et teneo aliqua voce et ratione in villa Perpiniani et in suis terminis, in adjacentia Sancti Johannis, quem teneo in fevodium per dominum regem Aragonensium, extra campum de Cumbis, et ut ipsa Agnes donet cibum ad albergam, et Guilelmus frater ejus civitatem per campum de Cumbis quem ei relinquo. Et amplius jam dicte Agneti relinquo I ortum et campum de Gerra, quem habeo in pignore de Ermengaudo de Vernetto, in fines et terminos ville Verneti, in adjacentia Sancti Christofori; et amplius unum meum campum alodii, quem habeo infra fines et terminos ville de<sup>j</sup> Malleolis, in adjacentia Sancte Marie, et vocatur Campus de *Trasver*, et est subtus villam de Malleolis, juxta viam que discurrit de Capite Stagno ad Malleolas. Relinquo ad eam amplius unum mansum, qui est ad Villam Novam, quem sibi pertinet ex parte matris sue, videlicet cum hominibus et feminis et terminis suis et pertinentiis, in adjacentia Sancti Juliani de Villa nova de Radon. Et amplius ad<sup>k</sup> eam relinquo omnem medietatem totius campi de Podio *Erbín* per liberum alodium et nomine atque jure hereditatis sue, ita quod jam amplius ipsa Agnes vel sui aliquid petere neque interrogare ullo modo possit in omni alio meo honore neque in hereditatibus fratrum suorum. Et omne illud quod est in pignus de predicta hereditate Agnetis, deliberet ei Guilelmus, frater ejus. Item, amplius relinquo Agneti filie mee V marchas argenti fini, quas persolvi Cerdano *Anahuja* de Perpiniano per Guilelmum de

Castro Rossellonis. Et dono ad eam meum cavallum, et amplius D solidos malguriensium in denariis, quos Guilelmus frater ejus persolvat de rebus suis quas ei relinquo.

[10] Relinquo dilecto filio meo Guilelmo, jure et nomine hereditatis sue, omnem alium meum honorem, quem habeo et habere debeo et teneo atque possideo vel possidere videor, aliqua voce et ratione, ullomodo, ex parte patris mei et matris mee vel pro meo genere, preter illum honorem quem superius detestatus sum, scilicet homines, feminas, mansos, casas, casalia, ortos, ortalia, campos, vineas, herema et condirecta, census et usaticos, questas et accaptos et fevodo et hominiaticos et insuper omnia mihi ad jus pertinentia et competentia in omni loco, integritè ac generaliter, ut melius intelligi ac dici potest ab ipso Guilelmo vel a suis, sine omni enganno et sine ullo malo ingenio. Tali pacto quod si forte Guilelmus filius meus decederet absque infante ex legitimo conjugio, revertatur omnis ejus hereditas ad Arnaldum fratrem ejus. Similiter, si Arnaldus decederet absque infante ex legitimo conjugio, hereditas ejus revertatur ad Guilelmum fratrem ejus. Et si ambo decederent absque liberis legitimis, revertatur totum ad Agnetim sororem eorum.

[11] Relinquo filios meos, Bernardum et Arnaldum, et omnes res eorum in potestate Dei omnipotentis et Beate Marie et in bajulia et in tuitione sive in defensione<sup>1</sup> matris eorum, Marie, et Guilelmi, fratris eorum, ita ut illos gubernent et nutriant.

[12] Omnia hec predicta sunt extrema voluntas mea, quam jam amplius non mutabo per Deum et sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia. Et ego Guilelmus, filius ejus, totum ita, ut supradictum est, teneam et attendam sine enganno, per Deum et sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia. Simili modo ego Agnes, filia ejus, teneam et observabo sine enganno per Deum et sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia.

Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat quod requirat, set in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat omni tempore. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> kalendas febroarii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege. Sig+num Arnaldi de Capite stagno, qui hoc meum testamentum fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Guilelmi, Sig+num Agneti, infantium ejus, qui hoc totum firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Bernardi de Tedano. Sig+num Raymundi de Sancto Felice. Sig+num Arnaldi de *Amills*, militum. Sig+num Stephani diacho-

ni. Sig+num Poncii Dalmadi. Sig+num Petri Johannis. Sig+num Johannis Sinfredi.

Guilelmus Peregrini, levita, qui hoc scripsit (SM) rogatus atque jussus.

a. *L'escrivà ha escrit per error pervenire en lloc de paradisi* B. b. *reliquo* B.  
 c. *dimito subratllat amb punts* B. d. *facia* B. e. *relinquo repetit per error* B.  
 f. *Eulale* B. g. *talia* B. h. *dimito* B. i. *cimiterio* B. j. *et* B.  
 k. *ead* B. l. *deffensione* B.

## 99

1175, 6 de setembre

*Pere Ponç ven a Ramon de Canet, administrador de la casa del Masdeu, i a tots els altres frares del Temple, una terra situada a la vila de Bages, a la parròquia de Sant Andreu, al lloc anomenat Gorgs. Per aquesta venda, Pere Ponç ha rebut 20 sous melgoresos de Ramon de Canet.*

- A Original, pergami, amplada 230 mm, alçada 120/125 mm, ADPO, Hp186.<sup>86</sup>  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 177v-178, acta núm. 302.  
 C' Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 88-89, segons A.  
 C' Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, p. 587, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 112-114, segons B.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Poncius, per me et per omnem posteritatem meam et per omnes meos, bona fide<sup>a</sup> et spontanea voluntate, vendo et in perpetuum trado tibi Raimundo de Cannet,<sup>b</sup> dispensator domui qui<sup>c</sup> vocatur Manso Dei et omnibus aliis fratribus Templi Jherosolimitani, cum fide et sine omni vestro inganno, unam terram meum<sup>d</sup> alodii franchi, sicuti michi advenit et advenire debet aliqua voce et ratione. Est autem predicta terra in villa de Bagis, in adjacentia Sancti Andree, in loco qui vocatur *Gurgs*, affrontat autem ab oriente in *agulla*, a meridie in terra Bernardi *Remir*, ab occidente in via que discurrit ad villam de *Baniuls*, ab aquilone in terra domui milicie Templi. Quantum infra istas III<sup>or</sup> affrontaciones superius scriptas includitur, totum, cum exitibus suis et regressibus, vobis jam dictis et vestris in perpetuum<sup>e</sup> vendo,<sup>f</sup> sine omni vestro inganno et sine ullo malo ingenio absque aliquo retentu. Et si amplius valet superius, dono. Et propter

86. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3182».

hanc vendicionem habui a te predicto Raimundo de *Canet*<sup>b</sup> xx solidos monete malguriensis bonos et rectos, quos omnes recepi manibus meis a manibus tuis predicti Raimundi de *Canet*,<sup>g</sup> et de isto precio nichil in tua potestate remansit. Et<sup>h</sup> de meo jure et potestate in presenti trado in tuum jus et in tuam potestatem pro jam dicto precio in perpetuum<sup>e</sup>, ad omnes vestras voluntates faciendas. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, sed<sup>i</sup> in duplo componat, et postea firmum et stabile permaneat omni tempore. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> idus septembris, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege. Sig+num Petri Poncii, qui hanc cartam fieri jussi et testes firmare rogavi, firmavi atque laudavi. Sig+num Guilelmi, filium Stephanie Pagese. Sig+num Johanni<sup>j</sup> Ferranna. Sig+num Bernardi *Remir*. Sig+num Raimundi de *Canet*.<sup>g</sup> Sig+num Raimundi de Elna.<sup>k</sup> Sig+num Ugo. Sig+num Guilelmi Sancti Laurencii. Sig+num Poncii, procurator domui<sup>l</sup> Manso Dei.

Bertrandus, presbiter, qui hoc scripsit (SM) rogatus atque jussus.

a. fide *omès* B.    b. Raymundo de Canet B.    c. quem B.    d. meam B.    e. imperpetuum B.  
 f. vendo *omès* B.    g. Raymundi de Canet B.    h. Et si B.    i. set B.  
 j. *Sic AB per Johannis*.    k. Raymundi d'Elna B.    l. procuratoris domus B.

## 100

1176 (nou estil), 3 de març

*Pere Roig, la seva muller Maria, Bernat del Soler i la seva esposa Estefania venen als frares del Temple i posen a les mans de Ramon de Canet, administrador del Masdèu, una peça de terra situada a la parròquia de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat Vilatriac, pel preu de 10 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 162r-v, acta núm. 268.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 585-586.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 115-116, segons B.

Manifestum sit cunctis quod ego Petrus Rubeus et uxor mea Maria et ego Bernardus de Solario et uxor mea Stephania, per nos et per omni nostra posteritate, vendimus, donamus et diffinimus et imperpetuum tradimus domino Deo et omnibus fratribus Templi Salomonis Jherosolimitani, presentibus et futuris, in manu

Raymundi de Caneto, dispensatori domus Mansus Dei, cum fide et sine inganno, unam petiam terre per X solidos malguriensium, per omnes vestras voluntates faciendas omni tempore. Et de nostra potestate in vestram presentem tradimus cum ingressibus suis et egressibus et cum omnibus in se habentibus, per vestrum alodium proprium, franchum et liberum, perenniter,<sup>a</sup> ita ut amplius nichil requiramus. Est autem ipsa terra in comitatu Rossillionis, in adjacentia Sancti Andree de Bagis, in loco dicto Villa *Trag*, affrontat autem de oriente in terra Bernardi *Aguder*, de meridie in terram de predicta milicia Templi, de occidente et circio in terra Sancti Andree, quam tenet Raymundus de *Anils*. Quantum infra istas (affrontationes)<sup>b</sup> includitur, vendimus vobis sine omni retentu. Actum est hoc V<sup>o</sup> nonas martii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, regnante Lodoyco rege in Francia. Sig+num Petri Rubei, Sig+num Marie, uxoris ejus, Sig+num Bernardi de Solario, Sig+num Stephanie, uxoris sue, qui hod simul fieri jusserunt, firmaverunt et testes firmare fecerunt. Sig+num Bernardi Johannis de Bagis. Sig+num Arnaldi *Guasch*. Sig+num Petri Andree.

Nicholaus, presbiter, rogatus atque jussus, extitit scriptor rey (SM) hujus.

a. perempniter B.      b. affrontationes omès B.

## 101

1176, 10 de setembre

*Ademar de Mosset dóna a la milícia del Temple tot l'alou que ha heretat de la seva mare Guillema a la vall de Mosset i als vilars de Corts i de Pujol, de manera que, si morís sense descendència, tot aquest alou revertiria en propietat a la milícia; per contra, si tingués un hereu, aquesta donació caducaria. Ademar dóna als templers totes les pastures i la seva reserva de Coveset, així com el dret d'ús de totes les seves pastures. Posa aquesta donació a les mans de Ramon de Canet, comanador, sota l'autoritat del mestre Arnau de Torroja. Ademar conservarà l'usdefruit d'aquests béns tot al llarg de la seva vida, durant la qual la milícia del Temple tindrà 18 diners de cens anual sobre la borda que té Guillem de Guils, així com un quartal vilà sobre el blat produït a la reserva de Coveset.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 123, acta núm. 197.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 583-585.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 117-119, segons *B*.

Notum sit omnibus quod ego Ademarius de Mosseto spontanea voluntate dono et trado Deo et sancte milicie Templi *Jherusalem* et fratribus, presentibus et futuris, omnem alodium<sup>a</sup> quod habui pro matre mea Guilelma in valle Mosseti, in villari de *Corts* et in vilari de *Pujol* aut etiam in omni valle jam dicta. Set tali quoque conventu quod si ego obiero sine legitimo herede omne jam dictum alodium sit proprie jam dicte milicie ad faciendam voluntatem fratrum milicie Templi sine omni retentu, scilicet homines, feminas, census, usaticos, questas, dominatum et ademprivium et quicquid sit aut esse possit de nominato alodio matris mee Guilelme. Item, si a me legitimus eres remanserit, evacuetur hoc predictum. Et dono et trado sancte milicie Templi et fratribus, presentibus et futuris, totam pasturam et laboracionem de Choveçeto, sicut ego habeo et habere debeo, ita tamen ut mea propria laboracione sit jam dicte milicie et fratrum, et in totis pasturis meis habeant ademprivium, in ipsis de Choveçeto et in ceteris pasturis ubicumque habeam aut habere debeam. Hoc donum facio pro redempcione peccatorum meorum et parentum meorum. Et corporaliter trado hoc nominatum donum sancte milicie sub Arnaldo de *Toroja*, magistro, proprie in manu Raymundi de *Chanet*, preceptoris. Et tenebo in vita mea usu fructuum eorum assidue,<sup>b</sup> et annuatim, pro recognicione dicte tradicionis, retinent sibi dicti fratres in alodio dicto census unius borde quam tenet Guilelmus de *Hegils*, id est XVIII *diners* unoquoque anno, et in laboracione de Coveçeto unum *quartal vilan de blad* qui ibi<sup>c</sup> crescat. Quicumque hanc cartam subvertere voluerit, aut rumpere, duplo componat firmaque maneat. Facta anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>, regnante Lodovico rege, III<sup>o</sup> idus septembris. Sig+num Ademarii de Mosseto, qui hanc cartam fieri jussi et manu propria firmavi et rogavi firmari. Condamina de Coveçeto habet affrontaciones ab oriente in campo quem laborant Petrus Vincencii et Petrus de *na Sibilla*, a meridie in alio campo quem isti ipsi laborant, ab occidente in terra Bernardi *Mir*. Sig+num Guilelmi de Mosseto. Sig+num Guilelmi de Bredes. Sig+num Guilelmi de *Hegils*.

Arnaldus<sup>d</sup> scripsit hec (SM) die et anno quo supra.

a. halaudium *B*.    b. acssidue *B*.    c. sibi *B*.    d. *Sic B*.

## 102

1177, 9 d'abril

*Martí, prevere de Bages, i els seus nebots Gaufre i Guillem Forques venen a Ramon de Canet, comanador de la casa del Temple, i a tots els frares d'aquesta casa una peça de terra que tenen a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat les Conques, pel preu de 20 sous melgoresos.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 165, acta núm. 275.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, p. 602.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 121-122, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Martinus, presbiter de *Bages*, et nepoti mei Petrus *Gaufre* et Guilelmus *Forches*, nos insimul venditores sumus tibi Raymundo de Caneto, comendatori de domo milicie Templi, et omnibus fratribus, presentibus atque futuris, scilicet unam petiam de terra de nostro alodio, quam habemus in adjacentia Sancte Eugenie de *Ortafa*, in loco qui vocatur *a les Conches*, et affrontat de oriente in terra de Blancheto, de meridie in terra Bernardi de *Crusiles*, de occidente in terra Sancte Eulalie, de circio in terra predictae milicie. Sicut iste affrontationes includunt, sic vendimus vobis predictis, sine inganno et sine omni malo ingenio, quantum ibi habemus vel habere debemus, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus pertinenciis, per xx solidos malguriensium, ad faciendum omnes vestras voluntates inperpetuum. Et inde firmiter maneat. Nullus dirumpere valeat. Facta carta ista V° idus aprilis, anno Domini M° C° LXX° VII°, regnante Lodovico rege. Sig+num Martini presbiteri predicti et nepotum suorum, qui hoc laudaverunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Johannis de *na Ferrana*. Sig+num Deus *lo sal Marrot*. Sig+num Petri Baulcani.

Arnaldus, levita, scripsit, jussus atque rogatus, die et anno (SM) quo supra.

## 103

1177, 18 d'agost

*Bernat de Biure i el seu fill Ramon donen al Temple tota la dècima que tenen a l'honor que Ramon de Guàrdia i el seu germà Ponç han donat al Temple a la parròquia de Sant Esteve de*



*Vallespirans, al lloc anomenat Masdéu, així com la dècima que tenen a les tinences que Ot i el prevere Arnau tenen pel Temple, i al camp de Jonqueres que té Guillem de Bozcags.*

- A Original, pergami deteriorat, amplada. 410 mm, alçada. 50/60 mm, ADPO, Hp190.<sup>87</sup>
- B Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 89-90, segons A.
- C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 123-124, segons A.

In Dei eterni nomine. Ego Bernardus de *Benviure* et filius meus Raimundus donamus domino Deo et Jherosolimitane milicie, pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum, omnem decimum quem habemus et tenemus in ipso honore quem Raimundus de *Guardia* et Poncius donaverunt prescripte milicie, et est predictus honor in parroechia<sup>a</sup> Sancti Stephani de Valle Spirate, in loco qui dicitur *Mas Deu*, et in omnibus<sup>b</sup> tenedonibus Othonis et Arnalli sacerdotis, quas tenent propter miliciam, et de campo de *Joncheres*, quem tenet Wilelmus de *Bozcags*, ea vero condicione quod nos nec successores nostri nec aliqua persona pro nobis ibi non requiramus nec requirere faciamus, sed solide et libere donamus domino Deo et prescripte milicie in perpetuum sine ullo retentu. Siquis hanc kartam<sup>a</sup> infringere voluerit, in quatruplo componat. Que est acta XV kalendas septembris, anno XL<sup>o</sup> regni regis Ledovici junioris. Sig+num Bernardi de *Benviure*, Sig+num Raimundi filii ejus, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Raimundi de *Guardia*. Sig+num Poncii, fratris ejus. Sig+num Othonis. Sig+num Bernardi de [Cuilada]. Sig+num Arnalli sacerdotis. Sig+num Petri de *Carneret*. Sig+num Berengarii de *Maçanos*.

GUILELMUS (SSS) qui hoc scripsit, cum litteris super scriptis in II<sup>a</sup> linea, sub die et anno quo (SM) supra.

- a. Sic A. b. omnibus *afegit a la interlínia A.*

1179, 2 de novembre

*Bernat Godall, la seva mare Ermessenda i la seva germana Beatriu venen a Ramon Martí i a la seva esposa Ermessenda una terra*

87. El document porta al dors un regist en llatí: «Instrumentum donationis Bernardi de Beviure et filii ejus de quada (*sic*) honore qua tenebat in honore R<sup>i</sup> de Gardia al Masdeu», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 1253».

*que tenen al vescomtat de Vallespir, a la vila de Cubrí d'Avall, al lloc anomenat Solivel, pel preu de 7 sous barcelonesos.*

A Original, pergami, amplada 280 mm, alçada 80/85 mm, ADPO, 1B66.<sup>88</sup>

In Dei nomine. Ego Bernardus *Gudal*, cum consilio ac voluntate matris mei Ermecendis et sororis mei *Beatriz*, vendimus tibi Raimundo *Martin*, et tue uxori Ermecendis omnique tue posteritat,<sup>a</sup> et cui dare vel dimitere volueritis, unam terram, quod<sup>b</sup> habemus in episcopatu Elne, et est in vice comitatu Valle Asperi, infra fines et terminos de villa de *Cerubi d'Aval*, in locum qui vocatur a *Solivel*. Afronta<sup>c</sup> jam dicta terra de una parte in terra Petri *Patau*, de alia in terra Raimundi Berengarii, de III<sup>a</sup> in terra Bernardi Udalgarii, IIII<sup>a</sup> in terra Poncii Peteri. Quantum jam dicte afrontaciones includunt vobis vendimus, cum exitibus et regresibus,<sup>d</sup> et cum omnibus in se habentibus, per alodium liberum, sine contradicte alicujus persone et sine aliquo retentu, per omnem tempus, sicut melius a vobis vel a vestris amicis intelligi potest, propter VII<sup>m</sup> solidos barquinonensis monte<sup>e</sup> bone, ut habeatis et possideatis jam dictam terram vos et posteritas vestra per omnem tempus, et tradimus de nostra potestate, et in vestra mitimus, ut faciatis omnes vestras voluntates. Et est manifestum. Siquis contra hanc cartam vendicionis ad irupendum<sup>f</sup> venerit, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum IIII<sup>o</sup> nonas novembris, anno dominicis<sup>g</sup> Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Leodovico rege. Sig+num Bernardi *Gudal*, Sig+num Ermecendis, matris ejus, Sig+num *Beatriz*, sororis ejus, qui omnes hanc cartam scribere juserunt<sup>h</sup> et testes firmari rogaverunt. Sig+num Raimundi *Faber*. Sig+num Guilelmi Ferioli. Sig+num Jacobi de Cerubio.

Guilelmus Bernardi, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, die et anno quod (SM) supra.

a. Sic A per posteritati. b. Sic A per quam. c. Sic A per affrontat. d. Sic A per regressibus. e. Sic A per barchinonensis monete. f. Sic A per inrupendum. g. Sic A per dominice. h. Sic A per jusserunt.

## 105

1180 (nou estil), 2 de gener

*Bruguera, amb l'acord del seu marit Arnau Daoix i els seus fills Bernat de Sant Martí i Berenguer i la seva filla Bruguera, ven a*

88. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 353».

*Ramon de Canet, comanador del Masdéu, i a tots els frares de la milícia del Temple l'honor que tenen a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà i dues peces de terra situades a la parròquia de Sant Andreu de Bages, amb els delmes i les primícies que s'hi recapten, pel preu de 200 sous barcelonesos. Gausbert de Castellnou acorda que ell i els seus garantiran als templers la possessió i el gaudiment d'aquesta honor i que els defensaran contra tothom.*


- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 93r-v, acta núm. 148.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 617-618.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 125-129, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bruguera femina, voluntate et laudamento mariti mei, Arnaldi *Daoix*, et filii mei, Bernardus Sancti Martini et Berengarius, et filia mea, Bruguera, nos insimul, per nos et per omnes nostros parentes, vendimus et diffinimus et donamus domino Deo et domui milicie Templi Salamonis de Jherusalem et tibi Raymundo de Caneto, preceptori Mansi Dei, et omnibus fratribus predictae milicie, presentibus et futuris, et omnibus successoribus, et cui dare vel dimittere<sup>a</sup> volueritis nunc et imperpetuum, per liberum alodium, scilicet illum nostrum honorem, quem habemus in comitatu Rossilionis, in adjacentia Sancte Eugenie de Ortaphano, in loco qui vocatur *Espit*. Primum, unum campum *vinal*, qui affrontat de oriente et de aquilone in condamina de Huga femina, de meridie in vinea milicie, de circio in terra Garsendis de Brulano. Et alium campum, qui est in loco qui vocatur ad Parrum de Mala Morte, et affrontat de omnibus partibus in honore predictae milicie. Et una feixa de terra, que est juxta campum predictum, et affrontat de oriente in una faxa milicie, de meridie in predicto campo, de circio in marge grosso, de aquilone in terra Mathei. Et alia faxia, que est in loco qui vocatur *Como Fenolera*, et affrontat de oriente in campo Arnaldi *Sener*, de meridie in faixa Raymundi de *Anils*, de circio in *Coma Fonolera*, de aquilone in faxia milicie. Et alie due pecie terre, que sunt in adjacencia Sancti Andree de *Bages*. Quarum una est in loco qui vocatur ad *Reinard*, et affrontat de oriente in terra Justi, de meridie in terra Mathei, de circio in terra de *Folcher*, de aquilone in terra Petri Bastoni de *Ortafa*. Et alia feixa est in loco qui vocatur ad Gorges, et affrontat de oriente in terra Mathei, de meridie in terra de Marieta, de aquilone in terra

Bernardi Johannis, de circio in femada Petri Andree. Sicut omnes predicte iste affrontaciones includunt, sic nos predicti venditores vendimus Deo, et predicte domui, et predictis fratribus, totum predictum honorem, sine enganno et sine omni malo ingenio, sicut nos melius habemus vel habere debemus, et sicut nobis pertinet quacumque voce parentorum nostrorum, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, et cum omnibus affrontacionibus, per liberum alodium, nunc et imperpetuum, et cum omnibus decimis suis et primiciis que de isto toto predicto honore debent exire, ad vestram vestrorumque utilitatem,<sup>b</sup> per CC solidos barchinonensium bonos et directos, quos de elemosinis predictae domus a vobis accepimus. Et de nostro jure in potestatem vestram mittimus<sup>c</sup> ad faciendum omnes vestras voluntates, sicut melius potest dici vel intelligi a vobis vel a vestris amicis in hac carta per istos predictos CC solidos barchinonensium. Et ego Gasbertus Castri Novi, per me et per omnes meos convenio, et predictae domui milicie, quod totum predictum honorem semper faciamus bonum tenere et expletare in pace fratribus milicie et deffendemus contra omnem personam. Et est manifestum. Siquis dirumpere voluerit, facere non valeat, set in duplo componat, et inde firmiter maneat. Factum est hoc III<sup>o</sup> nonas januarii, anno Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Lodovico rege in Francia. Sig+num de Bruguera femina et mariti sui, Arnaldi *Daoix*, et suorum infancium, Bernardi Sancti Martini et Berengarii, et filie sue Brugueri, qui hoc laudaverunt, firma-verunt et testes firmare jusserunt. Sig+num Gausberti Castri Novi, qui hoc laudat et firmat. Sig+num Berengarii de Bages, militis. Sig+num Bernardi Johannis. Sig+num *Deuslosal Marrot*. Sig+num Raymundi de *Anils*. Sig+num Petri Gaufredi. Sig+num Johannis Ferrana. Actum est hoc in presencia fratris Raymundi de Elna, et fratris Berengarii, capellani, et fratris *Duran*, et aliorum fratrum milicie.

Arnaldus, diaconus, scripsit,<sup>d</sup> jussus atque rogatus, die et anno quo supra (SM).

- a. dimitere B.    b. hutilitatem B.    c. mitimus B.    d. descripsit B.



## 106

1180, 5 de setembre

*Bernat d'en Guillem Ramon de Sant Feliu, la seva muller Ermen-garda i llur fill Pere Andreu donen a la milícia del Temple i a Santa Maria del Masdéu tota l'honor que tenien per la milícia a la parròquia de Sant Andreu de Sant Feliu d'Avall, al lloc anomenat Fontanilles, és a dir, un camp, una vinya i un hort amb les seves oliveres. Bernat Guillem dona a més a més tres peces de terra que té amb els seus nebots als llocs anomenats Portell Llubí, Rosela Ficta i Pou de Rella. En compensació, Ramon de Canet, comanador del Masdéu, i fra Ramon d'Elna, amb el consentiment de tots els frares del Masdéu, els donen dues peces de terra i un hort amb quatre oliveres situats a la parròquia de Sant Martí de Pollestres. Una peça de terra és al lloc anomenat Creu, i dona la quarta part dels fruits, excepte els lleguminosos, o sia, les faves i els llegums de gra rodó, que donen l'agrer i una mesura de dret d'ús. L'altra peça de terra se situa al lloc anomenat Sobre la Riba, prop del Reard, i dona la tasca i dues mesures d'ús. L'hort se situa a la riba del Reard, i dona la tasca i una mesura d'ús, més una mesura de braçatge pel lli i el quart de les olives.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 96r-v, acta núm. 154.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 610-613.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 130-135, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus Guilelmi Raymundi de Sancto Felice, et uxor mea Ermenjardis, et filius meus, Petrus *Andreu*, nos insimul, per nos et per omnes nostros, bono animo et congrua voluntate, donamus et diffinimus Deo et milicie Templi et Sancte Marie Mansi Dei et omnibus fratribus, presentibus et futuris, totum illum honorem quem tenebamus pro predicta milicia ad Sanctum Felicem Subteriorem, scilicet unum campum et unam vineam et unum ortum cum olivariis qui ibi sunt. Et in isto campo predicto et in orto cum olivariis<sup>a</sup> habet predicta milicia medietatem, et in vinea predicta quartum. Et ego Bernardus predictus et mei laborabamus istum predictum honorem ad *miges* pro milicia, et habebamus medietatem de campo predicto et de orto et de olivariis pro laboracione, et tres partes vinee similiter habebamus. Et ego Bernardus predictus et mei

predicti, nos insimul donamus et diffinimus, sicut scriptum est, Deo et milicie Templi omnem nostrum directum totius predicti honoris ante nominatum, sicut melius habemus vel habere debemus aliqua voce. Et iste honor predictus est in comitatu Rossillionis, in adjacencia Sancti Andree de Sancto Felice Subteriori, in loco qui vocatur ad Fontaniles, et affrontat de oriente in alodio Galberti *Gosz*, de meridie in fexia illius vinee quam Gasbertus *Gosz* tenet pro milicia, de occidente et de aquilone in vinea et in terra Guilelmi *Costal*. Dono amplius predictae milicie, scilicet III pecias de terra, quas habeo cum nepotibus meis, in quibus habeo medietatem et predicta milicia habet tascham, que sunt in loco qui vocatur a Portellum Lobinum. Quarum una affrontat de meridie et de occidente, in camino qui discurrit de Perpignano ad Villam francha. Et alia faxia est in loco qui vocatur ad Roselam siccam, affrontat de aquilone, in terra Guilelmi *Tremir*. Et tertia faxia est in loco qui vocatur super Puteum de Relano, affrontat de circio in terra Raymundi *Joli*, quam tenet pro milicia. Sicut iste predictae affrontaciones includunt, sic nos predicti donamus et diffinimus predictae milicie, sicut superius scriptum est, sine inganno et sine omni malo ingenio et sine omni retentu, ad omnes vestras voluntates faciendas, nunc et imperpetuum, sicut est vestrum liberum alodium. Et ego Raymundus de Caneto, Mansi Dei preceptor, et frater Raymundus de Elna, consilio et voluntate omnium fratrum nostrorum Mansi Dei, nos insimul, per nos et omnes nostros successores, per donacionem hanc, quam vos predicti nobis fecistis, donamus et laudamus tibi, Bernardo Guilelmi Raymundi predicto uxori que tue Emenjardis et infantibus tuis et omni tue consanguinitati, scilicet II petias de terra et I ortum cum III<sup>or</sup> olivariis qui ibi sunt. Et iste predictae terre et ortus predictus sunt in comitatu Rossillionis, in adjacencia Sancti Martini de *Polestres*. Quarum una est in loco qui vocatur ad Crucem, affrontat de oriente et de aquilone, in terra Raymundi de Albera, de meridie in alodio Guilelmi Borrelli, de occidente in alodio Mironis de Illa et Hospitalis. Et donat quartum de omni annona, exceptis leguminibus,<sup>b</sup> scilicet de fabas et de peses, quorum dat tascham et unam mensuram<sup>c</sup> de usatico. Alia terra est in loco qui vocatur Super ripas, et donat tascham et II mensuras, affrontat de oriente in garriga de Villa nova, de meridie in terra Bernardi *Bonessies*, de occidente et de aquilone in flumine Riardi. Et predictus ortus affrontat de oriente et meridie in flumine Riardi, de occidente et de aquilone, in orto quem tenet Petrus *Borrel* pro milicia. Et predictus ortus dat tascham et unam

mensuram de usatico,<sup>d</sup> et de lino unam mensuram<sup>e</sup> de brassatico, et de olivariis quartum. Sicut omnes iste predictae affrontaciones includunt, sic donamus vobis predictis, et vestris, sine inganno et sine omni malo ingenio, ad omnes vestras voluntates faciendas, et cui dare vel dimittere<sup>f</sup> volueritis, exceptis clericis et militibus et eorum uxoribus, salvo nostro jure quod superius nominatur annuatim. Et est manifestum. Siquis dirumpere<sup>g</sup> voluerit, facere non valeat, set in duplo componat, et inde firmiter maneat. Factum est hoc nonis septembris, anni Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup>, regnante Lodovico rege in Francia. Sig+num Raymundi de Caneto, Mansi Dei preceptoris, et fratris Raymundi de Elna et aliorum fratrum Mansi Dei, qui hoc laudaverunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Bernardi predicti Guilelmi Raymundi et uxoris sue, Ermenjardis, et filii sui, Petri *Andreu*, qui hoc laudaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Petri *Giffre*. Sig+num Stephani Fabri. Sig+num Stephani de *sa Clapera*.

Arnaldus, diaconus,<sup>h</sup> scripsit jussus atque rogatus die et anno (SM) quo supra, cum literis rasis et emendatis in VIII<sup>a</sup> et XI<sup>a</sup> et XII<sup>a</sup> linea.

a. olvariis B. b. luguminibus B. c. tascha et una mensura B. d. una mensura de husatico B. e. *L'escrivà ha escrit per error tascham en lloc de mensuram B.* f. dimitere B. g. udisrumpere B. h. diachonus B.

## 107

1181 (nou estil), 16 de gener

*Maria, la seva filla Sibil·la i el seu gendre Pere Roig donen a la casa del Temple, en poder del mestre Ramon de Canet, mestre també de la casa de Sant Esteve,<sup>89</sup> i dels frares Ramon d'Elna i Andreu, un mas adjacent al de la casa del Temple que tenen*

89. Es tracta de Sant Esteve del Larzac, església avui situada dins del municipi de Santa Eulàlia de Cernon al departament de l'Aveyron, que el rei de Catalunya-Aragó Alfons I havia donat als templers el 1174. Ramon de Canet apareix efectivament com a comanador de Santa Eulàlia del Larzac el 1181, vegeu E.-G. LÉONARD, *Gallicarum militiae Templi domorum*. Cal doncs deduir d'aquesta acta que el gener de 1181 fra Ramon de Canet, per bé que ja nomenat al capdavant d'aquesta comanda, continuava encara administrant els assumptes del Masdèu. Hom constata que el seu successor al capdavant de la comanda rossellonesa, Ramon d'Elna, només agafa tanmateix el títol de comanador el gener de 1182. La casa de Sant Esteve apareix igualment mencionada en una acta de l'any 1184 (vegeu més endavant l'acta núm. 123).

*a la vila de Perpinyà, a la parròquia de Sant Joan. Per aquesta donació, han rebut una almoïna de 244 sous melgoresos.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 292r-v, acta núm. 519.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 614-615.  
*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 13-15, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Maria femina et filia mea Sibilis ac gener meus Petrus Rubei, nos omnes simul per nos et per omnes nostros donamus domui sancti Templi, in potestate Raymundi de Caneto, magistri, et Raymundi de Elna, fratris, et Andree, fratris, et aliorum fratrum ejusdem domus, unum nostrum mansum imperpetuum, quem habemus et pro aliqua voce et ratione habere debemus intus in villa<sup>a</sup> Perpiniani, in adjacentia Sancti Johannis, sicut nos eum habemus et habere debemus. Affrontat autem predictum mansum ab oriente in manso ejusdem domus milicie, a meridie in manso Raymundi Artaldi qui fuit condam, ab occidente in via publica, ab aquilone in manso qui fuit Ferrandi. Quantum infra istas IIII<sup>or</sup> affrontationes jam dictas includitur, ita ego Maria predicta et filia mea Sibilis et gener meus Petrus Rubei, nos simul cum spontanea voluntate nostra donamus totum predictum mansum domui Sancti Stephani omni tempore, in potestate Raymundi de Caneto, magistri, et Raymundi de Elna et Andrea atque aliorum fratrum, integritate ac generaliter, cum ingressibus et regressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, et sine omni contradictio et sine retentu ullius persone, ut melius potest legi et intelligi ad utilitatem domus milicie et habitantium ejusdem loci imperpetuum. Et propter hanc donationem jam dictam, ego Maria predicta et filia mea Sibilis et gener meus Petrus Rubei, nos omnes accipimus de Raymundo de Caneto, magistro domus Sancti Stephani, et de aliis fratribus CCXLIII solidos malguriensium de karitate,<sup>b</sup> ex quibus totis tenemus nos bene per pagatis.<sup>c</sup> Et hoc donum predictum verum est et firmum omni tempore. Et est manifestum. Actum est hoc XVII<sup>o</sup> kalendas februarii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup>, regnante Philipo rege. Sig+num Marie femine. Sig+num Sibillie, filie sue. Sig+num Petri Rubei, generi ejus, qui hanc cartam fieri jusserunt, laudaverunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Guilelmi de Malleolis. Sig+num Johannis Gras. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Guilelmi Romeu. Sig+num Petri Johannis.



Bernardus Berengarii, levita, rogatus atque jussus hanc cartam scripsit die et anno (SM) quo supra.

a. Sic B.    b. karitate B.    c. pagatis B.

## 108

1181 (nou estil), 26 de gener

*Ramon Sagristà, amb el consentiment de la seva esposa Esclarmunda i del seu fill Berenguer, dóna a la casa de la milícia del Temple, perquè el tingui després de la seva mort, tot el seu camp de Scerber, l'hort que el difunt Arnau de Pesillà tenia per ell, amb totes les oliveres que hi ha, i el mas de Malloles Cogombre, amb totes les seves tinences a la vila de Malloles, que dóna 4 sous de cens anual el dia de Nadal. Tota aquesta honor se situa a la parròquia de Santa Maria de Malloles. I d'aquí a llavors, la milícia tindrà aquest do en forma de la tinença i percebrà cada any, a títol recognitiu, una aimina d'ordi sobre el camp i una somada d'oli sobre l'hort. Aquesta venda ha estat feta en presència dels frares Ramon d'Elna i Ramon de Bages i dels altres frares del Masdèu.*

- A Original, pergamí, amplada 270/280 mm, altura 100/110 mm, ADPO, Hp186.<sup>90</sup>
- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 217v-218, acta núm. 379, segons A.
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 615-616.
- D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 16-18, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Ramundus<sup>a</sup> Sacristanus, laudamento et voluntate et consensu huxoris<sup>b</sup> mee Esclarmunde<sup>c</sup> et filii mei Berengarii, bono animo et congrua voluntate et meo integro sensu, remissione peccatorum meorum et parentum meorum, dono et dimitto<sup>d</sup> et laudo domino Deo et domui milicie Templi et omnibus fratribus presentibus et futuris, ad obitum meum, per me et per omnes meos, scilicet totum meum

90. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari a final del segle XIII; un regest del segle XV en català: «Sacrista d'en Ramon de Malloles hom done al Temple tot lo seu camp de Scerber e tot lo seu ort e lo mas de Malloles Cogombre e IIII d. de cens», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2124».

campum de *Scerber*, et totum meum ortum<sup>e</sup> quem Arnaldus Pesilani qui fuit quondam tenebat pro me, cum omnibus olivaribus<sup>f</sup> qui ibi sunt, et totum mansum Mallolis<sup>g</sup> *Cogumbre*, cum omnibus tenedonibus in villa de *Malloles*, et donat IIII<sup>h</sup> solidos de sensu annuatim Natali<sup>i</sup> Domini curribilis monete. Et omnis iste predictus honor est in comitatu Rosselionis,<sup>j</sup> infra fines et terminos Sancte Marie de Mallolis.<sup>g</sup> Predictus campus vocatur Campus de *Scerber* et afrontat<sup>k</sup> de omnibus partibus in vineis. Et predictus ortus afrontat<sup>k</sup> de oriente in orto Guilelmi Salomonis, de meridie in *reg* meorum molandinorum,<sup>l</sup> de occidente in orto Berengarii Fabri, de aquilone in *reg* de molandinis<sup>m</sup> novis. Sicut omnis iste predictae afrontationes<sup>n</sup> includunt totum istum predictum honorem, sic ego Ramundus<sup>a</sup> Sacristanus predictus dono et laudo predictae milicie, et mansum predictum, cum omnibus tenedonibus, sicut prenominatum est, ad obitum meum, cum ingressibus et egressibus suis et omnibus pertinentiis et omnibus in se habentibus, ad omnes voluntates vestras faciendas in perpetuum,<sup>o</sup> per liberum alodium, sine vinculo totius<sup>p</sup> persone. Et habeat predicta milicia exinde per tenedonem modo, et per recognitionem predicti doni unam eiminam ordei in campo predicto annuatim et in predicto orto I<sup>am</sup> saumadam de oleribus. Et est manifestum. Siquis dirrumpere voluerit, facere non valeat, set in duplo componat, et inde firmiter maneat. Factum est hoc VII<sup>o</sup> kalendas februarii anni<sup>q</sup> Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup>, regnante Filippo<sup>r</sup> rege in Francia. Sig+num Ramundi<sup>s</sup> Sacristani atque uxoris<sup>b</sup> sue Esclarmunde,<sup>c</sup> et filii sui Berengarii, qui hanc cartam hujus doni laudaverunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Guilelmi de Mallolis.<sup>g</sup> Sig+num Pontii<sup>t</sup> Bernardi. Sig+num Guilelmi *Sabte*. Factum est hoc in presentia Ramundi<sup>u</sup> de Elna et fratris Ramundi Bages<sup>v</sup> et aliorum fratrum Mansi Dei.

Arnaldus, levita, scripsit, jussus atque rogatus, (SM) die et anno quo supra.

a. Raymundus *B.*    b. uxoris *B.*    c. Esclarmonde *B.*    d. dimito *B.*    e. de *Scerber* et totum meum ortum *omès B.*    f. olivariis *B.*    g. Malleolis *B.*    h. IIII<sup>or</sup> *B.*  
i. natili *B.*    j. Rossillionis *B.*    k. affrontat *B.*    l. molandinorum *B.*    m. molendinis *B.*  
n. affrontationes *B.*    o. imperpetuum *B.*    p. tocius *B.*    q. anno *B.*  
r. Filipo *B.*    s. Raymundi *B.*    t. Poncii *B.*    u. fratris Raymundi *B.*    v. Raymundi de Bages *B.*



## 109

1181, 23 d'octubre

*Bernat de Vilamulaca, amb el consentiment del seu germà Guillem i de la seva germana Alda, ven a la casa de la milícia del Temple la meitat de tot el camp de Puig Tallat, que té amb Guerau d'Avalrí a la parròquia de Sant Andreu de Bages, pel preu de 50 sous melgoresos. Aquesta venda ha estat feta en presència dels frares Ramon d'Elna, Berenguer, capellà, Duran i dels altres frares del Masdèu.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 161r-v, acta núm. 265.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 633-634, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 136-138, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Villa mulacha, laudamento et consensu fratris mei Guilelmi et sororis mee Aude, vendo domino Deo et domui milicie Templi et omnibus fratribus, presentibus et futuris, ad omnes voluntates vestras faciendas, et cui dare vel dimittere<sup>a</sup> volueritis, scilicet medietatem tocius campi de Podio Talato, quem habeo cum Gueraldo de Avalrino, in adjacentia Sancti Andree de Bagis, in loco predicto de Podio Talato. Affrontat de oriente in condamina Sancte Eulalie Elenensis, de meridie in terra Petri *Simon* de Podio Talato, de circio in via que discurrit de *Bages* apud *Candel*, de aquilone in via que discurrit de *Bages* apud Mansum Dei et in campo Raymundi Dalia. Sicut iste affrontationes includunt, sic ego Bernardus predictus vendo predictae milicie ad medietatem tocius predicti campi ab integro, sicut superius scriptum est, cum ingressibus et egressibus suis et omnibus pertinentiis et hominibus in se habentibus, sine inganno et sine omni malo ingenio, ad vestram vestrorumque utilitatem, sicut melius potest dici vel intelligi a vobis vel a vestris amicis, per liberum alodium, nunc et imperpetuum, per L solidos malguriensium. Et de nostro jure et potestate in vestrum mittimus<sup>b</sup> per predictos L solidos malguriensium, quos manibus meis de vestris accepi omnes bene numeratos, unde me per paccatum bene teneo. Et est manifestum. Siquis dirumpere voluerit, facere non valeat, set in duplo componat et inde firmiter maneat. Factum est hoc X<sup>o</sup> kalendas novembris, anno incarnationis Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> primo, regnante Philipo rege in Francia.<sup>c</sup> Sig+num Bernardi de Villa mulacha et fratris sui Guilelmi et sororis sue Aude, qui hoc

laudaverunt, firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Sig+num Poncii de Segano. Sig+num Raymundi *Dalia*. Sig+num Raymundi de *Anils*. Factum est hoc in presencia fratris Raymundi de Elna et fratris Berengarii, capellani, et fratris *Duran* et aliorum fratrum Mansi Dei. Arnaldus, Mansi Dei diaconus,<sup>d</sup> scripsit, jussus atque rogatus, (SM) die et anno quo supra.

a. dimitere *B*.    b. mitimus *B*.    c. Franchia *B*.    d. diachonus *B*.

## 110

1181, 13 de desembre

*Alasen de Bages, el seu marit Pere Belians i el seu fill Arnau venen a la milícia del Temple una vinya que tenen per ella a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Coma de Darnac, pel preu de 60 sous melgoresos. Aquesta venda ha estat feta en presència dels frares Ramon d'Elna, Duran, Pere Porcell i dels altres frares del Masdéu.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 179v, acta núm. 306.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. A, p. 186, segons *B*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 139-141, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Illasedis de *Bages*, uxor Petri *Beliars*, consilio et consensu filii mei Arnaldi et mariti mei Petri *Beliars*, nos omnes insimul, per nos et per omnes nostros vendimus domino Deo et milicie Templi et omnibus fratribus, presentibus et futuris, ad omnes voluntates suas faciendas, et cui dare vel dimittere<sup>a</sup> volueritis nunc et imperpetuum, scilicet unam nostram vineam cum terra in qua est plantata, quam tenemus pro predicta milicia et est in comitatu Rossilionis, in adjacentia Sancte Eugenie de Ortafano, in loco qui vocatur ad *Comes de Arns*, affrontat de oriente et de aquilone in vinea milicie Templi, de meridie in vinea Guilelmi Raymundi et Raymundi de Puteo, de occidente in vineis milicie et Garsendis de Brulano. Sicut iste affrontationes includunt, sic nos predicti vendimus predictae milicie totam predictam vineam cum omni nostro directo quod ibi habemus et habere debemus, integre, cum ingressibus et egressibus suis et omnibus pertinentiis, sine inganno et sine omni malo ingenio, sicut melius potest dici vel intelligi vobis et vestris in hac carta ad vestram vestrorumque utilitatem, nunc et imperpetuum, per LX solidos malguriensium.

Et de nostro jure et potestate in vestrum mittimus<sup>b</sup> per predictos LX solidos malguriensium, quos manibus nostris de vestris accepimus, unde nos bene paccati tenemus. Et est manifestum. Siquis dirumpere voluerit, facere non valeat, set in duplo componat et inde firmiter maneat. Factum est hoc idibus<sup>c</sup> decembris, anno incarnationis Christi M° C° LXXX° I°, regnante Filipo rege in Francia. Sig+num Alasedis de *Bages* et filii sui Arnaldi et mariti sui Petri *Beliars*, qui hoc laudaverunt, firmaverunt et testes firmare rogaveunt. Sig+num Petri Sebriani. Sig+num Poncii de Segano. Sig+num Raymundi Dalia. Sig+num Vilani. Sig+num *Deuslosal Marrot*. Factum est hoc in presentia fratris R(aymund)i de Elna et fratris *Duran* et fratris Petri Porceli et aliorum fratrum Mansi Dei. Arnaldus, diaconus,<sup>d</sup> scripsit, jussus et rogatus, cum litteris<sup>e</sup> rasis et emendatis in III<sup>a</sup> linea (SM) die et anno quo supra.

a. dimitere *B*.    b. mitimus *B*.    c. idus *B*.    d. diachonus *B*.    e. literis *B*.

## 111

1182 (nou estil), 16 de febrer

*Berenguer de Bages i la seva esposa Saurimunda venen a Ramon d'Elna, comanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa tota llur part de l'estany de Bajoles, situat a la parròquia de Sant Andreu de Bages, així com un camp situat al costat d'aquest estany, pel preu de 800 sous melgoresos. Fra Ramon d'Elna fa aquesta adquisició amb l'acord de Berenguer d'Avinyó, mestre de l'orde a Provença i a Hispània, i de Ramon de Canet.*

A<sup>1</sup> Original, desaparegut.

A<sup>2</sup> Original, pergami, amplada 305 mm, alçada 135/140 mm, ADPO, Hp186.<sup>91</sup>

B<sup>1</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, f. 138r-v, acta núm. 223, segons A<sup>1</sup>.

B<sup>2</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 109v-110, acta núm. 174, segons A<sup>2</sup>.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 635-636, segons B<sup>1</sup> i B<sup>2</sup>.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 142-145, segons B.<sup>2</sup>

91. El document porta al dors una anotació del final del segle XII o del començament del segle XIII: «Stagnum de Bagis quod vocatur Bajolis»; la menció «est factum», que n'indica la transcripció en el cartulari al final del segle XIII; una anotació del segle XIII: «Carta de stagno de Bajolis»; mencions modernes en català, i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3188».

La lliçó de *B'* difereix sensiblement de les de *A*<sup>2</sup> i de *B*<sup>2</sup>. Diversos errors en les fórmules protocol·làries i la presència de clàusules intercalades a l'escatocol suggereixen esmenes que s'han produït durant una primera redacció de l'acta. Aquestes diferències indiquen que *B'* procedeix molt probablement d'un document original *A'* avui desaparegut la versió primitiva del qual ha estat sensiblement retocada i esmenada durant la redacció de *A*<sup>2</sup>. He pres l'opció d'editar aquí aquests dos textos, l'un darrere l'altre.

Text establert segons *A*<sup>2</sup>.

Manifestum sit cunctis quod ego Berengarius de Bagis et uxor mea Saurimunda, nos ambo per nos et per omnes nostros et per omnem posteritatem nostram vendimus Deo et milicie Templi et tibi Raimundo de Elna, comendatori Mansi Dei, et ceteris fratribus ejusdem domus, quam presentibus tam futuris, totam nostram partem stagni de Bajolis, cum solo terre et cum aqua et cum omnibus *maters* circumstantibus et cum nostra parte omnium graduum predicti stagni. Et<sup>a</sup> vendimus adhuc vobis jam dictis fratribus milicie Templi unum nostrum campum, quem habemus juxta predictum stagnum. Et affrontant predictum stagnum et campum ab oriente in campo Raimundi<sup>b</sup> Bruillana de Avalrino et in campo Guilelmi de Bruillano,<sup>c</sup> a meridie in campo Petri *Pajes* et in campo Guilelmi Raimundi<sup>b</sup> de Bagis, ab occidente in campo de me jam dicto Berengario de Bagis et in campo Garsendis de Bruillano<sup>c</sup>, ab aquilone in campo Sancte Eulalie. Quantum includitur infra istas IIII<sup>or</sup> affruntaciones,<sup>d</sup> quicquid ibi habemus vel habere debemus aliquo modo, totum, cum exitibus et regressibus suis, et terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, et cum bonis ipsius stagni, et cum omnibus lucris, et cum omnibus adimpramentis,<sup>e</sup> et cum omnibus meliorationibus que ibi erunt et inantea esse poterunt, scilicet omnia in omnibus, absque ulla diminutione, sicut melius continetur in adjacentia Sancti Andree de Bagis, in comitatu Russilionis,<sup>f</sup> ita ut superius dictum est et melius dici, legi vel intelligi a quoquam vivente persona potest esse ad utilitatem predictae milicie Templi et fratrum Mansi Dei, sic vendimus nos supradicti tibi Raimundo de Elna, comendatori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus milicie Templi sine omni retentu, imperpetuum, sine dolo et fraude, pro DCCC solidis malguriensium, quos de bonis milicie Templi mutuo numeratos recepimus et manifestamus nos bene esse pccatos de totis. Et de nostro jure et possessione transferimus quicquid in supradicto stagno et campo habemus vel habere debemus in dominio<sup>g</sup> jure milicie Templi et fratrum per liberum alodium, absque ulla inquietacione,

ad agendas omnes vestras voluntates in omnibus imperpetuum. Convenimus vero vobis fratribus milicie Templi per fides nostras rectas quod de hoc predicto vos fratres nec domum milicie Templi non enganemus nec enganare<sup>h</sup> faciemus ullo modo nec patiemur secundum posse nostrum. Ego Raimundus<sup>i</sup> de Elna, comendator Mansi Dei, cum ceteris nostris fratribus milicie Templi, voluntate et consilio Berengarii de Avinione, magistri<sup>j</sup> nostri Proventie<sup>k</sup> et harum partium Yspanie, emo supradictum stagnum et campum. Nullus hoc valeat disrumpere.<sup>l</sup> Actum est<sup>m</sup> XIII kalendas marcii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXXI<sup>o</sup>, regnante Filippo<sup>n</sup> rege juniore. Sig++num Berengarii de Bagis et uxoris mee Saurimunde,<sup>o</sup> qui hanc cartam vendicionis fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Berengarii de Orla. Sig+num Berengarii de Podio. Sig+num Arnalli Oliba de *Banuls*. Sig+num Vilani de Bagis. Sig+num Raimundi<sup>b</sup> Dalia.

Nicholaus, presbiter, rogatus atque jussus, extitit scriptorrei<sup>p</sup> (SM) hujus.

a. Et *omès* B<sup>2</sup>. b. Raymundi B<sup>2</sup>. c. Bruyllano B<sup>2</sup>. d. affrontaciones B<sup>2</sup>.  
e. adempramentis B<sup>2</sup>. f. Rossilionis B<sup>2</sup>. g. domo B<sup>2</sup>. h. enganemus nec enganare B<sup>2</sup>.  
i. Raymundus B<sup>2</sup>. j. magistri *omès* B<sup>2</sup>. k. Provincie B<sup>2</sup>. l. disrumpere B<sup>2</sup>.  
m. Actum est hoc B<sup>2</sup>. n. Filipo B<sup>2</sup>. o. Saurimonde B<sup>2</sup>. p. rey B<sup>2</sup>.

#### Text establert segons B<sup>1</sup>.

Manifestum sit cunctis quod ego Berengarius de Bagis et uxor mea Saurimunda, nos ambo per nos et per omnes nostros et per omnem posteritatem nostram vendimus Deo et milicie Templi et tibi Raimundo de Elna, dispensatori domus Mansi Dei, et ceteris fratribus ejusdem domus, tam presentibus quam futuris, totam nostram partem stagni de Bajolis, et omnem jus et omnem dominium quod habemus vel habere debemus in predicto stagno, et unum nostrum campum, quem habemus juxta predictum stagnum, pro DCCC solidis malguriensium. Sunt predictum campum et predictum stagnum in comitatu Rossilionis, infra terminos ville de Bagis, in adjacencia Sancti Andree. Et affrontant ab oriente predictum campum et stagno<sup>a</sup> in campo Raymundi Bruillana de Avalrino et in campo Guilelmi de Bruillano, a meridie in campo Petri *Pajes* et in campo Guilelmi Raymundi de Bagis, ab occidente in campo de me Berengario de Bagis et in campo Garsendis de Bruillano, ab aquilone in campo Sancte Eulalie. Quantum includitur infra jam dictas affrontaciones, totum, cum exitibus et regressibus suis, et terminiis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, ut

superius dictum est, vendimus nos predicti Deo et predictae milicie Templi et tibi Raymundo predicto et omnibus aliis fratribus sine omni retentu imperpetuum, sicut melius ad utilitatem domus predictae milicie et fratrum intelligi potest, pro predictis DCCC solidis malguriensium, quos recognosco mihi sine diminutione esse solutos. Et si meliorationem in hoc facere potestis, faciatis, et sit illa melioratio prefate milicie sine obstaculo. Nullus hoc valeat dirumpere. Actum est hoc XIII<sup>o</sup> kalendas martii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> I<sup>o</sup>, regnante Philipo rege juniore. Sig++num Berengarii de Bagis et uxoris mee Saurimunde, qui hanc cartam vendicionis fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Berengarii de Orla. Sig+num Berengarii de Podio. Sig+num Arnalli Oliba de *Banuls*. Sig+num Vilani. Sig+num Raymundi Dalia. Convenimus autem vobis jam dictis fratribus milicie Templi quod de hoc predicto vos nec domum milicie non engannem nec enganare faciam nec dimitam<sup>a</sup> ullo modo, set facio vobis hanc vendicionem sine enganno et sine ullo malo ingenio, cum omni melioramento que ibi erunt et in antea poterunt et cum aqua et solio terre et cum adimpramentis et croissimentis,<sup>a</sup> irrevocabiliter imperpetuum.

Nicholaus, presbiter, rogatus atque jussus, extitit scriptor rey (SM) hujus.

Nos supradicti fratres milicie Templi emimus hoc stagnum predictum voluntate et consilio Berengarii de Avinione, magistri nostri, et Raymundo de Caneto, per alodium.

a. *Sic B'*.

## 112

1182 (nou estil), 19 de febrer. Sota el porxo de Santa Maria del Prat de Bages

*Berenguer de Bages, amb l'acord de la seva muller Saurimunda, dona a Ramon d'Elna, administrador del Masdèu, i als frares de la milícia del Temple l'estany i el prat de Bages, amb la condició que els templers els assequin amb els seus diners i que hi facin un canal principal i canals secundaris de manera que tota l'aigua pugui abocar-se al canal principal. Un cop s'hagi realitzat l'assecament, els templers dividiran l'estany i el prat en dues parts iguals, una de les quals revertirà en plena*



*propietat a Berenguer, que escollirà la que li convingui més, i l'altra tornarà en plena propietat als templers en compensació per les despeses que hagin efectuat. I el que Berenguer no pugui explotar directament en la seva meitat, els templers podran explotar-ho per ell mitjançant un cens fixat en un quart dels cereals, menys les dues parts de la cossura que els pertoca, i els segadors que hi recol·lectin tindran llurs drets. Si els templers no volen explotar directament la part restant que els cedeix, Berenguer podrà guardar-se-la, o concedir-ne l'explotació a qui vulgui amb els drets d'usos que vulgui, i els templers no podran per tant demanar-li més d'explotar aquestes terres, de la mateixa manera que ell mateix no podrà concedir-les a altres centres religiosos. A més a més, els templers hauran d'encarregar-se de l'escurament del canal principal, així com del dels canals secundaris situats a les terres de les quals Berenguer els hagi cedit la revaloració i aquesta s'haurà d'efectuar tan bon punt hagin acabat d'escurar els canals situats en llur meitat de l'estany. Berenguer autoritza els templers a fer passar l'aigua procedent de l'assecamment de l'estany de Bages per les seves terres, en el traçat que els sembli més ben adaptat, d'un estany a l'altre.<sup>92</sup> Berenguer dóna el seu cos al Temple per a ésser sebollit al seu cementiri, sigui quin sigui el lloc on la mort el sorprengui, i si, en el futur, volgués abandonar el segle, els templers l'haurien de rebre tot seguit com a confrare amb el seu cavall, les seves armes i les altres almoines que voldria fer-los. Ramon d'Elna i tot el convent del Masdèu, amb l'acord de Berenguer d'Avinyó, mestre de l'orde a les províncies d'Hispania i de Provença, confirmen totes aquestes disposicions.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 444r-v, acta núm. 844.

*C* Còpia del segle XVI, Cart., ff. 454-454v, acta núm. 850.

*D* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 630-633, segons *B* et *C*.

*E* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 146-152, segons *B*.

*a* VINAS, Robert, *L'ordre du Temple en Roussillon*, doc. 6, pp. 192-194.

Manifestum sit cunctis quod ego Berengarius de Bagis, voluntate et assensu et laudamento uxoris mee, Saurimonde,<sup>a</sup> dono et concedo Deo et milicie Templi et tibi, Raymundo de Elna,

92. Estava previst portar el cabal de l'assecamment de l'estany de Bages cap a un altre estany, que, si ens basem en l'actual xarxa de desguàs, devia ésser la del mas Avalrí (en francès Mas de Belric, municipi de Montescot), la qual estava situada al voltant d'un quilòmetre més avall de la de Bages.

dispensatori domus Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus milicie Templi, tam presentibus quam futuris, pro amore Dei et remissione peccatorum meorum, ut exsiccetis<sup>b</sup> totum meum stagnum de Bagis et totum meum pratum de Bagis, sicut inferius terminabitur, sub tali condicione ut totum predictum stagnum et pratum propriis expensis milicie Templi exsiccetis,<sup>b</sup> et faciatis in predicto stagno et prato aguillam unde aqua stagni et prati discurrat, et alias aguillas unde alia aqua possit ad aguillam majorem discurrere, et exsiccato<sup>c</sup> a vobis predicto stagno et prato, dividatis vos vel alii fratres milicie Templi totum exsiccatum<sup>d</sup> stagnum et pratum, et quicquid ibi habeo vel habere debeo, per medium, et factis inde equalibus duabus partibus, habeam ego supradictus Berengarius, vel mei, quamcumque medietatem tunc magis voluero, et domus<sup>e</sup> milicie Templi et vos alii fratres aliam medietatem liberam, absque aliquo obstaculo, integriter ac<sup>f</sup> generaliter imperpetuum, pro exsiccatione<sup>g</sup> a vobis facta et pro expensis domus<sup>e</sup> milicie Templi, quas ibi feceritis; et sit illa pars ad omnes voluntates vestras faciendas omni tempore. Et de mea medietate, que de predicto stagno et prato michi contigerit,<sup>h</sup> accipiam ad meam dominiam laboracionem quantumcumque laborare potuero, et illa pars que remanserit, quam laborare ad meum dominium non potuero, de mea<sup>i</sup> medietate, dono et concedo illam partem Deo et milicie Templi et tibi,<sup>j</sup> predicto Raymundo, et aliis fratribus, ut illam per me laboretis; et donetis inde michi et meis de omnibus expletis qui ibi fuerint, qui mundari possint, quartam partem, retentis II<sup>abus</sup> partibus<sup>k</sup> cussure domui milicie Templi et fratribus, et<sup>l</sup> messorum qui colligerint annonam habeant directos suos. Et<sup>l</sup> si vos vel alii fratres milicie<sup>m</sup> Templi illam<sup>n</sup> predictam residuam partem, quam vobis ad laborandum concedo, laborare in proprium nolueritis,<sup>o</sup> deinde licenciam habeam<sup>p</sup> retinendi vel donandi ad laborandum predictam partem cuicumque voluero, et cum<sup>q</sup> quibuscumque usaticis voluero, et vos vel alii fratres predictam partem ad laborandum a me vel a meis deinde petere non possitis, nec possint, nec ego possim dare ad laborandum hominibus alicujus religionis. Et curabitis illam aguillam majorem, quam in predicto stagno et prato feceritis, imperpetuum, quociescumque opus fuerit, propriis expensis domus<sup>e</sup> milicie Templi. Similiter curabitis illas aguillas,<sup>r</sup> que fuerint<sup>s</sup> ex ea parte quam per me laboraveritis, quociescumque opus fuerit, omni tempore quo eam per<sup>t</sup> me laboraveritis. Et quando<sup>u</sup> partem vestram stagni et prati laborare ceperitis, statim incipiat laborare illam partem quam vos per me laboraveritis. Predictum stagnum

et pratum sunt in comitatu Rossillionensis<sup>v</sup> et in adiacencia Sancti Andree de Bagis, et affrontant de oriente in via que discurrit de Bagis ad Villam novam, de meridie in *tamariguer*<sup>w</sup> et in ortos de Bagis, ab occidente in campum Bernardi Johannis,<sup>x</sup> quem tenet per Sanctam Eulaliam, et in campum Mathei,<sup>y</sup> quem tenet per miliciam Templi et per Arnaldum de Berra,<sup>z</sup> et in devesam milicie Templi, ab aquilone in via publica que exiit<sup>aa</sup> de Riardo et discurrit ad Avalrinum<sup>ab</sup>. Quantum includitur infra istas IIII<sup>or,ac</sup> affrontaciones predictas, totum, cum<sup>ad</sup> exitibus et regressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, et cum<sup>a</sup> solio terre, et cum<sup>a</sup> melioramentis qui<sup>ae</sup> ibi erunt et esse poterunt inantea, et cum<sup>af</sup> aqua, et agris,<sup>ag</sup> et adimpramentis, et melioracionibus, et fontanellis,<sup>ah</sup> et adcrossimentis,<sup>ai</sup> totum dono predictae milicie imperpetuum per alodium meum, ut exsiccetur,<sup>b</sup> quandocumque alias partes heredum acquirere poteritis sic in presenti vobis trado, ut expletetis irrevocabiliter imperpetuum, ut superius dictum est. Et ego Berengarius supradictus, dono vobis licenciam ut discurrat aqua stagni per meum honorem ut melius vobis evererit de uno stagni<sup>aj</sup> ad alium. Iterum, notificetur<sup>ak</sup> cunctis quod ego Berengarius de Bagis, dono corpus meum Deo et milicie Templi sepelliendum<sup>al</sup> in cimiterio<sup>am</sup> milicie Templi, ubicumque mors me preoccupaverit,<sup>an</sup> et si forsitan in vita mea seculum voluero relinquere,<sup>ao</sup> statim recipiant<sup>ap</sup> me per confratrem milicie Templi, cum<sup>ad</sup> equo meo<sup>aq</sup> et armis,<sup>ar</sup> et cum<sup>af</sup> alia elemosina<sup>as</sup> mea, quam ibi facere tunc temporis voluero, et cum<sup>a</sup> supradicta donacione stagni et prati, quam superius vobis feci. Ego Raymundus de Elna, dispensator domus<sup>at</sup> Mansi Dei, cum<sup>ad</sup> omni conventu domus nostre, laudo et concedo<sup>au</sup> predictas totas convenciones per me et per omnes successores meos<sup>av</sup> imperpetuum, voluntate et laudamento magistri nostri, Berengarii de Avinione, magistri horum<sup>aw</sup> partium Hispanie et Provincie.<sup>ax</sup> Predictam donacionem<sup>ay</sup> firmam tenebo ego Berengarius de Bagis supradictus, sine dolo et fraude, imperpetuum, et convenio domui predictae milicie quod de hoc predicto fratres predictae milicie non decipiam nec decipere faciam ullo modo,<sup>az</sup> nec dimittam de posse meo. Nullus hoc valeat disrumpere. Actum est hoc XI<sup>o</sup> kalendas<sup>ba</sup> marcii, anno Christi M<sup>o</sup>,<sup>bb</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> primo, regnante Philippo<sup>bc</sup> rege juniore. Sig+num Berengarii de Bagis,<sup>bd</sup> qui hanc cartam donacionis fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Saurimunde, uxoris mee, que hoc laudat et firmat. Sig+num Berengarii de Orla. Sig+num Berengarii Rubei. Sig+num Berengarii de Sancto Martino. Sig+num Petri de Sancto

Martino. Sig+num Bertrandi de Buada. Sig+num Vilani<sup>be</sup> de Bagis. Sig+num Raymundi Dalia. Facta est hac<sup>bf</sup> carta in portico Sancte Marie de Bagis de Prato, in presencia plurimorum fratrum milicie Templi et aliorum proborum<sup>bg</sup> hominum, scilicet<sup>bh</sup> fratris Raymundi de Elna, et fratris Berengarii, capellani,<sup>bi</sup> et fratris Guilelmi<sup>bj</sup> de Moseto, et fratris Durandi, et Arnaldi Oliba de *Baynuls*<sup>bk</sup> et Raymundi Amblardi et Petri Amblardi, qui omnes hoc viderunt et audierunt in potestate Raymundi de Elna, prefati comendatoris Mansi Dei.

Nicholaus,<sup>bl</sup> presbiter, rogatus atque jussus, exstitit<sup>bm</sup> scriptor rey (SM) hujus.

a. Saurimunde, uxoris mee C. b. exsichetis BC. c. excicato BC. d. excicatum BC. e. domi C. f. et C. g. exsichatione C. h. incontigerit C. i. nostra C. j. et tibi *omès* D. k. recenset et aliis partibus C. l. quod C. m. domus milicie C. n. illa B. o. improprium volueritis C. p. habeamus C. q. e C. r. aguillas C. s. fuerunt C. t. pro C. u. in quo C. v. rossilionensis C. w. tamariger C. x. Joannis C. y. inter C. z. Verra C. aa. exit C. ab. Avalrinum C. ac. vestri C. ad. et C. ae. que C. af. cum *omès* C. ag. ageris BC. ah. fontanillis C. ai. aderosimetu C. aj. stagno C. ak. non reficetur C. al. sepuliandum C. am. ciminterio BC. an. occupaverit C. ao. relinquare voluero C. ap. recipiat C. aq. modo C. ar. arma C. as. helemosina B. at. domus *omès* C. au. encedo C. av. nostros C. aw. horis C. ax. Yspane et Proventis C. ay. dominationem C. az. ullam C. ba. calendas C. bb. millesimo C. bc. Filipino B. bd. Vagis C. be. Vilatis C. bf. factum est hec C. bg. prebiterorum C. bh. scilicie C. bi. capellans C. bj. Guillermi C. bk. Banulls C. bl. Archola C. bm. extitit B.

### 113

1182, 1 de juliol

*Hug de Nava, la seva esposa Beatriu, el seu germà Ramon i la seva mare Arsenda venen a la milícia del Temple i a mestre Berenguer d'Avinyó tota l'honor que tenen a la parròquia de Finestret, prop del castell de Jóc, pel preu de 300 sous barcelonesos i un bon cavall.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 99r-v, acta núm. 159.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 7-8, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 153-155, segons B.

Notum sit omnibus hominibus quem ego Ugo de Nava et Beatrix, uxor mea, et Raymundus, frater meus, et Arsendis, mater mea, donamus domino Deo et milicie Templi et tibi, magistro Berengario de Avino, et omnibus presentibus et subsequentibus fratribus ejusdem milicie, omnem honorem quem habemus et habere debe-

mus qualicumque modo in *Finestred* et in suis terminis. Tali modo donamus vobis et in presenti tradimus totum jam dictum honorem et de nostro jure in vestrum dominium et potestatem, quod nec nos nec aliquis ex sanguinitate nostra nec aliqua persona per nos ibi nunquam aliquid demandemus nec demandare faciemus, set habeatis et possideatis et expletetis eum vos et quem volueritis cum exiis et regressiis et adempramentis, ad omnes voluntates vestras faciendas imperpetum. Est autem jam dictus honor in parrochia de *Finestred*, juxta castrum de *Johc*, sicut affrontat de *Rigarda* et de *Vincan* et de *Astover*. Pro qua donatione accepimus de bonis milicie Templi vel ab ipso magistro Berengario CCC solidos barchinonensium et unum cavallum bonum. Siquis hanc cartam infringere voluerit, dupliciter restauret. Que est acta kalendis julii, anno a Nativitate Christi M° C° LXXX° II°, regni regis Philippi III°. Sig+num Ugonis de Nava, Sig+num Beatricis, uxoris ejus, Sig+num Raymundi, fratris ejus, Sig+num Arsendis, matris ejus, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Otonis. Sig+num Bernardi de Cuvilada.

Guilelmus, levita, qui hoc scripsit cum litteris<sup>a</sup> superpositis in III<sup>a</sup> linea, sub<sup>b</sup> die et anno quo (SM) supra.

a. literis B.    b. su B.

## 114

1182, 19 de setembre<sup>93</sup>

*Ermengol del Vernet, amb el consentiment de la seva muller Ricsenda, dóna a la milícia del Temple i posa a les mans de Berenguer Balaguer, comanador del Masdèu, i dels altres frares d'aquesta casa, tota l'honor que posseeix a la parròquia de Sant Andreu de Sant Feliu d'Avall.*

93. La fórmula de datació adoptada en aquesta acta presenta un anacronisme entre l'any i l'anunci del regnat del rei de França que li correspon. En efecte, l'any 1182 no correspon al regnat de Lluís VII, mort el 18 de setembre de 1180, sinó al del seu fill Felip II. Saben que el prevere Nicolau, l'home que ha estès aquesta acta, no ignorava res del canvi dinàstic que es va produir dos anys abans al regne de França, puix que és també ell qui ha redactat l'acta precedent, datada del 16 de febrer de 1182, i en la qual indica bé l'any del regnat. Cal per consegüent considerar aquí una errada d'inatenció, atès que la data d'aquesta donació no sembla que s'hagi de tornar a posar en qüestió: edito més endavant l'acta núm. 117, datada del 12 de març de 1183, que demostra que és la reiteració d'aquesta donació, amplificada amb una clàusula relativa a la integració del senyor Ermengol del Vernet com a confrare al si de l'orde del Temple.

- A Original, pergamí, amplada 180 mm, alçada 130/140 mm, ADPO, Hp189.<sup>94</sup>  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 132v, núm. 213, segons A.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 22-23, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 156-158, segons B.

Manifestum sit cunctis quod ego Ermengaudus de Verneto, bona et spontanea voluntate, assensu et voluntate et laude uxoris mee Ricsendis, dono et in presenti trado domino Deo et milicie Templi, pro redemptione omnium peccatorum meorum et antecessorum meorum, in manu Berengarii *Baraillier*, comendatoris Mansus Dei, et aliorum fratrum Guilelmi de Mulseto, et Berengarii, capellani, et Durandi, et Petri Porcelli, totum honorem meum, quem habeo et habere debeo et in presens<sup>a</sup> possideo, qualicumque voce et racione, in adjacentia Sancti Andree Sancti Felicis Subterioris, in episcopatu Elenesi,<sup>b</sup> homines et feminas, casas, casalia, ortos, ortalia, campos et vineas, herema et condirecta, census et usatica, et molendina, et omnem jus et dominium mihi accidenti et competenti ubique, integriter ac generaliter, sicut<sup>c</sup> melius intelligi, dici vel legi potest, cum ingressibus et regressibus suis, et terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, et cum aqueductis et reductis, et cum aquario et reclausis, sine enganno et sine ullo malo ingenio, absque aliquo retentu, irrevocabiliter, in perpetuum<sup>d</sup> libere, ad omnes voluntates faciendas omnium fratrum, presentium et futurorum, prefate milicie Templi. Et sicut superius est,<sup>e</sup> predictum honorem vobis jam dictis fratribus trado, dono et laudo, et ita quod nulla occasione possim eum revocare a vobis nec a successoribus fratribus vestris jam dicte milicie. Et quicquid juris habeo et habere debeo in predicto honore in vestrum jus et dominium, et successorum fratrum vestrorum prefate milicie Templi, transeat in presenti, ita ut amplius nichil de illo requiram. Nullus hoc valeat dirumpere. Actum est hoc XIII kalendas octobris, anno Christi MCLXXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, regnante Lodovico<sup>f</sup> rege. Sig+num Ermengaudi de Verneto, qui hanc cartam donationis fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Ricsendis, uxoris mee, que hoc laudat et firmat. Sig+num Berengarii de Orla. Sig+num Guilelmi Montis Esquivi.<sup>g</sup> Sig+num Raimundi de Sancto

94. El document porta al dors una menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari al final del segle XIII, i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1937».

Laurencio. Sig+num Poncii de Tedone. Sig+num Raimundi Castri Rossillionis.

Nicholaus, presbiter, rogatus atque jussus, extitit scriptor rei (SM) hujus.

a. Sic AB per presenti.    b. Elenensi B.    c. sicut B.    d. imperpetuum B.  
e. Sic AB, restituir sicut superius dictum est.    f. Lodoyco B.    g. Montis Eschivi B.

## 115

1182, 1 de novembre

*Guillem de Montesquiu dóna a la milícia del Temple i posa a les mans de Pere d'Aiguaviva, comanador del Masdèu, i dels altres frares d'aquesta casa tota la vila de Nils, tot el que té a la vila d'Alenyà, així com l'alou de l'Albera, amb tots els drets i possessions que en depenen. Tanmateix, si el donant es casés i naixessin infants d'aquesta unió, aquestes possessions revertirien a aquests últims; en cas contrari, tot revertiria a la casa del Temple en lliure i perpetu alou. Guillem concedeix en tinença als templers el dret de recaptar anualment una aimina de forment en cada una d'aquestes localitats. Garsenda, esposa de Berenguer d'Orla i tia de Guillem de Montesquiu, confirma aquesta donació.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 8v, acta núm. 20.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 56-57, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 159-162, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis hominibus quod ego Guilelmus de Monte Eschivi dono Deo et domui milicie Templi, bono animo et spontanea voluntate, pro redemptione anime mee et patris mei et omnium parentum meorum, in manu Petri Aque Vive, preceptoris Mansi Dei, et Duranni fratris et Berengarii capellani, ceterorumque fratrum ipsius domus cohabitantium, qui ibi sunt et inantea erunt, totam villam de *Agils* cum omnibus suis pertinentiis, et omnem illud quod habeo et habere debeo in villa de Aleynano, et omnem alodium quod habeo et habere debeo in Albera. Sic dono Deo et predictae domui milicie Templi, sicut melius ego habeo et habere debeo, vel sicut possideo vel possidere videor, cum omnibus suis iuribus, cum ingressibus et egressibus suis et terminis suis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, videlicet homines,

feminas, et hominaticos, dominationes, campos, vineas, herema et condirecta, fevos, alodia, census, usatica, gardas atque bajulias, et omnia que mihi in predictis villis pertinent ulla vel aliqua ratione. In tali pacto ego Guilelmus de Monte Eschivi predictus, facio hanc donationem, quod si ego accipiebam uxorem, et de me et ipsa infantes apparerent,<sup>a</sup> volo atque concedo ut predicte ville ad ipsos infantes revertantur. Et si forte ego Guilelmus de Monte Esquivi jam dictus, ab hoc seculo transiero sine infante de legitimo conjugio, dono atque concedo predictas donationes predictarum villarum Deo et domui milicie Templi. Sicut superius scriptum est, et sicut melius legi et intelligi potest ad utilitatem domus milicie Templi, sine ullo inganno et sine ullo malo ingenio, dono Deo et predicte domui ad omnes vestras voluntates faciendas, per liberum alodium omni tempore. Et per unumquemque annum volo atque concedo ut in unaquaque istarum villarum habeatis per tenedonem et capiatis, scilicet in villam de *Agils*, et in villam de *Aleynano*, et in alodium de *Albera*, per recognitionem tenedonis ac donationis, in ipsa villa de *Agils*, unam eyminam frumenti; et in villam de *Aleynano*, aliam eyminam frumenti; et in alodium de *Albera*, aliam eyminam frumenti. Et est manifestum. Siquis dirumpere voluerit, agere non valeat, set in duplo componat. Actum est hoc kalendis novembris, anno ab incarnatione Christi M° C° LXXX° II°, regnante Filipo rege in Francia. Sig+num Guilelmi de Monte Eschivi, qui totum hoc donavit, laudavit, firmavit, testesque firmare rogavit. Sig+num Garsendis, uxoris Berengarii Orley, avuncula Guilelmi de Monte Eschivi, que totum hoc laudavit, firmavit. Sig+num Berengarii Orley. Sig+num Petri de Pino. Sig+num Berengarii de Podio, de Palatio. Sig+num Petri Amblardi, de Palatio.

Petrus, sacerdos, scripsit hoc (SM), rogatus, die et anno quo supra.

a. aparerent *B*.

1182, 26 de novembre

*Guillem de Cànoes, el seu fill Ramon Bernat, la seva esposa Maria i llur fill Pere, amb el consentiment d'Arnau de Mudagons, llur senyor, i de la seva esposa Guillema Veguera i de Berenguer de Vilarmilà, de la seva esposa Alamanda i de llurs fills, mitjançant 134 sous melgoresos, empenyoren per dues collites anuals a*



*Guillem Rufo, Pere Ramon, Pere Becce, Pere de Tallada i als seus, un camp de llur alou situat a la parròquia de Santa Maria de Toluges, al lloc anomenat Marcellinum. Si els creditors no són reemborsats el dia de Sant Andreu següent a les dues collites, llavors conservaria el camp fins a la collita següent, i així d'un any a l'altre fins al pagament complet del deute. Està estipulat que el producte de les collites no es comptarà en el pagament. Arnau de Mudagons, Berenguer de Vilarmilà i llurs esposes i fills es comprometen a garantir l'aplicació pacífica d'aquest empenyorament.*

A Original, pergami deteriorat, amplada 300/320 mm, alçada 125 mm, ADPO, 1B53.<sup>95</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Chanuys et ego Raimundus Bernardi, filius ejus, et uxor mea Maria mei predicti Guilelmi, et filius noster Petrus, nos omnes insimul per nos et per omnes nostros, cum consilio et voluntate ac laudamento Arnaldi de Mutacionibus, domini nostri, et Guilelme Vicharie uxoris ejus, et Berengarii de *Vilarmilan* et uxoris ejus Alamande, atque infantium eorum, inpignoramus vobis Guilelmo Rufo et Petro Raimundo et Petro Becce atque Petro de *Talada*, et uxoribus vestris, et infantibus vestris, et posteritati vestre atque consanguinitati, et cui dare vel dimittere aut inpignorare volueritis pro vestro averi, I campum nostrum per francum alodium et liberum et absolutum, qui campus est infra fines et terminos ville Tulugiarum, in ajacencia<sup>a</sup> Sancte Marie, in loco qui vocatur Marcellinum. Affrontat autem predictum campus ab oriente et ab aquilone in viis publicis, a meridie in campis Petri Becce et Petri Raimundi atque Petri Bernardi, ab occidente in campo Raimundi Petri Arnaldi. Quantum includitur infra istas IIII affrontationes predicti campi, sic nos predicti inpignorores inpignoramus vobis predictis et vestris totum predictum campum nostrum integre per francum alodium et liberum et absolutum ad vestrum intellectum et vestrorum pignoralis jure, sicut superius scriptum est, cum exitibus suis et regressibus, et terminis suis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, per CXXXIIII solidos malguriensium, ad II expletas annuales. Illos collectis a vobis vel a vestris, si nos vel nostros persolverimus vobis vel vestris CXXXIIII solidos malguriensium

95. El document porta al dors una menció del segle xv: «Toluges», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2888».

usque ad festum sancti Andree, inantea sine omni vestro engano predictus campus sit nobis solutus. Si autem et hic terminus transierit, habeatis illum ad alium expletum annualem, et sic maneat de expleto in expletum annualem collect[um] in vestra potestate vel vestrorum tamdiu quousque nos vel nostri persolverimus vobis predictis vel vestris totum vestrum predictum avere ad predictum terminum sine omni vestro enganno. Et de duabus expletis annuilibus predictis inantea sit semper terminum redimendi hoc pignus omni anno expleto annuale collecto usque ad festum sancti Andree, et averi persoluto ad predictum terminum, hoc pignus predictum sit nobis vel nostris solutum, et fructus predicti pignoris non computatus in sorte predicti averis. Si vero moneta malguriensis fuerit minuata vel deteriorata ex lege vel penso, reddemus vobis vel vestris marcham argenti fini ad rectum pensum Perpiniani, ad computum L<sup>a</sup> solidi, et sic tantum quousque bene pacati sitis de omnibus predictis CXXXIII solidis malguriensium, sine omni vestro enganno. Et est manifestum. Actum est hoc VI<sup>o</sup> kalendas decembris, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, regnante Philipo rege. Sig+num Guilelmi de Chanuis, Sig+num Raimundi Bernardi, filii ejus, Sig+num Marie, uxoris ejus, Sig+num Petri, filii eorum, qui nos omnes hanc cartam fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Arnaldi de Mutacionibus, Sig+num Guilme Vicharie, uxoris ejus, Sig+num Berengarii de *Vilarmilan*, Sig+num Alamande, uxoris ejus, Sig+num Arnaldi, Sig+num Gualdi, Sig+num Bernardi, infantium eorum, qui nos omnes hanc cartam pignoris hujus fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Et accipimus vos predictos in nostras fides et in nostras credencias quod hoc predictum pignus faciemus vobis predictis et vestris bonum habere et tenere et semper bonum stare in pace, sicut superius scriptum est, secundum nostrum posse.

Sig+num Berengarii de Caneto. Sig+num Arnaldi de Chanuis. Sig+num Petri *Vives*. Sig+num Guilelmi *Astrug*. Sig+num Petri Poncii.

(SM) Raimundi, presbiteri, qui hoc scripsit, rogatus atque jussus, sub die et anno quo supra.

a. *Sic A per adjacentia.*



## 117

1183 (nou estil), 12 de març

*Ermengol del Vernet, amb el consentiment de la seva muller Ric-senda, dóna als templers del Masdèu i posa a les mans de llur comanador Pere d'Aiguaviva, tota l'honor que posseeix a la vila de Sant Feliu d'Avall i a la parròquia de Sant Andreu. En compensació, els templers el reben en llur societat, en la vida i en la mort, com un de llurs confreres, en la comunitat dels béns, benifets i almoines de què es beneficia el Temple.*<sup>96</sup>

- A Original, pergamí, amplada 285 mm, alçada 140 mm, ADPO, Hp189.<sup>97</sup>  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 78v-79, acta núm. 125, segons A.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VII, pp. 637-638, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 163-165, segons B.  
 a VINAS, Robert, *L'ordre du Temple en Roussillon*, doc. 12, pp. 203-205, segons A.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Ermengaudus Verneti,<sup>a</sup> bono animo et libera voluntate, pro remissione anime mee et patris mei et matris mee et parentum meorum, dono, laudo atque concedo, asenssu<sup>b</sup> uxoris mee Rigssendis,<sup>c</sup> Deo, et beate Marie Mansi Dei, et domui milicie Templi, et Templariis ibidem manentibus, presentibus atque futuris, in manu<sup>d</sup> Petri de Aquaviva, preceptoris domus Mansi Dei, omnem meum honorem sicuti habeo vel habere debeo ulla voce vel aliqua racione in villa Sancti Felicis Subterioris et in suis terminis, in adjecentia<sup>e</sup> Sancti Andree ipsius ville<sup>f</sup> et in suis terminis, videlicet homines, feminas, mansos, casas, casalia, ortos, ortalia, campos, vineas, herema et con-directa, census et usatica, et molendinos,<sup>g</sup> cum suis casalis et cum aqueductis et cum suis<sup>h</sup> resclausis, et cum omnibus meliorationibus que ibi facere poteritis, et omnia jura et voces et raciones et dominationes omnium rerum et actiones, quas in predicta villa et in suis terminis mihi accidenti et pertinenti et competenti<sup>i</sup> aliqua racione, integre

96. Aquesta donació reprèn els termes de la donació del 19 de setembre de 1182 (vegeu més amunt l'acta núm. 114), amb algunes modificacions formals i sobretot l'adjunció de la clàusula relativa a la recepció d'Ermengol de Vernet a la confraria del Temple.

97. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari al final del segle XIII, un regist del segle XV en català: «Donació de la honor de Sent Pheliu damunt. Sent Pheliu», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1939».

ac generaliter, sicut a vobis predictis Templariis ad utilitatem vestram<sup>j</sup> vel vestrorum intelligi potest, cum ingressibus et regressibus suis, et terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni inganno et sine ullo malo ingenio, libere, absque omni vinculo et sine omni aliquo retentu, ad vestrum intellectum et ad vestram recognitionem. Et nunc de meo jure<sup>k</sup> et potestate in presenti trado in vestrum jus et in vestrum dominium et potestatem<sup>l</sup> in perpetuum,<sup>m</sup> per liberum alodium,<sup>n</sup> ad voluntates vestras faciendas. Et ego Petrus de Aquaviva, preceptor Mansi Dei, et ego frater Raimundus de Bagis, et ego frater Guiraudus *Bada*, et ego frater Durannus,<sup>o</sup> nos insimul per nos et per omnes nostros successores et per Templarios, presentes atque futuros, accipimus te Ermengaudum Verneti in nostram societatem, morte ac vita, sicut unum de confratribus nostris, in omnibus bonis ac benefactis et elemosinis que in domo Mansi Dei et in omnibus aliis domibus milicie Templi facta sunt, et facienda nunc et in perpetuum.<sup>m</sup> Et est manifestum. Siquis contra hoc ad irrumpendum venerit, agere non valeat, set in duplo componat. Que est acta IIII idus marcii, anno ab Incarnatione Christi M° C° LXXX° II°, regnante Philipo rege in Francia. Sig++na<sup>p</sup> Ermengaudi Verneti et Rigssendis<sup>c</sup> uxoris ejus, qui totum hoc donavimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Arnaldi de Mutacionibus. Sig+num Jordani de Mutacionibus. Sig+num Berengarii de Bagis.

PETRUS scripsit hoc, cum litteris<sup>q</sup> emendatis in IIII<sup>a</sup> linea et in VII<sup>a</sup>, rogatus atque jussus, die et anno (SM) quo supra.

a. Poncius de *afegit a la interlínia B. Una mà moderna ha corregit a continuació: «Emengaudus et non Pontius vide in fine».* b. assensu B. c. Rigssendis B. d. in manu tibi B. e. adjacentia B. f. *Les paraules Sancti Andree ipsius ville han estat escrites ulteriorment sobre una raspadura A.* g. *Sic AB per molendina.* h. suis omès B. i. copetenti A. j. *La paraula vestram ha estat escrita ulteriorment sobre una raspadura A.* k. de jure meo B. l. ppotestatem B. m. imperpetuum B. n. per alodium liberum B. o. Durandus B. p. Sig+num B. q. literis B.

1183, 20 de juny

*Arnau de Mudagons, la seva esposa Guillema Veguera i el seu germà Jordà, amb el consentiment de Guillem de Montesquiu, de Bernat de Cortsaví i dels fills d'aquest, Ramon de Cortsaví i Bernat, venen a la milícia del Temple i a fra Pere d'Aiguaviva, comanador del Masdèu, tot llur estany de Caraig, amb tota*

*l'extensió de terra que ocupa quan està totalment ple, i amb tota la seva riba, mitjançant 2.000 sous melgoresos, un cavall valorat en 250 sous i un parell de bous. Gausbert, vescomte de Castellnou, confirma aquesta venda feta en presència de Guillem Jordà, bisbe d'Elna, d'Artau, ardiaca d'Elna, i de Pere de Sant Hipòlit.*

*B*<sup>1</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 62r-v, acta núm. 100.

*B*<sup>2</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 111-112, acta núm. 176.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 12-15, segons *B*<sup>1</sup> i *B*<sup>2</sup>.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 166-171, segons *B*<sup>1</sup> i *B*<sup>2</sup>.

Les lliçons de *B*<sup>1</sup> i *B*<sup>2</sup> presenten variants que mostren que aquestes dues versions transrites en el cartulari procedeixen de dos originals diferents establerts per un mateix escriptor.

In Dei<sup>a</sup> nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Mutacionibus et uxor mea, Guilelma Vicaria, et Jordanus, frater meus, nos omnes insimul, per nos et per omnes nostros et per omnem consanguinitatem ac posteritatem nostram, bono animo et congrua voluntate, in remissione peccatorum nostrorum, cum laudamento et consensu ac voluntate Guilelmi Montis Eschivi<sup>b</sup> et Bernardi de Corzsavino<sup>c</sup> et infantum suorum, Raymundi de Corzsavino et Bernardi, vendimus et<sup>d</sup> donamus atque concedimus omnibus modis domino Deo et domui milicie Templi et tibi, Petro de Aqua viva, Mansi Dei preceptor, et omnibus fratribus, presentibus et futuris, ejusdem milicie, nunc et imperpetuum, per liberum alodium, totum nostrum stagnum de *Karaig*,<sup>e</sup> cum aqua et cum solo terre in quo manet, et cum omnibus tenedonibus suis, quas tenet et tenere debet<sup>f</sup> et quas tenebat quando bene completum erat, et cum omnibus oris suis bene completis. Quod stagnum predictum habemus et habere debemus in comitatu Rossilionis, in loco predicto de *Karaig*. Affrontat autem ab oriente in chosta quam Clara de Pontiliano et sui tenent per<sup>g</sup> me, Arnaudo de Mutacionibus predicto, de meridie in porcione stagni Gausberti, vicecomitis Castri novi, de occidente in costis<sup>h</sup> quas Berengarius de Aleniano tenet per<sup>g</sup> me, Arnaldo de Mutacionibus predicto, ab aquilone in condamina de nobis, venditoribus ac donatoribus. Sicut iste affrontaciones predictae includunt, sic nos, predicti venditores ac donatores, vendimus et donamus et concedimus omnibus modis, sine omni vestro enganno, domino Deo et predictae domui milicie<sup>i</sup> et tibi, Petro de Aqua viva, Mansi Dei preceptor,<sup>j</sup> et omnibus fratribus, presentibus et futuris, totum predictum stagnum de *Karaig*,

sicut superius scriptum est, integriter ac generaliter, ad omnes voluntates vestras faciendas, sine vinculo et absque ullo retentu alicujus persone viventis, sicut melius habemus et habere debemus, et ut melius a vobis vel a vestris ad recognitionem et ad utilitatem vestram et domus milicie et fratrum, presentium et futurorum, dici vel intelligi potest, cum ingressibus et egressibus suis, et terminis suis<sup>k</sup> et pertinenciis et omnibus in se habentibus, et cum omnibus melioracionibus atque augmentis suis, et cum omnibus bonis et cum omnibus fructibus suis, qui in predicto stagno erint et esse potuerint,<sup>l</sup> nunc et imperpetuum, per liberum alodium, sine omni vestro inganno<sup>m</sup> et sine omni malo ingenio et omni retentu, pro MM solidis malguriensium, et pro uno equo ex precio de CCL solidorum malguriensium, et per duos boves. Quos MM solidos malguriensium et predictum equum et predictos duos boves nos predicti, ego Arnaldus de Mutacionibus et uxor mea Guilelma Vicaria,<sup>n</sup> cum nostris propriis manibus de vestris accepimus; et de omni hoc jam dicto avere tenemus nos bene per paccatos. Et ego Arnaldus<sup>o</sup> de Mutacionibus et uxor mea Guilelma Vicaria<sup>n</sup> et frater meus Jordanus, nos omnes insimul, plivimus domino Deo et predictae domui milicie et tibi<sup>p</sup> Petro de Aqua viva, Mansi Dei preceptoris, et omnibus fratribus ejusdem milicie, presentibus et futuris, per nostram fide rectam, sine omni enganno, quod de hoc toto predicto vos nec vestros nec domum vestram non ingannemus nec ingannare<sup>q</sup> dimitamus, set bonum et firmum illud predictum stagnum vobis et vestris faciemus habere et in pace tenere et semper, sine omni vestro inganno,<sup>m</sup> bonum manere. Et est manifestum. Hoc fuit factum in presencia Guilelmi Jordanis, episcopi Elenensis, et Artaudi, archidiaconi Elenensis, et Petri Sancti Ypoliti. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Actum est hoc XII<sup>o</sup> kalendas julii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Philipo<sup>r</sup> rege. Sig+num Arnaldi de Mutacionibus, Sig+num Guilelme Vicarie, uxoris ejus, Sig+num Jordanis, fratris sui, qui hoc laudaverunt, firmaverunt testesque firmare rogaverunt. Sig+num Guilelmi Montis Eschivi,<sup>s</sup> qui hoc laudo et firmo. Sig+num Bernardi de Corzsavino,<sup>c</sup> Sig+num Raymundi de Corsavino, Sig+num Bernardi de Corsavino, filiorum ejus, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Gausberti de Castro Novo, qui hoc laudo et firmo. Factum est hoc in presencia Petri de Aqua viva, preceptoris Mansi Dei, et fratris Giraudi<sup>t</sup> Bada et fratris Petri Porcelli et fratris Raymundi de Pontiliano et aliorum fratrum Mansi Dei. Sig+num Ermengaudi Verneti. Sig+num Be-

rengarii de Orulo. Sig+num Berengarii de Vilarmilano.<sup>u</sup> Sig+num Berengarii de Bagis. Sig+num Guilelmi Bertrandi, abbatis<sup>v</sup> Sancti Andree, qui hoc laudavit et firmavit.<sup>w</sup>

Arnaudus de *Anils*, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus<sup>x</sup>, die et anno (SM) quo supra.

a. Dei *omès* B<sup>1</sup>. b. Montis Aschivi B<sup>2</sup>. c. Corsavino B<sup>2</sup>. d. et *omès* B<sup>2</sup>. e. Karayg B<sup>2</sup>. f. tenent et tenere debent B<sup>2</sup>. g. pro B<sup>2</sup>. h. chostis B<sup>2</sup>. i. milicie *omès* B<sup>2</sup>. j. preceptoris B<sup>2</sup>. k. et terminis suis *omès* B<sup>1</sup>. l. poterint B<sup>2</sup>. m. enganno B<sup>2</sup>. n. Vicharia B<sup>2</sup>. o. Arnaudus B<sup>2</sup>. p. tibi *omès* B<sup>1</sup>. q. engannemus nec enganare B<sup>2</sup>. r. Philopo B<sup>1</sup>. s. de Montisquivi B<sup>2</sup>. t. Guiraudi B<sup>2</sup>. u. Vilarmino B<sup>1</sup>. v. abatis B<sup>2</sup>. w. laudat et firmat B<sup>2</sup>. x. cum literis suprascriptis in IIII linea et in VIII<sup>a</sup> B<sup>2</sup>.

## 119

1184 (nou estil), 18 de febrer

*Adelaida, el seu fill Ramon de Nils i les seves dues filles Ricsenda i Stivee donen a la casa de la milícia del Temple dues peces de terra situades més avall de l'estany de Caraig, a la parròquia de Santa Maria de Nils. A més a més, autoritzen els templers a fer passar el canal de desguàs de l'estany de Caraig a través de llur honor, des de la riba de l'estany fins al Reard. Per aquesta concessió, els templers els han lliurat una almoïna de 50 sous barcelonesos. Aquesta donació ha estat feta en presència de Pere d'Aiguaviva, comanador del Masdèu, Roger de Montpesat, Duran i dels altres frares d'aquesta casa. Bernat Guerau confirma aquesta transacció.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 184r-v, acta núm. 315.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. A, p. 187, segons B.


D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 172-175, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Aladaidis femina et filius meus Raymundus de *Anils* et filie mee, Rissende et Stivee, nos insimul per nos et per omnes nostros, bono animo et congrua voluntate, in remissione omnium peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, damus domino Deo et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, imperpetuum, per liberum alodium, II pecias terra, quas habemus et habere debemus in comitatu Rossilionensi infra fines et terminos ville de *Anils*, in adjacentia Sancte Marie ejusdem

ville, subtus stagnum de *Karaig* infra honore Stephani Poncii de *Anils*. Affrontant autem ab oriente predicte pecie terre in via que pergit apud Kanuas, a meridie in honore Sancte Marie Arularum, ex occidente in honore Stephani Poncii, ab aquilone in campo *Dandrat*. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas nos predicti habemus vel habere debemus ullo modo aliqua voce et ratione, totum, sine enganno et ullo malo ingenio et omni retentu, damus domino Deo et domui milicie et omnibus fratribus sicut<sup>a</sup> superius scriptum est, cum ingressibus et regressibus suis et pertinentiis et omnibus in se habentibus, sicut melius intelligi, legi ac dici potest ad utilitatem suam et recognitionem, imperpetuum, per liberum alodium. Et amplius damus domino Deo et domui milicie et omnibus fratribus exitus ad aquam stagni de *Karaig* per totum honorem nostrum ubicumque habeamus eum a ripa stagni usque intus flumen Riardi. Et totum hoc de nostra potestate in sua in presenti tradimus perpetuo jure possidendum, et pepigimus illis per nostram fidem sine enganno quod de hoc illos non engannabimus nec engannare dimitemus,<sup>b</sup> set faciemus eis totum supradictum tenere semper et habere in pace. Et pro ista donatione predicta recipimus de elemosinis [dicte]<sup>c</sup> domus L solidos barchinonensium bonorum, de quibus omnibus tenemus bene esse paccatos<sup>d</sup> integre. Hoc fuit factum in presencia Petri de Aqua viva, preceptoris Mansi Dei, et fratris Roger de Monte *Pesat* et fratris *Duran* et aliorum fratrum. Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum XII kalendas marcii, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, Filipo rege regnante. Sig++++na Aladaidis femine et filii sui Raymundi de *Anils* et filie sue Riccende et Stive, qui fieri jusserunt, laudaverunt, firmaverunt testesque firmare rogaverunt. Sig+num Guilelmi de Monte Esquivo. Sig+num Bernardi de *Anils*, militis. Sig+num Stephani Poncii. Sig+num Raymundi Marches. Sig+num Arnaudi Fabri de *Anils*. Sig+num Bernardi Geraudi, qui hoc laudat et firmat et omne hoc diffinit. Sig+num Stephani, Sig+num Poncii Geraudi, qui fuerunt<sup>e</sup> filii Gueraudi.

Arnaldus, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo supra (SM).

a. Sic B. b. dimitemus B. c. dicte omès B. d. pagatos B. e. qui fuerunt repetit per error B.





## 120

1184 (nou estil), 24 de febrer

*Gausbert, vescomte de Castellnou, i la seva muller Saurina donen als frares de la milícia del Temple una feixa situada prop de la terra que aquests havien comprat a Arnau de Mudagons a l'estany de Caraig. Fan aquesta donació amb la condició que els templers assequin l'estany a llur benefici comú i que garanteixin el manteniment del canal de desguàs des de l'estany fins al Reard, sense que els venedors i llurs successors hagin de contribuir a les despeses causades per aquestes obres. Pere d'Aiguaviva, comanador del Masdèu, i els frares d'aquesta casa es comprometen a respectar aquestes estipulacions. Pere Jaume, prior de Sant Pere de Castellnou, confirma aquesta donació en nom seu i en nom dels seus successors.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 132r-v, acta núm. 212.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 15-17, segons *B*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 176-179, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Gausbertus, vicecomes Castri novi, et uxor mea Saurina, vicecomitissa, nos insimul, per nos et per omnes nostros, bono animo et congrua voluntate, damus domino Deo et domui Milicie Templi et omnibus fratribus, presentibus et futuris, ejusdem domus, unam faxam terre in stagno de *Karaig*, juxta terram predicte domus milicie, quam emit de Arnaldo de Mutacionibus. Affrontat autem ab oriente predicta faxes terre in terra Raymundi *Cerda* et in terra Stephani Poncii de *Anils*, et meridie in terra de nobis donatoribus, ex occidente in terra Petri Dominici et in terra Johannis *Gras*, ab aquilone in terra milicie predicte. Quantum iste affrontaciones predicte includunt et est terminatum, totum sine enganno et ullo malo ingenio et sine omni retentu nos jam dicti damus et omnibus modis evacuamus domino Deo et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem domus, sicut superius scriptum est, cum ingressibus et regressibus suis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius intelligi, legi ac dici potest ad utilitatem et recognicionem prefate domus milicie omni tempore, per liberum alodium. Et pepigimus ei quod de hoc non enganneamus eam nec engannare dimittemus,<sup>a</sup> set faciamus totum tenere supradictum et habere predicte milicie semper in pace. In tali vero

pacto nos predicti facimus istam donacionem, ut fratres ejusdem domus exsiccent<sup>b</sup> stagnum de *Karaig* ad proficuum<sup>c</sup> nostrum et domus milicie, et ut teneant aqueductum condirectum predicti stagni semper de stagno usque intus flumen Riardi, sine aliqua missione quam nos et nostri non faciemus ibi nobis et cui dare vel dimittere<sup>d</sup> vel vendere voluerimus nostro intellectus. Et ego Petrus de Aquaviva, preceptor Mansi Dei, cum omnibus fratribus nostris convenimus vobis jam dictis et vestris, ut predictum stagnum de *Karaig* exsiccamus<sup>e</sup> ad proficuum<sup>c</sup> vestrum vestrorumque, sine aliqua missione quam vobis nec vestris non requiramus, et ut teneamus condirectum aqueductum predicti stagni vobis et vestris, et cui dare vel vendere volueritis, sine aliquo vestri adjutorio omni tempore ad vestrum intellectum omniumque vestrorum ab stagno usque intus flumen Riardi. Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Actum est hoc VI<sup>o</sup> kalendas marcii, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Philipo rege. Sig++na Gausberti, vicecomitis Castri novi, et uxoris ejus Saurine, vicecomitisse, qui hoc fieri jusserunt, laudaverunt, firmaverunt testesque firmare rogaverunt. Sig+num Petri Jacobi, prioris Sancti Petri de Castro novo, qui hoc laudat et firmat pro se et pro suis successoribus. Sig+num Petri de Aquaviva, preceptoris Mansi Dei, qui hoc laudavit et firmavit testesque firmare rogavit. Sig+num [Rogerii] de Monte Pesado, Sig+num Duranni, fratrum milicie. Sig+num Guilelmi, capellani de Canuis. Sig+num Arnaudi Magistri de *Tuir*. Sig+num Poncii de Treserra. Sig+num Bernardi de Kexano. Sig+num Raymundi de Kexano. Sig+num Johannis *d'en* Guilelmo de Petro Raymundi. Sig+num Arnaudi de Voluda. Sig+num Berengarii Joffredi. Sig+num Petri Stephani de Canuis. Sig+num Stephani Poncii de *Anils*. Sicut superius dictum est de nostra potestate in potestate milicie tradimus.

Arnaldus, levita, scripsit hoc rogatus atue jussus, cum litteris<sup>f</sup> rasis et emendatis in VIII<sup>a</sup> linea, die et anno quo (SM) supra.

a. dimitemus B.    b. exsiccent B.    c. proficum B.    d. dimitere B.    e. exsequemus B.    f. literis B.

1184 (nou estil), 16 de març

*Guillem de Montesquiu, amb el consentiment de Pere de Vilarnau, Berenguer de Vilarmilà, Berenguer d'Alenyà i Arnau Tizoni,*

*ven per 400 sous melgoresos a la milícia del Temple, a Pere d'Aiguaviva, comanador del Masdéu, i als frares d'aquesta casa tot el que té a l'estany Sabadell, situat a la parròquia de Santa Maria de Nils. Autoritza a més a més els templers a fer passar el canal d'assecament de l'estany a través de tota la seva honor, per on vulguin.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 187v-188, acta núm. 323.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 20-22, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 180-183, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Monte Eschivi, cum voluntate ac laudamento et assensu Petri de Vilarnaudo et Berengarii Vilarmilani et Berengarii de Alejano et de Arnaudo Tiçoni, venditor sum Deo et domui milicie Templi, per me et per omnes meos, et tibi Petro de Aquaviva,<sup>a</sup> preceptori domus Mansi Dei, et omnibus fratribus ipsius domus cohabitanti-bus, per CCCC solidos malguriensium, omne hoc quod habeo vel habere ulla voce vel aliqua ratione in stagno Sabateli, quod est in episcopatu Elnensi, in adjacentia Sancte Marie de *Agils*, infra fines et terminos ipsius ville. Affrontat autem predictum stagnum ab oriente in honore mei metipsi Guilelmi de Monte Eschivi, quem homo tenet pro me, a meridie in alodio milicie Templi domus Mansi Dei, ab occidente in honore mei metipsi Guilelmi de Monte Eschivi et de vobis metipsis Templariis, ab aquilone in honore mei metipsi Guilelmi de Monte Eschivi jam dicti. Sicut includitur istis III<sup>or</sup> affrontationibus, sic vendo ac dono ego Guilelmus de Monte Eschivi Deo et domui milicie Templi et tibi Petro de Aqua viva, preceptori Mansi Dei, et omnibus fratribus ipsius domus, presentibus atque futuris, omne hoc quod habeo et habere debeo in stagno predicto Sabateli, cum solo terre et cum omnibus meliorationibus que ibi facere poteritis, integre ac generaliter, sicut melius legi, intelligi ac dici potest a vobis predictis Templariis vel a vestris ad utilitatem vestram, cum exitibus et ingressibus et regressibus suis et terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque inganno et sine omni ullo malo ingenio libere, sine omni vinculo et sine omni retentu, per CCCC solidos malguriensium, quos omnes habui et recepi ego Guilelmus de Monte Eschivi meis propriis manibus de vestris propriis manibus, et de isto precio nichil in vestra potestate remansit, et de meo jure et potestate in presenti trado in vestrum jus et vestrum

dominium et in vestram potestatem pro jam dicto precio imperpetuum per liberum alodium, ad omnes voluntates vestras faciendas. Et si forte predictum stagnum magis valebat nunc vel inantea quam ex vobis predictis Templariis non habeo, ego Guilelmus de Monte Eschivi, bona ac libera voluntate per bonam fidem, sine omni inganno, domino Deo et domui milicie Templi omne illud quod plus valuerit nunc vel inantea omni tempore per liberum alodium. Et ego Guilelmus de Monte Eschivi predictus dono ac vendo Deo et domui milicie Templi et domui Mansi Dei ut fratres Mansi Dei, presentes atque futuri, habeant licenciam et potestatem per omnem meum honorem ubicumque vobis Templariis placuerit projiciendi<sup>b</sup> aquam nunc et imperpetuum. Sig+++++na Guilelmi de Monte Eschivi et Petri de Vilarnaudo et Berengarii Vilarmilani et Berengarii de Alejano et de Arnaudo Tiçoni, qui totum hoc donavimus, vendidimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Bernardi de Agils. Sig+num Raymundi de Agils. Sig+num Garsendis Orlei. Sig+num Poncii Taçoni. Et est manifestum. Siquis ad irrumpendum venire voluerit, agere non valeat. Actum est hoc anno ab incarnatione Christi M° C° LXXX° III°, regnante Filipo rege in Francia. Hec fuit facta XVII° kalendas aprilis. Sig+num fratris Guiraudi Bade. Sig+num fratris Raymundi de Pontelano. Sig+num fratris Petri Porcelli.

Petrus, sacerdos, scripsit hoc, rogatus atque jussus, (SM) die et anno quo supra.

a. Aquavita B.    b. proiciendi B.

1184, 25 de maig

*Arnau de Cànoes, la seva esposa Maria i llurs fills Pere, Pere Arnau i Arnau cedeixen als frares de la milícia del Temple una peça de terra que posseïxen a la parròquia de Sant Esteve de Pontellà, a l'estany de Caraig. Per aquesta donació, reben dels templers una almoïna de 16 sous barcelonesos. Aquesta transacció ha estat feta en presència de Guillem del Soler, comanador del Masdéu, Ramon d'Elna, Duran i dels altres frares d'aquesta casa. Arnau de Mudagons, la seva esposa Guillema Veguera i Jordà de Mudagons han confirmat aquesta donació i han deixat a la milícia tot el que tenien en aquesta peça de terra.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 195, acta núm. 340.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 23-24, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 184-187, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Canuis et uxor mea Maria et filii nostris Petrus et Petrus Arnaldi et Arnaldus, nos simul per nos et per omnes nostros, bono animo et congrua voluntate, in remissione omnium peccatorum nostrorum et parentum nostrorum damus et diffinimus et omnibus modis evacuamus domino Deo et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, I<sup>am</sup> petiam terre nostram, quam habemus et habere debemus infra fines et terminos ville de Pontiliano, in adjacentia Sancti Stephani, in stagno de *Karaig*. Affrontat autem predicta pecia terra ab oriente et meridie et occidente in campo de *Karaig* domus milicie predictae, ex aquilone in nostro campo. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas nos prenominati habemus vel habere debemus, totum, sine enganno et ullo malo ingenio et omni retentu, omni tempore per liberum alodium damus domino Deo et domui milicie et omnibus fratribus ejusdem domus, ut superius dictum est, cum ingressibus et regressibus suis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad proficuum et ad recognitionem prefate domus milicie intelligi potest. Et de nostra potestate in potestate milicie tradimus totum supradictum perpetuo jure possidendum. Et propter istam donationem quam facimus domui milicie, recepimus de elemosinis milicie XVI solidos barchinonensium, de quibus omnibus tenemus nos bene per paccatos<sup>a</sup> integre. Et convenimus milicie per nostram fidem sine enganno quod de hoc non enganemus nec enganare dimitemus<sup>b</sup> miliciam, set faciemus totum tenere et habere in pace. Hoc fuit factum in presentia Guilelmi de Solario, preceptoris Mansi Dei, et fratris Raymundi de Elna et fratris *Duran* et aliorum fratrum. Et est manifestum. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum VIII kalendas junii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>, Filippo rege regnante. Sig++++na Arnaldi de Canuis et Marie, uxoris ejus, et filiorum eorum, Petri et Petri Arnaldi et Arnaldi, qui hoc fieri jusserunt, laudaverunt, firmaverunt testesque firmare rogaverunt. Sig++na Arnaldi de Mutationibus et uxoris ejus, Guilme Marie,<sup>c</sup> Sig+num Jordani de Mutationibus, qui omnes hoc laudaverunt, firmaverunt et diffinierunt totum

quantum habebant vel habere debebant in predicta pecia terre ad miliciam. Sig+num Petri *Steve*. Sig+num Petri *Vives*. Sig+num Petri *Amalrici*.

Arnaldus, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, cum literis<sup>d</sup> suprapositis in V<sup>a</sup> linea et rasis et emendatis in XIII<sup>a</sup> linea, die et anno quo (SM) supra.

a. paccatos *B*.    b. dimitemus *B*.    c. Guilelma Maria *B*, *llegiu* Guilelme Vicarie.    d. literis *B*.

### 123

1184, 4 de juliol

*Bernat Sanç<sup>98</sup> es dóna a la casa de la milícia de Sant Esteve<sup>99</sup> i es posa a les mans i en poder de Guillem del Soler, comanador del Masdéu, de fra Ramon de Pontellà i dels altres frares d'aquesta casa. Els dóna la vinya del Portal de Perpinyà a Malloles, així com tres vinyes que ha comprat a Guillem de Malloles i 300 sous melgoresos que té en penyora per la vinya de Berenguer Casals. Fa aquesta donació amb la condició que tingui aquestes vinyes fins a la seva mort, i si morís sense tenir un infant de la seva muller Guillema, aquestes revertirien als templers. I si prenguéss una altra muller, els fills nascuts d'aquesta unió no tindrien cap dret sobre aquesta donació. Els templers del Masdéu associen Bernat Sanç als béns de la milícia i es comprometen a rebre'l com a frare del Masdéu quan en manifesti la voluntat; i el prenen des d'ara, amb tots els seus béns i els seus drets, sota llur salvaguarda perpètua. Bernat Sanç es compromet a donar-los cada any, el dia de Nadal, una lliura de cera a títol recognitiu. I si la vinya de Berenguer Casals fos desempenyorada, els 300 sous serien de seguida commutatats per una honor a Perpinyà. Demana que els templers prenguin sota llur protecció la seva filla Fina i la seva muller Guillema, amb tots llurs béns. Dóna finalment als templers dues tines i els seus quatre millors tonells així com una lloriga i les seves armes amb els estreps.*

*B*    Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 258v-259, acta núm. 456.

98. Bernat Sanç, batlle de Perpinyà per al rei d'Aragó: 1181-1185.

99. Vegeu més amunt l'acta núm. 107.

- C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 43-46.
- D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 19-22, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus Sancius bona et spontanea voluntate mea, amore Dei et salute anime mee et remissione peccatorum meorum, reddo et dono me ipsum in vita et in morte imperpetuum domino Deo, et sancte Marie, et domui milicie Sancti Stephani, in manu et potestate Guilelmi de Solerio, preceptoris et fratris domus Mansi Dei Rossillionis, et Raymundi de Pontiliano, fratris milicie, et aliorum fratrum ejusdem loci, et dono eis firmiterque concedo, pro hereditate anime mee, domui predicte totam vineam meam de Portali Perpiniani apud Malleolis, sicut melius habeo et teneo vel habere debeo, et adhuc omnes vineas meas, scilicet III pecias quas comparavi et habui de Guilelmo de Malleolis, cum omnibus pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus; et adhuc omnem illud pignus meum quod habeo in vinea Berengarii Casalis, scilicet CCC solidi malguriensium. Sub tali tamen condicione facio hoc donum predictum domui prelibate, ut ego habeam et teneam hoc in omni vita mea. Et si ego obiero sine infante de uxore mea Guilelma, post finem meum hoc donum predictum remaneat domui predicte Sancti Stephani libere et quiete sine enganno imperpetuum. Si autem forte aliam uxorem acciperem, infantes vel infantem de ea haberem, nequeant ullo modo hereditare in honore predicto, nisi tantum modo infantes communes de me et de Guilelma uxore mea. Et ego Guilelmus de Solerio, frater milicie et preceptor Mansi Dei, cum aliis fratribus ejusdem domus, per nos et per omnes nostros fratres, presentes et futuros, accipimus te Bernardum Sancium per participem omnium bonorum domus milicie in eternum. Et semper quando pro fratre intrare volueris in predictam domum, nos vel alii fratres semper accipiamus per fratrem predicte domus milicie in eternum. Quapropter in presenti accipimus te Bernardum Sancium et omnes tuas res, cum omnibus juribus tuis, ubicumque habes, in nostra custodia domus milicie et in nostra perpetua defensione.<sup>a</sup> Et ego Bernardus Sancius convenio tibi Guilelmo de Solerio, preceptori, et fratri milicie, quod amodo alicui alii religioni in vita nec in morte nequeam ullo modo me reddere neque dare nisi tantum modo domui vestre milicie. Et quamdiu vixero in vita mea unoquoque anno in Natali Domini dabo domui milicie vel fratribus per recognitionem I libram cere. Si vero predicta vinea

Berengarii Casalis exierit de pignore, illi CCC solidi mutantur in honore apud Perpinianum noticia et aspectu dominorum et fratrum domus milicie Templi statim sine enganno. Ad ultimum Fina, filia mea, cum omnibus rebus suis, et uxor mea Guilelma, cum omnibus rebus et juribus suis, ubique habent vel habere debent ullo modo, maneant semper et sint in custodia et in protectione milicie domus et fratrum ejus in eternum, ut ipsi illas, cum juribus suis, manuteneant et deffendant. Et II tinas et III<sup>or</sup> vaxellos meliores dimitto<sup>b</sup> domui milicie, et I loricam et meas armas cum tripis. Et est manifestum. Actum est hoc III<sup>o</sup> nonas julii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi Sancii, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num Guilelmi de Solerio, preceptoris Mansi Dei, qui hoc laudavit et firmavit firmarique rogavit. Sig+num Raymundi de Pontiliano. Sig+num Berengarii de Palacio. Sig+num Durandi. Sig+num Petri Ferrolii. Sig+num Johannis fratris, fratrum omnium milicie. Sig+num Guilelme, uxoris Bernardi Sancii, que hoc laudavit, firmavit. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Guilelmi Bernardi. Sig+num Guilelmi de Malleolis. Sig+num Gauçberti de Garricio. Sig+num Bernardi de Solsa. Bernardus Berengarii, publicus scriptor, rogatus, hoc scripsit vice Guilelmi Regis, notarii, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. deffensione B.    b. dimito B.

## 124

1185 (nou estil), 16 de març

*Ramon Bonifaç, fill dels difunts Guillem Bonifaç i Gentil, ven a la casa del Temple i a Guillem del Soler, comanador del Masdéu, un mas que té a la vila de Perpinyà, a la parròquia de Sant Joan, pel preu de 420 sous melgoresos. Quantitat que ha utilitzat per alliberar aquest mas que estava empenyorat per 100 sous, així com un farraginar que estava empenyorat als leprosos per 100 sous i el mas del seu avi Bonet Bisbe que estava empenyorat a Pere Paüc per 170 sous. Ramon Aurer, oncle de Ramon, confirma aquesta venda. Bernat Sanç, batlle reial de Perpinyà, i Radulf de Malpàs confirmen aquesta transacció.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 295v-296, acta núm. 527.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 60-61, segons B.



D Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 188-192, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Raymundus Bonifacius, filius Guilelmi Bonifacii et Gentilis femine qui olim fuerunt, bona et spontanea voluntate, nullo modo coactus nec vi aliqua ductus, set sponte mea libenter, per me et per omnes meos et per omnem posteritatem meam vendo et jure perfecte venditionis trado et in presenti dono omnipotenti Deo et domui milicie Templi et tibi Guilelmo de Solerio, preceptori Mansi Dei et fratri Templi et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, ad omnem vestram voluntatem faciendam imperpetuum, unum mansum meum totum integrum, de celo usque in abyssum,<sup>a</sup> quem habeo vel habere debeo intus villam Perpiniani, in adjacentia Sancti Johannis. Affrontat autem predictus mansus de tribus partibus in mansos vestros domus sancti Templi, de quarta parte in via publica et in operatoriis que<sup>b</sup> tenet Petrus de Voluno. Quantum includitur infra istas predictas affrontationes, sic ego Raymundus prefatus vendo et trado domui milicie et vobis fratribus ejusdem loci, presentibus et futuris, in eternum, totum predictum mansum meum, de abyssoc usque ad celum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et regressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni [vestro]<sup>d</sup> vestrorum enganno et sine ullo malo ingenio absque aliquo retentu, sicut<sup>e</sup> melius ad utilitatem domus Templi et fratrum ibidem manentium intelligi vel dici potest, pretio CCCCXX solidorum malguriensium, quos omnes habui et accepi de te Guilelmo de Solerio a tuis manibus in meis de bonis domus sancti Templi, et de omnibus bene per pccatum me profiteor. De quo pretio nichil penes vos in debito remansit. Quapropter in presenti de meo jure et de mea potestate in jus et in potestatem domus Templi et fratrum totum predictum mansum, et quicquid juris ibi habeo, cum hac presenti carta imperpetuum valitura irrevocabiliter trado. Et cum hac venditione titulo vere et validissime venditionis, cum quanto nunc valet vel in futuro valebit, sive etiam majoris pretii vel bonitatis ullo modo fuerit, totum pro predicto pretio in vobis transfero et vacuo sine ulla inquietudine alicujus persone vel personarum, ad omnem vestram voluntatem in eternum faciendam, salvo tamen censu. Igitur ego Raymundus Bonifacius juro quod hanc predictam venditionem amodo ego nec aliquis pro me nec aliqua non revocabo et numquam possim eam revocare nec comovere ullo unquam in tempore sine meo assensu et voluntate ingenioque meo nullo modo revocetur, tactis

sacrosanctis Evangeliiis, set hec venditio firma et simplex inter vivos maneat et stabilis omni tempore. Unde notificetur quod de predictis CCCCXX solidis<sup>f</sup> quos de hac venditione accepi, traxi et deliberavi eundem predictum mansum de pignore pro C solidis, et unam ferraginam de posse leprosororum pro C solidis malguriensium, et mansum qui fuit avii mei Boneti Episcopi de posse Petri Pauci pro CLXX solidis malguriensium. Et est manifestum. Actum est hoc XVII kalendas aprilis, anno Christi millesimo (C<sup>o</sup>)<sup>g</sup> LXXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>. Sig+num Raymundi Bonifacii, qui hanc cartam fieri jussi, laudavi, firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num Raymundi Aurerii, avunculi ejus, qui hanc totam venditionem laudavi, firmavi firmarique testibus rogavi. Sig+num Bernardi Sancii, bajuli pro domino rege, qui hoc totum laudavit, firmavit. Sig+num Radulfi de Malo passu, qui hoc totum laudavit, firmavit. Sig+num Gozberti de Garricio. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Cerdani *Anahuga*. Sig+num Petri de Turriliis. Sig+num Guilelmi Bernardi. Sig+num Petri *Albenca*. Sig+num Bernardi de Archis.

Bernardus Berengarii, publicus scriptor, rogatus ac jussus, scripsit hoc vice Guilelmi Regis, notarii, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum B.    b. quem B.    c. abisso B.    d. vestro omès B.    e. sic B.  
f. solidis repetit per error B.    g. C<sup>o</sup> omès B.

## 125

1185 (nou estil), 20 de març

*Guillem de Montesquiu dóna a la milícia del Temple del Masdéu i posa a les mans dels frares Guillem del Soler, Berenguer de Palau, capellà, Duran, Ramon de Pontellà i dels altres frares d'aquesta casa tot el que té sobre un molí situat a la parròquia de Santa Maria de Nils, al final dels horts, més amunt del poble. Fa aquesta donació amb el consentiment de Pere Vilarnau que té aquest molí en feu d'ell. Rep a canvi una almoina de 50 sous barcelonesos i dos camps situats a la mateixa parròquia, a la riba de l'estany Gros. Pere de Vilarnau confirma aquest intercanvi i rep de Guillem aquests dos camps en feu que tindrà d'ara endavant d'ell com tenia el molí. Els templers seran lliures de desplaçar aquest molí dins els límits de la parròquia de Nils, de reconstruir-lo o de millorar-lo.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 183, acta núm. 313.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 18-19, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 193-196, segons *B*.

Manifestum sit cunctis quod ego Guilelmus de Monte Esquivo, per me et per meos dono, laudo et diffinio omnibus modis, sine ullo retentu, domino Deo et milicie Templi Mansus Dei in manu Guilelmi de Solario, comendatoris Mansus Dei, et Berengarii de Palacio, capellani et fratris, et Durandi fratris et Raymundi de Pontiliano fratris, per alodium franchum et liberum milicie Templi, totum quantum habeo vel habere debeo<sup>a</sup> in uno molendino, quod est in comitatu Rossillionis et in adjacentia Sancte Marie de *Anils*, ad capud ortorum super villam, cum exitibus et regressibus suis et terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, et cum reclausis et aqueductis et reductis et cum capud aque et *exagador*, totum, integriter ac<sup>b</sup> generaliter, cum omni melioramento, quod [...] <sup>c</sup> a terminali de *Truillars* usque ad viam publicam que discurrit per ortos de *Anils* et vadit ad Pontilianum, totum sine inganno, libere, sine vinculo alicujus viventis persone, voluntate et laudamento Petri de Villa Arnaldi, qui hoc prefatum molendinum tenet per me Guilelmum de Monte Esquivo ad feodum, dono, laudo et diffinio prefate milicie et omnibus fratribus, presentibus et futuris, Mansus Dei, per omnes voluntates eorum faciendas imperpetuum. Pro hac vero donatione et laudatione et diffinitione accipio manibus meis de caritate et elemosina L solidos barchinonensium, et pro comutatione istius mei prefati alodii, accipio in emenda II campos in adjacentia Sancte Marie de *Anils*, ad ripam Stagni *Gros*, tali conditione ut totum quantum juris et domini habeo in presenti in supra dicto molendino et pertinentiis suis habeam ego Guilelmus de Monte Esquivo et illi qui per me tenuerint in supradictis campis. Et nunc in presenti laudo et adfirmo supradictos campos esse feodum Petri de Villa Arnaldi et suorum, quod feodum teneat per me et per meos eodem modo quod supradictum molendinum olim tenebat. Et ego Petrus de Villa Arnaldi laudo et concedo et adfirmo supradictum molendinum esse alodium fratrum milicie Templi, ita ut amodo a me nec a meis non requiratur, set firmum permaneat omni tempore, et recipio datum feodum predictum a domino meo Guilelmo Montis Esquivi. Et convenio fideliter predictae milicie quod de hoc predicto Mansum Dei nec fratres presentes neque futuros non engannem, nec engannare faciam ullo modo, nec dimittam,<sup>d</sup>

set faciam habere et tenere in pace et semper habere supradictum molendinum per alodium liberum et franchum milicie Templi et fratrum. Et quocumque voluerint fratres milicie infra pretaxatos terminos mutare molendinum illum vel construere alium sive melioramentum facere ad eorum comodum et successorum suorum habeant omnibus modis licentiam sine blandimento alicujus persone viventis. Nullus hoc valeat dirumpere. Actum est hoc XIII<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>, regnante Filipo rege juniore. Sig+num Guilelmi de Monte Esquivo, qui hoc laudat et firmat et jubet firmare testes. Sig+num Petri de Villa Arnaldi, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Petri *Torn*. Sig+num Raymundi Marches. Sig+num Raymundi *Adroer*. Sig+num Bernardi de *Anils*. Sig+num Bernardi Armigerii. Nicholaus, presbiter, rogatus atque jussus, extitit scriptor, cum literis superscriptis in XI<sup>a</sup> linea, rey hujus (SM).

a. vel habeo B.      b. a B.      c. Omissió de l'escrivà B, substituïu-ho per un verb del tipus habeo.      d. dimitam B.

## 126

1185, 27 d'abril

*Ramon d'Orla fa testament. Designa el prevere Hèlia, Esteve Fabra, Ramon Guerau i Ramon Teixidor marmessors testamentaris. [1] Lliura el seu cos i la seva ànima a Déu i a la milícia del Temple amb les seves armes i la seva part dels alous que té al terme de Sant Pere de la Serra i a Sant Marçal, és a dir, la tercera part d'aquests alous que el seu pare Bernat Marçal li havia donat. [2] Llega 4 sous a l'església de Sant Esteve d'Orla, 10 sous a l'obra i 10 sous als sacerdots d'aquesta església, 10 sous a l'Hospital de Jerusalem i 5 sous a Santa Maria de l'Eula. [3] Llega a la seva germana Alemanya i als seus fills el mas on habita a la cellera d'Orla. I si ocorregués que algú li ho prengués a causa de la seva senyoria directa, aleshores que aquesta persona doni 200 sous a la seva germana per les despeses que ha fet en aquest mas. Llega a la seva germana un molí que té per Guillem de Tatzó, i que Alemanya i els seus donin 35 sous melgoresos a Salanca d'Elna per aquesta honor. [4] Llega a Orgolosa, la seva neboda, l'hort que té al terme de Sant Esteve d'Orla, prop del mas d'Esteve Comte. [5] Llega a Arnau, el seu germà, tota la resta de la seva honor, excepte els primers ingressos de l'any de la muntanya i de la*

*terra baixa. [6] Ordena als seus executors testamentaris que arpleguin totes les seves collites, salvat les que ha donat als templers, per tal de pagar les seves deixes i demana a Guillem d'En d'ajudar-los-hi. I que paguin els seus deutes, és a dir, 53 sous a Maurató, 27 sous al jueu Vidal, 35 sous barcelonesos a Bernat de Porta i Bernat Goins, 23 sous a Guillem, fill de Guillem de Montels, i 120 sous i 8 aimines d'ordi a Maurató. I per a pagar aquests deutes lliura el seu gran tonell i tot el vi del seu celler, el seu cavall i el seu bou als seus marmessors testamentaris. Llega el seu cavall a Guillem d'En amb la condició que doni ara 50 sous als executors testamentaris perquè els distribueixin com a almoïna als preveres i als pobres el setè dia després de la seva mort, i que tinguin el seu cavall fins a aquest aniversari, si no és que Guillem rebutgi donar aquesta quantitat; en aquest cas vendran el cavall i donaran 50 sous per a l'almoïna, i utilitzaran l'excedent de la venda per al pagament dels seus deutes. Demana als seus marmessors que reuneixin les seves collites al seu mas. [7] Posa aquest testament, els seus béns i els seus executors testamentaris sota la protecció i la salvaguarda dels seus senyors Berenguer d'Orla i Garsenda.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 46v-47, acta núm. 73.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 11-12, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 30, ff. 331-333, segons *B*.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest. Propterea ego Raymundus de Orulo, timeo ut nec superveniat mihi repentinus interitus, in meo pleno sensu et in mea plena memoria, volo mea ordinare non quandoque possint inordinata reperiri. Eligo ergo manumissores Heliam, sacerdotem, et Stephanum Fabrum, et Raymundum Geraldii et Raymundum Textorem, ut isti habeant potestatem accipere omnes res meas, mobiles et immobiles, et dare et dividere pro anima mea, sicut eis injunxero.

[1] In primis, dimitto<sup>a</sup> corpus meum et animam meam Deo et milicie Jherosolimitani, cum meis armis et cum mea parte de alodiis, quem habeo vel habere debeo ullo modo, aliqua voce et ratione, in termino Sancti Petri de Serra et ad Sanctum Martialem, scilicet cum hominibus et feminis et in eremis et condirectis et in omnibus rebus, sicuti melius habeo et teneo, integriter et generaliter, vel habere debeo in jam dicto termino Sancti Petri de Serra et ad Sanctum Martialem, omni tempore, sine blandimento

alicujus hominis. Et hoc mihi ex parte mei patris, Bernardi Martialis, advenit. Et dimitto<sup>a</sup> et dono prefate milicie, scilicet meam terciam partem de alodiis que pater meus, Bernardus Martialis, mihi dedit.

[2] Et dimitto<sup>a</sup> ecclesie Sancti Stephani de Orulo IIII solidos inter panem et vinum ad novum, et X solidos operi ecclesie Sancti Stephani, et X solidos presbiteris Sancti Stephani comuniter, et X solidos Hospitali Jherosolimitani, et V solidos Sancte Marie de Eulis, et hoc totum prenommatum in remissione omnium peccatorum meorum.

[3] Et dimitto<sup>a</sup> et dono mee sorori, Alamanie, et suis infantibus et eorum posteritatibus meum mansum ubi habito in cellaria<sup>b</sup> de Orulo, et si forte aliquis homo vel femina cum eis imparaverit vel abstulerit pro suo directo, CC solidos barchinonensium eis donet pro missionibus quem ibi feci; et unum molendinum, quem teneo pro Guilelmo de Taciano<sup>c</sup> in ripera<sup>d</sup> de Ted, in casale<sup>e</sup> molendinorum de Orulo; et totum meum honorem, quem habeo et habere debeo in termino Sancte Marie de Palaciolo, sicuti teneo integre pro Gomballo de Taciono.<sup>c</sup> Et Alamania vel sui donent XXXV solidos malguriensium Salanchus de Elna vel suis pro ipso honore.

[4] Et dimitto<sup>a</sup> et dono Erguluse, mee nepote, ortum meum, quem habeo in termino Sancti Stephani de Orulo, juxta mansum Stephani Comitit.

[5] Et dimitto<sup>a</sup> et dono Arnaldo, fratri meo, et suis totum alium honorem meum ubicumque sit, exceptum illud quod superius est nominatum et exceptos primos expletos istius anni de monte et de plano.

[6] Et mando meis manumissoribus atque rogo ut omnes meos expletos colligant fideliter, exceptos expletos milicie, et manumissionem meam solvant. Et Guilelmum *d'En* valde deprecor ut de hoc eos manuteneat et eis adjuvet. Et illi prefati manumissores mea debita persolvant, scilicet Maurotono LIII solidos malguriensium, et Vitali judeo XXVII solidos de cabalo, et Bernardo de Porta et Bernardo *Goins* XXXV (solidos) barchinonensium inter ambos, et Guilelmo, filio Guilelmi de *Montels* XXIII solidos barchinonensium de cabalo, et Mauratono jam dicto CXX solidos barchinonensium et VIII eiminas ordei. Et dimitto<sup>a</sup> et dono debitis meis vas majorem meum et totum vinum de cellario meo et rocinum et bovem in potestate manumissorum meorum. Et dimitto<sup>a</sup> Guilelmo dictum

cavallum meum, sub tali conventionem ut ipse L solidos barchinonensium manumissoribus meis prefatis det in presenti. Et illi in die mei septimi sacerdotibus et cum pauperibus eos donent et ipsi cavallum teneant post mortem meam quousque ad meum septimum diem nisi Guilelmus *d'En* vel sui eos dare noluerit donec ad septimum diem manumissores predicti vendant cavallum et donent L solidos jam dicte elemosine; et hoc quod remanserit donent debitis meis. Et manumissores prefati meos expletos in manso meo mittant.<sup>f</sup>

[7] Et ego Raymundus de Orulo mitto istud meum testamentum et omnia mea et manumissores sub tutela et defensione<sup>g</sup> et in potestate dominorum meorum, Berengarii de Orulo et Garsende, quatinus illud testamentum meum sequi per suam legalem personam faciant, si eis placet, sicut est statutum et scriptum. Siquis hoc testamentum ad dirrumpendum venerit, non hoc valeat, set in duplo componat. Quod est actum V<sup>o</sup> kalendas may, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> V, regnante Philipo rege. Sig+num Raymundi de Orulo, qui hoc testamentum fieri jussit, firmavit, laudavit testesque firmare rogavit. Sig+num Helie, sacerdotis. Sig+num Stephani Fabri. Sig+num Raymundi Geraldi. Sig+num Raymundi Textoris. Sig+num Arnaldi Fabri. Sig+num Petri Comitit. Sig+num Bernardi *Eichard*.

Poncius, sacerdos, hoc testamentum scripsit, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. dimito *B*.    b. cellario *B*.    c. *Cal* *llegir* Tacione.    d. *Sic B per* riparia.  
e. casuale *B*.    f. mitant *B*.    g. deffensione *B*.

## 127

1186 (nou estil), 7 de gener

*Pere Arnau i les seves filles Maria i Adelaida donen a la milícia del Temple i a Guillem del Soler, comanador del Masdèu, un hort amb totes les oliveres que hi tenen, és a dir, dues oliveres i la tercera part de sis més, que tenen per la milícia a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca.*

A Original, pergami, amplada 165 mm, alçada 90 mm, ADPO, Hp190.<sup>100</sup>

100. El document porta al dors una anotació del segle xv en català: «Villa mulaca. Orts del Temple», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 937».

- B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 93-94, segons A.
- C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 197-199, segons A.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus Arnaldus et filie mee Maria et Aladaidis, nos per nos et per omnes nostros, bono animo et congrua voluntate, in remissione peccatorum nostrorum damus et omni modo evacuamus domino Deo et domui milicie Templi et tibi Guilelmo de Solario, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus, presentibus et futuris, I ortum, cum omnibus olivariis quos habemus intus, scilicet II olivarios proprios nostros et terciam partem in VI olivariis. Quem ortum tenemus pro milicia predicta in Villa mulacha, in adjacentia Sancti Juliani ejusdem ville. Affrontat autem ab oriente predictus ortus in orto Rose femine, quem tenet pro milicie, a meridie in orto Boneti et nepotum suarum,<sup>a</sup> quem tenet pro milicia, ex occidente in orto Petri de *Correg*, quem tenet pro milicia, ab aquilone in orto predictae milicie proprio. Quantum infra istas aff(r)ontaciones<sup>b</sup> superius scriptas nos prenominati habemus et habere debemus, totum sine enganno et sine omni malo ingenio et omni retentu damus et de nostra potestate in vestra in presenti tradimus perpetuo jure possidendum predictae milicie et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, cum ingressibus et regressibus suis et pertinentiis, ut superius dictum est, per liberum alodium, ad omnes voluntates faciendas vestras, sicut melius ad vestrum proficuum intelligi potest, in perpetuum, sine ullo retentu. Et est manifestum. Quod est factum VII idus januarii, anno dominice Incarnacionis M° C° LXXX° V°, Filipo rege regnante. Sig+++na Petri Arnaldi et filiarum ejus Marie et Aladaidis, qui hoc fieri jusserunt, laudaverunt, firmaverunt firmiterque rogaverunt. Sig+num Petri de *Correg*. Sig+num Arnaldi de *Correg*. Sig+num Raimundi de *Correg*.

ARNALDUS, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

- a. Sic A per suorum.      b. affontaciones A.

1186 (nou estil), 24 de febrer

*Bernat de Nils, la seva esposa Beatriu i els fills d'aquesta, Berenguer i Beatriu, donen a la milícia del Temple, a Pere d'Aiguaviva,*



*comanador del Masdéu, i als frares d'aquesta un camp que posseeixen a la parròquia de Santa Maria de Nils, més avall de l'estany de Caraig. Bernat de Sant Nicolau i la seva esposa Garsenda han confirmat aquesta donació, per la qual Bernat de Nils ha rebut un bou.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 194v-195, acta núm. 339.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 61-62, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 200-202, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus de *Anils* et uxor mea Beatrix et filii ejus Berengarius et Beatrix, nos insimul, per nos et per omnes nostros, bono animo et congrua voluntate, in remissione omnium peccatorum nostrorum damus et diffinimus et omnibus modis evacuamus domino Deo et domui milicie Templi et tibi Petro de Aqua viva, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et cui dare, vendere aut inpignorare volueritis imperpetuum, per liberum alodium, unum campum nostrum, quem habemus et habere debemus infra fines et terminos ville de *Anils*, in adjacentia Sancte Marie ejus ville, subtus stagnum de *Cirag*. Affrontat autem predictus campus ab oriente in via que discurrit<sup>a</sup> de *Anils* ad Sanctum Nicholaum, a meridie in terra Petri Ferrarii, ex occidente in campo Sancte Marie de Arulis, ex aquilone in stagno de *Caraig*. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas nos prenominati habemus et habere debemus, totum, sine enganno et sine omni retentu, damus pro amore Dei predictae domui milicie et vobis jam dictis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et cui volueritis, cum ingressibus et regressibus suis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et recognitionem intelligi potest, de nostra potestate in vestra trahendo perpetuo jure possidendum per liberum alodium ad omnes voluntates vestras faciendas. Quem campum [faciemus]<sup>b</sup> vobis tenere semper et possidere in pace sine ullo malo ingenio. Quod est factum VI<sup>o</sup> kalendas martii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX V<sup>o</sup>, Filippo rege regnante. Sig++na Bernardi de *Anils* et uxoris ejus Beatricis, Sig++na Berengarii et Beatricis filiorum ejus, qui hoc fieri jusserunt, laudaverunt, firmaverunt firmarique rogaverunt. Sig++na Bernardi de Sancto Nicholao et uxoris ejus Garsendis, qui hoc laudaverunt et firmaverunt. Sig+num Bernardi *Escuder*. Sig+num Stephani Ponci. Sig+num Raymundi *Marches*.

Arnaldus, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra. Et pro hac donacione habuit Bernardus de *Anils* unum bovem de bonis domus milicie.

a. decurrit *B.*    b. faciemus *omès B.*

## 129

1186, 9 de juny

*Guillema, filla del difunt Guillem de Tuïr, i el seu marit Bernat de Queixàs, amb el consentiment de les seves germanes Saurina i Beatriu, donen a la milícia del Temple i a Pere d'Aiguaviva, comanador del Masdèu, tot el que tenen al camp anomenat Camp del Diluvi, situat a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà. Per aquesta concessió han rebut 100 sous melgoresos. Les germanes de Guillema han confirmat aquesta donació, i és per això que cada una ha rebut 5 sous barcelonesos. Arsenda, filla de Guillema, també ha confirmat la donació.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 168f-v, acta núm. 282.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 62-63, segons *B.*

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 203-206, segons *B.*

Notificetur cunctis, presentibus et futuris, quod ego Guilelma, filia Guilelmi de *Tuir* qui fuit, et vir meus Bernardus de Kexanis, cum voluntate ac laudamento sororum mearum Saurine ac Beatricis,<sup>a</sup> per nos et per omnes nostras posteritates et pro amore Dei et propter remedium animarum nostrarum donamus et concedimus ac diffinimus domino Deo et milicie [Templi]<sup>b</sup> et tibi Petro de Aqua viva, preceptori Mansi Dei, omnibusque aliis fratribus, presentibus et futuris, omne quod habemus vel habere debemus qualicumque voce vel ratione in quodam campo qui dicitur Campus de Dilubio. Et est jam dictus campus in episcopatu Elnensis,<sup>c</sup> in adjacentia et in terminis Sancte Eugenie de Ortafano. Et affrontat ab oriente in *correg* qui exit de Fonte Ferrerio, a meridie in alodio ejusdem milicie Templi et in fexis terrarum Renardi et Petri Pela, ab aquilone et ab occidente in *correch* qui dicitur de Dilubio. Sicut iste IIII<sup>or</sup> affrontationes includunt, sic ego predicta et vir<sup>d</sup> meus Bernardus de Kexanis, cum voluntate sororum mearum predictarum, damus ac concedimus et diffinimus per nos et per omnes nostros quicquid in prefato campo habemus vel habere debemus

domino Deo et predicte milicie Templi per omne tempus, sine aliquo retentu et sine contradictu ullius persone, sicut melius ad utilitatem milicie intelligi potest; et totum jus quod in supradicto campo habemus vel habere debemus in jus predicte milicie in presenti et plenarie tradimus ad faciendum omnes voluntates suas. Et ego Guilelma predicta et vir meus Bernardus de Keixano pro hac donatione et diffinitione accepimus de bonis milicie C solidos malguriensium bonorum, de quibus recognoscimus nos bene esse paccati ad nostram voluntatem. Et insuper ego Guilelma predicta promitto<sup>e</sup> et convenio predicte milicie Templi jure jurando super III<sup>or</sup> Evangelia quod contra hanc donationem vel diffinitionem in aliquo non veniam. Et est manifestum. Qui hanc cartam hujus donationis et diffinitionis dirumpere voluerit, agere non valeat, set in duplo componat, et postea hec carta firma et stabilis sit omni tempore et non corrumpetur. Que est facta V<sup>o</sup> idus junii, anno ab incarnatione Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>, regnante Filipo rege in Francia. Sig++na Guilelme, filie Guilelmi de *Tuyr* qui fuit, et viri mei Bernardi de Kexanis, qui hanc cartam fieri jussimus, firmavimus atque laudamus testesque firmare rogavimus. Sig++na Saurine et Beatricis, sororum Guilelme predicte, que<sup>f</sup> hanc cartam laudaverunt et firmaverunt bona ac spontanea voluntate, et unamquamque earum habuit de bonis milicie V solidos barchinonensium bonorum. Sig+num Poncii Poncii de Tresserra. Sig+num Arnaldi Magistri. Sig+num Raymundi de Pladencia. Sig+num Arssendis, filie Guilelme predicte, que hoc firmavit et laudavit.

Guilelmus de Milicia scripsit hanc cartam, cum signis positus de XVI<sup>a</sup> linea in XVII<sup>a</sup>, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

B. a. Batricis B. b. *Paraula il·legible B.* c. Eln B. d. viri B. e. promito B. f. qui B.

### 130

1186, 16 de juny. Al castell de Conat

*Guillem Bernat de Paracolls, amb l'acord de la seva muller Blanca de Conat, dóna als frares de la milícia del Temple i a Pere d'Aiguaviva, comanador del Masdèu, un cortal i una tinença de la seva honor situada a les Molleres de Marçac, als confins de la vila d'Orbanyà, els límits de la qual estan precisats a l'acta. Els concedeix els drets de pastura i els drets d'ús a*

*totes les seves honors i per totes les pastures que estan sota el seu domini. Es compromet, en nom seu i en nom dels seus successors, que no s'edifiqui cap cortal dins els límits de la tinença que els dóna fins al cortal de l'Hospital de Jerusalem. Lliura aquesta honor en possessió dels templers en mans de Balduí, frare de Perpinyà, i de Pere de Déu. Guillem Bernat els concedeix igualment la facultat d'adquirir el que vulguin dins els límits d'aquesta tinença. Per la present carta valida i confirma les honors, agrer o terra cultivada, que els seus feudataris, o qualsevol altre, els hagin donat. Per aquesta concessió, rep un bon cavall dels béns de la casa del Masdèu.*

- A Original, pergamí, amplada 350/355 mm, alçada 225/230 mm, ADPO, 1B83.<sup>101</sup>
- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 61v, acta núm. 99.
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 33-35, segons B.
- D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 207-210, segons B.

Notum sit omnibus quod ego Guilelmus Bernardi de Paracollis, cum laudamento Blanche de *Chonat*,<sup>a</sup> uxoris mee, per me et per meos infantes et per omnes posteros meos, dono, laudo et inperpetuum concedo Deo et domui milicie Templi Jherosolimitani et fratribus, presentibus et futuris, et tibi, Petro de Aqua viva, preceptori in Manso Dei, cortale et tenenciam honoris ad *Moleres de Martisag*, in finibus ville *Orbagnan*. Et predictus honor habet affrontaciones ab oriente in Colle *de Creu*, a meridie in rivo de *Faja de Martisag*, ab occidente in ipso colle *de Cab Reg*,<sup>b</sup> ab aquilone<sup>c</sup> in fonte et in campo de *Madresena*. Quantumcumque infra has affrontaciones habeo et debeo aliquo modo habere, dono et offero Deo et supranominate domui et fratribus, presentibus et futuris, pro redemptione peccatorum meorum et pro animabus patris mei et matris, ad omnes vestras voluntates faciendas, laborandi, hedifandi<sup>d</sup> vel faciendi, quod vobis aut vestris placeat. Et concedo, dono et laudo domui supranominate et vobis, supradictis fratribus, presentibus et futuris, paschua et adempramenta in omnibus meis honoribus et per totas ipsas chalmes, sicuti ex mea dictione et dominatione sunt et esse debent. Item, facio vobis pactum per me et per omnes<sup>e</sup> meos

101. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari a final del segle XIII; una menció del segle XIV: «de Conflent», i una signatura topogràfica del segle XV: «n° CCLVI».

successores, ut a supradicta tenencia, quam vobis dono, usque in cortale Ospitalis<sup>f</sup> Jherosolimitani, cortalem aliquod non fiat. Hoc supradictum donum facio ratum, firmum et irrevocabile Deo et domui sepedicte et vobis, fratribus, presentibus et futuris. Et de meo jure et potestate trado honorem supradictum in jus vestrum et potestatem in manu Baldovini, fratris Perpiniani, et Petri de Deo, cum hac carta donacionis titulo perfecte, nullo mihi vel meis ibi jure retento vel reservato. Item, licenciam vobis et vestris tribuo et concedo ut quecumque in finibus illis inpetrare, comprare et adquirere possitis. Honorem, agrarium vel laboracionem, que fevodarii mei vobis dedissent, aut quislibet alius, vestra sint propria et vestrorum, et a meis et a me ipso sub hac carta laudata, concessa et firmata. Accipio quoque de bonis domus Mansi Dei chavallum<sup>g</sup> unum bonum. Et est manifestum. Quicumque hanc cartam rumpere voluerit, duplo componat, et omni tempore firma permaneat. Facta anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> CLXXXVI, die XVI kalendarum julii. Sig+num Guilelmi Bernardi, sig+num Blanche de Conato, sig+num Guilelmi de Paracollis, sig+num Seccharii,<sup>h</sup> sig+num Guilelme, infantum nostrorum, qui omnes hanc cartam firmavimus atque firmari rogavimus et mandavimus. Sig+num Raimundi, capellani de Chonato et presbiteri. Sig+num Berengarii de *Lugols*. Sig+num Guilelmi de *Lugols*. Sig+num Raimundi Chonilli. Sig+num Arnaldi de *Lugols*.

Rainaldus<sup>i</sup> scripsit hec in castello de<sup>j</sup> Chonato (SM) die et anno quo supra.

a. Chonato B.    b. Cap Reg B.    c. ab quilone B.    d. hidifandi B.    e. omnes omès B.    f. Hospitalis B.    g. cavallum B.    h. Seccarii B.    i. Raynaldus B.    j. de omès B.

### 131

1186, 2 d'agost

*Guillem de Montesquiu dóna a la casa de Sant Salvador [de Cirà] al Rosselló, i a Guillem, el seu capellà, un molí situat prop de Sant Esteve de Nidoleres, al nou casal dels molins dels homes de Banyuls dels Aspres, amb tots els seus drets, usos i equipaments. Si s'hagués de traslladar el casal per qualsevol raó, la propietat continuaria essent del convent. Per aquesta concessió, el donant ha rebut 40 sous barcelonesos de les mans del capellà. Saurimunda, germana de Guillem, confirma aquesta donació.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 12v, acta núm. 23.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 36-37, segons B.

Manifestum sit cunctis quod ego Guilelmus de Monte Esquivo, per me et per omnes successores meos, sine enganno et sine ullo retentu, dono et concedo et in presenti trado domui Sancti Salvatoris de Rossellione et tibi G(uilelmo), capellano predictae domus, unum molendinum in casali novo molendinorum hominum de *Baynuls* de Asperis, in adjacentia Sancti Stephani de Nidoleres, juxta molendinum<sup>a</sup> G(uilelmi) Bajuli, cum exitibus et regressibus suis, et terminis, et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, et cum aqua, et recco, et reclausis, et cum aqueductis et reductis, et cum omnibus rebus que ad molendinum pertinent, intus et foris. Sic, integre ac generaliter, per alodium franchum et liberum dono imperpetuum dicte domui Sancti Salvatoris et tibi G(uilelmo), capellano, et omnibus successoribus tuis, per omnes voluntates vestras faciendas omni tempore. Si vero predictum casale molendinorum illorum mutaretur vel remutaretur ibi vel in alio aliquo loco propter aquas vel propter aliam causam [...] <sup>b</sup> sit vestrum molendinum sicuti nunc est ubi modo est. Et sicut superius scriptum est, predictum molendinum predictae domui Sancti Salvatoris et tibi G(uilelmo), capellano, trado, dono et laudo, et ita quod nulla occasione possim ego vel mei per [...] <sup>b</sup> a vobis [...] <sup>b</sup> quicquid [...] <sup>c</sup> predicto molendino in vestrum jus et dominium in presenti transeat. Et propter hanc donationem et concessionem predictam, quam vobis facio, habui et recepi manibus meis manibus vestris XL solidos barchinonensium, quos mihi donetis de bonis Sancti Salvatoris per [...]. <sup>d</sup> Siquis vero contra hanc donationem ad irrumpendum venerit, convenio vobis predictis, et successoribus vestris, per bonam fidem meam, sine dolo et fraude, quod vos defendam<sup>e</sup> et faciam habere et tenere vobis supradictum molendinum per alodium omni tempore. Nullus hoc valeat dirrumpere. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> idus augusti, anno Christi MCLXXXVI, regnante Filipo rege in Francia. Sig+num Guilelmi Montis Equivi, qui hanc cartam donationis fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Saurimonde, sororis Guilelmi Montis Esquivi, que hoc laudo et firmo. Sig+num G(uilelmi) Botine, bajuli. Sig+num Arnaldi Oliba de *Banuls*. Sig+num Rossellionis de Aguillana. Sig+num Petri Arnaldi. Sig+num David. Sig+num Deus *lo salv Redon*.

Nicholaus, presbiter, rogatus atque jussus, extitit scriptor rey (SM) hujus.

- a. molendinum B.    b. *Paraula il·legible B.*    c. *Dues paraules il·legibles B.*  
 d. *Passatge il·legible, llacuna de 20 mm B.*    e. *deffendam B.*

## 132

11[9]6, 19 de desembre<sup>102</sup>

*Ermengol Estevet i la seva esposa Ermessenda venen a la milícia del Temple, a Gausbert de Serra, comanador del Masdéu, i a tots els frares d'aquesta casa un casal que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà pel preu de 260 sous barcelonesos. Elisenda, germana d'Ermengol, confirma aquesta venda.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 269v-270, acta núm. 475.  
 C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 23-26, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Ermengaudus Stephaneti et ego Ermessendis, uxor ejus, nos II simul per nos et per omnes nostros presentes ac futuros, non inducti dolo neque [vi]<sup>a</sup> nec circumventi in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus Deo et domui milicie Templi et Manso Dei et tibi Gozberto de Cerris, preceptori ejusdem domus, omnibusque fratribus et Templariis ejusdem ibidem presentibus atque futuris,<sup>b</sup> et vestris, et cui dare vel dimittere<sup>c</sup> volueritis, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, I *casal* nostrum, a celo usque in abyssum,<sup>d</sup> quem habemus et habere debemus intus villam Perpiniani, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani ejusdem ville.<sup>e</sup> Et affrontat ab oriente et ab aquilone in viis publicis, a meridie in casali Raymundi Guillmi<sup>f</sup> qui fuit, ab occidente in casali Arnaudi Ferrerii. Sicut in hiis jam dictis IIII<sup>or</sup> affrontacionibus includitur, sic nos prenominati vendimus vobis predictis, et predicte domui, et successoribus vestris, totum predictum casalem<sup>g</sup> et quicquid juris in ipso habebamus et habere debebamus ulla voce vel aliqua racione, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, libere et quiete

102. L'any 1186 del text és erroni, atès que Pere del Vernet no pren la direcció de l'escripció de Perpinyà fins a partir de l'any 1196, després que deixa d'aparèixer el notari Guillem Reig. Ramon del Vernet és atestat a partir de l'any 1197. El copista del cartularista, versemblantment, ha omès anotar una X al rang de les desenes.

absque aliquo retentu, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, pro CC<sup>tis</sup> LX solidis barchinonensium, de quibus omnibus a vobis de bonis milicie Templi profitemur nos a vobis bene esse paccatos. Quapropter in presenti de nostro jure et de nostra potestate in vestrum jus et in vestram potestatem et vestrorum tradimus irrevocabiliter totum predictum casalem et quicquid juris in ipso habebamus et habere debebamus, et vos hodie in possessionem mittimus<sup>h</sup> ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam. Et si hec predicta vendicio magis valet predicto precio, vel inantea est valitura, quicquid est illud seu illam magis valenciam vobis et vestris damus et laudamus firmiterque concedimus ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam. Et si aliqua lege vel aliquo jure contra hoc venire poterimus, illi legi et juri scienter renunciamus. Et ita totum, ut in hac carta continetur, nos observaturos bona fide per stipulacionem promittimus.<sup>i</sup> Et est manifestum. Actum est hoc XIII<sup>o</sup> kalendas januarii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>. Sig+num Ermengaldi Stephaneti. Sig+num Ermessendis, uxor ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Alissendis, sororis predicti Ermengaudi Stephaneti, qui hoc totum laudavit et firmavit. Sig+num Guilelmi Bernardi. Sig+num Guilelmi de Sejano. Sig+num Ermengaudi Grossi. Sig+num Petri Jacobi. Sig+num Jordani de Texneriis. Poncius de Bajolis scripsit hoc vice Petri de Verneto et hoc sig-(SM)-num fecit. Petrus de Verneto, presbiter, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. vi omès B.    b. presentes atque futuros B.    c. dimitere B.    d. habissum B.  
e. Sic B.    f. Sic B.    g. casale B.    h. mitimus B.    i. promittimus B.

### 133

11[9]7 (nou estil), 30 de gener<sup>103</sup>

*Arnau Ferrer ven a Gausbert de Serra, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa un casal que té a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà pel preu de 200 sous barcelonesos. Gausbert de Serra ha pagat a Pere Ramon de Tolosa, batlle de Perpinyà, el foriscapi que deuen els templers i Arnau Ferrer.*

103. La mateixa remarca que per a l'acta precedent. Cal llegir 1197, l'any a partir del qual Ponç de Bajoles és atestat com a escrivà instrumentari sota l'autoritat de l'escrivà públic Pere del Vernet.



- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 269r-v, acta núm. 474.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 187-188, segons *B*.  
*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 27-30, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Arnaudus Ferrarius per me et per omnes meos, presentes ac futuros, non coactus ulla vi nec deceptus fraude, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domui milicie Templi et tibi Gausberto de Serris, preceptori domus Mansi Dei, omnibusque fratribus ejusdem domus ibidem presentes atque futuros, et vestris, et cui dare vel dimittere<sup>a</sup> volueritis, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, I casalem meum, quem habeo et habere debeo intus villam Perpiniani, in adjacencia Sancti Johannis ejusdem ville, et affrontat ab oriente in casale<sup>b</sup> predicte domus milicie Templi, a meridie in bordis Raymunde, uxoris Bernardi Benedictis, ab occidente et ab aquilone in viis publicis. Sicut in hiis predictis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic vendo et laudo firmiterque concedo predicte domui milicie Templi et tibi Gauçberto de Serris predicto, preceptori domus Mansi Dei, omnibusque fratribus predicte domus ibidem presentes atque futuros, totum predictum casalem, a celo usque in abyssum,<sup>c</sup> integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro<sup>d</sup> vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, pro CC solidis barchinonensium, quos omnes a vobis me habuisse et accepisse concedo, et de omnibus a vobis ex bonis predicte domus milicie Templi profiteor me bene esse paccatum. Et modo in presenti de meo jure et de mea potestate in jus et in posse predicte domus milicie Templi et vobis hodie in possessionem mittimus,<sup>e</sup> ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, totum predictum casalem,<sup>f</sup> a celo usque in abyssum.<sup>c</sup> Et si hec predicta vendicio modo plus valet de predicto precio, vel inantea est valitura, quicquid est seu illud magis valencia vobis et vestris dono et laudo firmiterque concedo, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, salvo semper jure [dicte]<sup>g</sup> domui. Et si aliqua lege vel aliquo jure sive mori contra hoc venire potero, illi legi et juri ac mori scienter renuncio. Et ita totum, ut in hac carta continetur, me observaturum bona fide

promitto.<sup>h</sup> Et est manifestum. Actum est hoc III<sup>o</sup> kalendas februarii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>. Sig+num Arnaudi Ferrerii, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sciendum<sup>i</sup> est quod ego *Gauçbert* de Serris predictus persolvi totum foriscapium Petro Raymundo de *Tolosa*, bajulo Perpiniani, pro nobis metipsis et pro te Arnaldo Ferrario predicto. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Guilelmi de Sezano. Sig+num Raymundi Saccei. Raymundus de Verneto scripsit hoc vice Petri de Verneto et rasisit et emendavit in VIII<sup>a</sup> linea, et suprascriptis in XIII<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Verneto, presbiter, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitere B.    b. casalo B.    c. habissum B.    d. vestro *afegit a la interl-*  
*nia B.*    e. mitimus B.    f. casale B.    g. dicte *omès B.*    h. promito B.    i. si-  
ciendum B.

## 134

1187, 28 de març

*Un litigi enfrontava l'Església d'Elna a la casa del Masdèu a propòsit dels delmes i primícies de la part de l'estany de Caraig que els templers tindran des d'ara a la parròquia de Sant Esteve de Pontellà; del camp d'Elna que Garsenda d'Avalrí ha llegat al Masdèu; del que la milícia té a l'estany de Bages, i de tots els altres litigis que hi havia entre ells. De tot això, tret de la qüestió de l'estany de Bages, Guillem, bisbe d'Elna,<sup>104</sup> i tots els clergues d'aquesta Església s'han posat d'acord amb mestre Ramon de Canet, amb Galí, administrador del Masdèu, i els altres frares d'aquesta casa, a saber: que la milícia tingui el camp en alou, salvat els delmes i les primícies, que tingui la seva part de l'estany de Caraig en alou, amb la condició que doni cada any a l'Església d'Elna onze aimines d'ordi i tres aimines de forment, segons la mesura de Perpinyà, pels delmes i les primícies quan s'hi faci una collita, però no donaran res pels llegums, i no hauran de donar res els anys que no puguin collir aquestes catorze aimines. Les catorze aimines s'hauran de lliurar al lloc on s'hagi batut la collita del camp. De la mateixa manera, els templers hauran de renunciar a totes les*

104. Guillem de Ceret, bisbe d'Elna: 1187-1197.

*accions que han pogut tenir en contra de l'Església d'Elna i dels seus clergues fins ara. Quant a l'estany de Bages, els templers donaran llur dret al bisbe i als clergues d'Elna quan aquests ho vulguin.*<sup>105</sup>

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 119v-120, acta núm. 190.  
*C* Còpia autèntica del 3 de juny de 1406, pergamí, amplada 335 mm, alçada 285/290 mm, ADPO, Hp186, agafada en el *Liber dotaliarum capituli ecclesie Elnensis*.<sup>106</sup>  
*D* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 53-54, segons *B*.  
*E* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 220-224, segons *B*.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod contentio fuit inter Elenensis ecclesiam et domum milicie Mansi<sup>a</sup> Dei, de decimis et primiciis de illa parte stagni de *Carag*, quam ipsa domus modo tenet et possidet, quod est in terminis<sup>b</sup> Sancti Stephani de Pontiliano; et de campo, quem<sup>c</sup> Garsendis<sup>d</sup> de Avalrino reliquid<sup>e</sup> predictae domui; et de hoc quod milicia tenet in stagno de *Bagis*; et de omnibus aliis querelis que inter predictam ecclesiam et domum jam dictam vertebantur. De quibus omnibus predictis Guilelmus,<sup>f</sup> Helenensis<sup>g</sup> episcopus, et omnes clerici ejusdem Ecclesie, cum magistro Raymundo de Caneto et cum Galino, dispensatore Mansi Dei, et cum omnibus aliis fratribus, ad bonum finem<sup>h</sup> et ad bonam concordiam, excepto stagno de *Bagis*, veniunt, videlicet quod milicia predicta habeat libere et quiete campum predictum

105. El litigi que enfronta els templers a l'Església d'Elna a propòsit de l'estany de Bages fou l'objecte d'un arbitratge del rei de Catalunya-Aragó Alfons I el mes de març de 1195, vegeu més endavant l'acta núm. 160.

106. «Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento reperto in libro dotaliarum honorabilis capituli Ecclesie Elnensis, cujus rubrica sic se habet: Carta de stagno de Carag Pontiliani. Tenor vero dicti instrumenti talis est: [Segueix la transcripció de l'acta del 28 de març de 1187.] Et nos Petrus Guarejati, vicarius Elnensis, huic transumpto a suo originali sumpto et per nos comprobato, ut ei fides plenaria adhibeatur in iudicio et extra, auctoritatem nostram judiciariam interponimus pariter et decretum. Ego Petrus Doneya, publicus auctoritate reverendi domini Elnensis episcopi notarius, hoc presens translatum a dicto suo originali instrumento in dicto libro dotaliarum reperto bene et fideliter sumi et translatavi verbo ad verbum, puncto ad punctum, nichill addito nichilque remoto quod sensum mutet vel viciet aut corrumpat intellectum, videntibus et legentibus tribus testibus literatis ad hoc specialiter convocatis, videlicet discretis Johanne Missoni, Jacobo Bolosum et Petro Villarasa, notariis civitatis Elne, qui omnes tres una mecum hoc presens translatum cum dicto suo originali instrumento tenuerunt, legerunt et aprobaverunt et bene in omnibus et per omnia convenire invenerunt Elne, die tertia mensis junii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexto, et in testimonium premissorum signo meo solito signavi (SM).» El document porta al dors la representació d'un blasó sobremuntat d'una creu patent al cim i la signatura topogràfica «n° 17» que procedeix d'un inventari de l'arxiu capitular d'Elna; la menció «armari segon, caseta quinta»; la signatura topogràfica «212», i la lletra «C», tot dels segles XVII o XVIII.

de Elna per alodium, exceptis decimis et primiciis, et habeat illam partem stagni de *Carag*<sup>i</sup> libere et quiete per alodium, sub tali tamen conditione quod singulis annis predicta milicia donet Elenensis ecclesie XI eiminas<sup>l</sup> ordei et III<sup>k</sup> frumenti pro decimis et primiciis predicti stagni, ad mensuram Perpiniani, quando fuerit ibi expletum, quod ad minus predictae XIII emine<sup>l</sup> inde colligantur, excepto de legumine, de quo nichil detur. Et si XIII emine<sup>l</sup> de expleto non poterunt colligi, illo anno dari non debeat. Que XIII emine<sup>l</sup> predictae dentur in eo loco ubi expletum predicti campi fuerit tritratum. Similiter, fratres<sup>m</sup> milicie Templi remittunt<sup>n</sup> Elenensis ecclesie et eisdem<sup>o</sup> clericis omnes querelas, quas de predicta ecclesia et de predictis clericis habent vel habere possunt usque ad diem istum. Et de stagno de Bagis quando episcopus vel cleri Helenensis<sup>g</sup> voluerint habere directum, fratres<sup>m</sup> milicie faciant eis directum. Sicut superius scriptum est, ego Guilelmus,<sup>p</sup> Helenensis<sup>g</sup> episcopus, et omnes clerici ejusdem Ecclesie, per nos et per successores nostros, laudamus et confirmamus omnia suprascripta imperpetuum milicie Templi et tibi magistro Raymundo de Caneto et tibi Galino<sup>q</sup> et aliis fratribus, presentibus et futuris, ejusdem domus. Et ego Raymundus de Caneto et ego Galinus, preceptor Mansi<sup>a</sup> Dei, cum omnibus fratribus Mansi<sup>a</sup> Dei, per nos et per successores nostros, laudamus et concedimus Deo et beate Eulalie et tibi Guilelmo,<sup>r</sup> Elenensis episcopo, et omnibus clericis ejusdem ecclesie, omnia suprascripta imperpetuum. Siquis contra hoc ad irrumpendum venerit, agere non valeat, set in duplo<sup>s</sup> componat. Quod est actum V<sup>t</sup> kalendas aprilis, anno incarnationis Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>,<sup>u</sup> regnante Philipo rege in Francia. + Guilelmi<sup>v</sup> Elenensis episcopi. Sig+++na magistri Raymundi de Caneto et Gallini,<sup>w</sup> preceptoris Mansi<sup>a</sup> Dei, qui hanc cartam scribere jusserunt, firmaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num Artaldi, archidiaconi. Sig+num Poncii Rasore, sacriste. Sig+num Guilelmi Jordani, Sig+num Raymundi de Villalonga, precentorum.<sup>x</sup> Sig+num Guilelmi<sup>v</sup> de Villario. Sig+num Guilelmi<sup>v</sup> de Ortafano,<sup>y</sup> archidiaconi. Sig+num Bernardi de Bacho.<sup>z</sup> Sig+num fratris<sup>aa</sup> Guilelmi<sup>v</sup> Burdi.<sup>ab</sup> Sig+num fratris Andree, preceptoris de Palacio. Sig+num Berengarii Rubei.<sup>ac</sup> Sig+num Berengarii<sup>ad</sup> de Podio. Sig+num Petri Amblardi. Sig+num Raymundi Amblardi. Sig+num fratris<sup>aa</sup> Berengarii capellani.

Raymundus Porcelli, caputscole, scripsit hanc, rogatus, die et anno quo (SM) supra.

a. manssi C.    b. termino C.    c. Sic BC per quod.    d. Guarssendis C.    e. reliquit C.    f. predictus Guillermus C.    g. Elenensis C.    h. finem omès C.    i. Que-

rag C. j. undecim ayminas C. k. tres C. l. quatuordecim aymine C. m. ffratres C. n. remittunt C. o. ejusdem C. p. Guillelmi C. q. Gualino C. r. Guillelmo C. s. dupplo C. t. quinto C. u. millesimo centesimo octuagesimo septimo C. v. Guillermi C. w. Gualini C. x. precentorum B, precentor C. y. Ortaffano C. z. Bagerno B. aa. ffratris C. ab. Bernardi C. ac. Rubey C. ad. Berenguarii C.

## 135

1187, 8 d'octubre. Perpinyà

*Còpia autèntica del testament de Girard II, comte de Rosselló, del 4 de juliol de 1172, feta per Pere Gausbert en presència de Ramon de Caldes, degà de l'Església de Barcelona.*<sup>107</sup>

A Original, pergami, amplada 205/230 mm, alçada 455/465 mm, ADPO, 1B5.<sup>108</sup>

[Fórmula d'autenticació després de la transcripció del testament:]

Actum fuit hoc translatum hujus testamenti venerabilis Guinardi, bone memorie comitis, ac fideliter translatum coram R. de Calidis, Barchinonensi decano, et Ermengardo, Girondensi scriptore, et P. Raimundi, bajulo, et P. Pauci et G. Bernardi atque G. de Cejano, anno dominice Incarnationis M° C° LXXX° VII°, VIII idus octobris, [apud] Perpinianum. Raimundus, levita atque decanus (SM). (SM) ERMENGAUDUS, presbiter et publicus scriptor Gerunde, subscribo. Sig+num Petri Raimundi, bajuli. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Guilelmi Bernardi. Sig+num Guilelmi de Cejano. Petrus Jozberti hoc fideliter transtulit (SM) die et anno quo supra.

## 136

1187, 20 d'octubre

*Estranya, el seu germà Guillem de Santcliment, la seva germana Saurina i Volona, la seva mare, venen a Galí de Montalt, preceptor del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa llur meitat d'un camp que tenen amb els templers a la parròquia de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat Puig Tallat, prop de la via que enllaça el Masdèu amb la vila de Bages, pel preu de 50 sous barcelonesos.*

107. Vegeu més amunt l'acta núm. 86.

108. El document porta al dors una signatura topogràfica del segle xv: «CCLII».

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 164v, acta núm. 274.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 64-65, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 211-213, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego *Strayna* et frater meus Guilelmus de Sancto Clementi et soror<sup>a</sup> mea [*Saurina*],<sup>b</sup> et mater mea *na Volona*, per nos et per omnes nostros, bona et spontanea voluntate, vendimus ac diffinimus et omnibus modis evacuamus jure perfecte venditionis per liberum alodium inperpetuum domino Deo et domui milicie Templi et tibi Gali de Monte alto, preceptori Mansi Dei, et fratri Poncio Raimundi et fratri *Duran* et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, totam nostram medietatem unius campi. Quem campum habemus vobiscum per medium infra fines et terminos ville de *Bages*, in adjacentia Sancti Andree ejusdem ville, in loco qui vocatur ad *Puig Talad*. Affrontat autem predictus campus ab oriente in via que discurrit<sup>c</sup> de Manso Dei apud villam de *Bages*, a meridie in campo Berengarii de *Bages* et in campo de *Puig Talad* Petri *Simon*, ex occidente in campo Astruge femine, ab aquilone in via que discurrit<sup>c</sup> de *Candel* apud *Bages* et in campo Raymundi *Dalia*. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas nos prenominati habemus et habere debemus ullo modo, aliqua ratione et voce, totum, sine enganno et sine omni retentu, imperpetuum, per liberum alodium, tradendo de nostra potestate in vestra perpetuo jure possidendum, vendimus vobis jam dictis et omnibus vestris et cui volueritis, cum ingressibus et regressibus suis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et recognitionem intelligi potest, per L solidos barchinonensium bonos,<sup>d</sup> de quibus omnibus tenemus nos bene esse pacatos<sup>e</sup> integre. Et convenimus Deo et domui milicie et vobis predictis fratribus, presentibus et futuris, quod de hoc vos non engannemus nec engannare dimitemus,<sup>f</sup> set faciemus vobis totum predictum semper tenere in pace et habere per liberum alodium. Quod est actum XIII<sup>o</sup> kalendas novembris, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>, Filipo rege regnante. Sig+num Estranea, Sig++na fratris ejus Guilelmi de Sancto Clementi, et sororis ejus *Saurine*, Sig+num matris earum *na Volone*, qui hoc omnes fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num Petri Amblardi. Sig+num Vilani de *Bages*. Sig+num Raymundi *Dalia*. Arnaldus, levita, scripsit hoc, rogatus, die et anno quo (SM) supra.

a. soro *B*.    b. *Saurina omès B*.    c. decurrit *B*.    d. bonis *B*.    e. pacatos *B*.  
 f. dimitemus *B*.

## 137

1187, 11 de novembre

*Guillem de Montpeller dona a la milícia del Temple i a Galí de Montalt, comanador del Masdèu, un dels seus homes anomenat Ramon Ponç de Tellet amb tota la seva descendència i tota la masada que té a la vall de Prats, a la parròquia de Santa Justa i Santa Rufina, de manera que d'ara endavant Ramon Ponç farà tots els seus censos i prestacions als templers.*<sup>109</sup>

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 99, acta núm. 158.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 32-33, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 214-216, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Montepessulano, pro amore Dei et redemptione anime mee, dono et laudo firmiterque concedo et jure perfecte donacionis in presenti trado omnipotenti Deo et domui milicie Templi et tibi, Galino de Monte alto, preceptori ejusdem domus, ceterisque fratribus ejusdem loci, presentibus et futuris, imperpetuum, I meum hominem nomine Raymundum Poncii de *Teled* et omnem posteritatem suam et omnem masadam cum omnibus suis juribus eidem pertinenti, sicuti melius habeo et habere debeo in valle que vocatur *Pradz*, in adjacencia sanctarum Juste et Ruphine et in earum terminis, ita quod amodo ipse Raymundus Poncii predictus nec ejus posteritas per se nec per aliquam possessionem suam, nec pro aliqua alia voce et ratione mihi nec meis neque etiam alicui persone ullo modo non faciat censum nec usaticum nec aliqua donet terremerita ex omni honore ei pertinenti et accidenti, nec toltam nec forciam, nec aliquod adempramentum neque aliquod servicium ullo modo faciat, nisi tantum predicte domui milicie Templi et ejusdem domus fratribus imperpetuum. Et in presenti de meo jure et de mea potestate in jus et in potestatem domus milicie jam dicte et omnium fratrum ejusdem domus et tui, dicti Galini inde preceptoris, trado predictum hominem Raymundum Poncii et omnem ejus posteritatem et omnes suas res, honoris et averis,

109. El més d'abril de 1187, el rei de Catalunya-Aragó Alfons I, havia concedit per a tota la vida a Guillem de Montpeller i a la seva esposa Agnès, cosina del rei, la seva honor de Prats amb totes les possessions que tenia a la parròquia de les santes Justa i Rufina, vegeu *Liber instrumentorum memorialium. Cartulaire de Guilhem de Montpellier*, Montpellier, GERMAIN, A.; CHABANNEAU, C. (eds.), 1884-1886, doc. XCII, pp. 169-170.

quas modo habet et inantea habebit, et totum quantum ibi habeo et habere debeo vel inantea aliqua voce et ratione habere potero irrevocabiliter, ad omnes vestras faciendas voluntates et vestrorum imperpetuum. Et est manifestum. Actum est hoc III<sup>o</sup> idus novembris, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig-(SM)-num Guilelmi Montispessulani. Sig+num Guilelmi de Mesoa. Sig+num Bernardi Austrini. Sig+num Guilelmi Bernardi de Perpiniانو. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Petri Gallardi.

Petrus Dei scripsit hoc vice Berengarii (SM) cum litteris<sup>a</sup> suprascriptis in VI<sup>a</sup> linea.

Bernardus Berengarii, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. literis B.

### 138

1187, 16 de novembre

*Pere Simó i la seva germana Garsenda venen a la milícia del Temple i a Pere de Calonge, preceptor del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa una feixa de terra que tenen a la parròquia de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat Puig Tallat, pel preu de 66 sous barcelonesos.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 161v-162, acta núm. 266.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 65-66, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 217-219, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus Simon et soror mea Garsendis, per nos et per omnes nostros, bona et spontanea voluntate, vendimus et diffinimus et omnibus modis perpetuo jure venditionis tradimus domino Deo et domui milicie Templi et tibi Petro de Colonge, preceptori Mansi Dei, et fratri Duran et fratri Berengario de Palacio et fratri Poncio Raymundo et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, imperpetuum, per liberum alodium, totam unam faxam de terra, quam habemus et habere debemus infra fines et terminos ville de Bages, in adjacentia Sancti Andree ejusdem ville, in loco qui vocatur ad Puig Talat. Affrontat autem predicta faxa terre ab oriente in campo Berengarii de Bages, a meridie et aquilone in honore milicie predictae, ex occidente in terra Vila, quam tenet pro Sanc-



ta Maria de Campo. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas nos prenominati habemus et habere debemus ullo modo aliqua voce et ratione, totum, sine enganno et sine omni retentu, de nostra potestate in vestra tradendum perpetuo jure possidendum per liberum alodium, vendimus prefate domui milicie Templi et omnibus vestris fratribus predictis ejusdem domus presentibus et futuris, cum ingressibus et regressibus suis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem prefate milicie et fratrum intelligi potest, ad omnes voluntates vestras faciendas, per LXVI solidos barchinonensium bonos, de quibus omnibus tenemus nos esse paccatos integre, sine ulla diminutione. Et convenimus vobis per nostram fidem, sine enganno, quod de hoc vos non engannemus nec engannare dimitemus, set faciemus totum predictum vobis et cui volueritis semper in pace possidere et habere libere et quiete, sine diminutione. Quod est actum XVI° kalendas decembris, anno dominice Incarnationis M° C° LXXX° VII°, Filipo rege regnante. Sig++na Petri Simon et sororis ejus Gar-sendis, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num *Vilan de Bages*. Sig+num *Guilelmi Guasch*. Sig+num *Raymundi Dalia*. Sig+num *Guilelmi Ferrana*. Sig+num *Deus lo salvet Marrot*.

Arnaldus, levita, scripsit hoc, rogatus, die et anno quo supra (SM).

## 139

1188, 24 de maig

*Hug de Sornia es dóna i entra a la fraternitat de la milícia del Temple, sota l'autoritat de Pere de Calonge, mestre del Masdú. Es lliura al Temple amb tot el que posseeix a les parròquies de Sant Esteve de Rebollet i de Santa Eugènia d'Aishós, al vescomtat de Fenolleda, és a dir, un mas, la sisena part dels agrers, dels quarts i de totes les tinences de la vila de Rebollet i el conjunt dels seus altres drets, ingressos i usos sobre els homes i els béns seents, i tot el seu dret de senyoria. La filla i els nebots d'Hug confirmen aquesta donació.*


B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 124, acta núm. 199.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 37-38, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 225-227, segons B.

Notum sit omnibus quod ego Uguo de Sorniano spontaneus reddo me et voveo milicie Templi *Jherusalem* in fratrem sub Petro de Colongis, magistro Mansi Dei in finibus Rossilionis. Et per hanc scripturam dono et offero Deo et milicie Templi et fratribus, presentibus et futuris, et tibi prenominato Petro de *Colonges*, magistro, omnem meum alodium et omnem honorem atque tenenciam quam in villa Reboleti habeo, in vicecomitatu Fenolotensi, in adjacencia Sancti Stephani de Reboleti et Sancte Eugenie de Uxonis, mansum, scilicet, qui fuit Reynardi, quem etiam tenebat Bernardus de Riparia et Maurinus, et sextam partem agrariorum et quartuum et omnis tenencia ipsius ville Reboleti, quantumcumque in prenominata villa et infra terminos suos habeo et debeo habere et possum aliquo modo habere, pro successione predecessorum meorum aut pro qualicumque voce, homines et feminas, census, usaticos, questas, ademprivum, casas, casales, ortos, ortales, silvas, nemores, prata, paschua, rupes,<sup>a</sup> arbores, fontes, aquas, aquales, cum omnibus suis adempramentis, ingressus, regressus, exitus et introitus cum puculis<sup>b</sup> suis, et omnem meum senioraticum, et quicquid dici aut nominari potest, totum integre, sine aliquo retentu dono Deo et milicie, et de meo jure et potestate trado in jus et in potestatem milicie et fratrum, in manu Petri de *Colonges*, ad omnem eorum voluntatem faciendam per alodium franchum, nullo mihi vel meis ibi jure retento vel reservato. Et est manifestum. Qui hanc cartam rumpere voluerit, duplo componat, et omni tempore firma permaneat. Facta anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, die VIII<sup>o</sup> kalendas junii. Sig+num Uguonis de Sorniniano. Sig+num Berengarie, filie mee. Sig+num Berengarii de Sorniniano, Sig+num Arnaldi, archidiachoni de Fonioleto, Sig+num Guilelmi Ath, nepotum meorum, qui omnes hanc cartam firmavimus et firmari rogavimus atque mandavimus. Sig+num Petri de *Cirach*. Sig+num Fulcharii, fratris sui. Sig+num Bernardi de Petro Poncii de *Corbons*. Raynaldus scripsit hec, cum litteris<sup>c</sup> suprascriptis in III<sup>a</sup> linea ubi dicitur «habeo et alibi de Reboleto», (SM) die et anno quo supra.

a. ruppies *B*.    b. *Sic B*.    c. litteris *B*.



## 140

1188, 9 d'agost

*Ramon de Nils i la seva mare Adelaida venen a Pere de Calonge, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa un camp que tenen a la parròquia de Santa Maria de Nils, al lloc anomenat Migades. Per aquesta venda han rebut un bou valorat en 25 sous barcelonesos. Pere Ferrer i la seva germana Melusina han confirmat aquesta venda i han renunciat a llurs drets sobre aquest camp.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 193v, acta núm. 336.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 46-47.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 228-230, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Raymundus de *Anils* et mater mea Aladaidis, per nos et per omnes nostros, bona et spontanea voluntate, imperpetuum, per liberum alodium vendimus et de nostra potestate in vestra in presenti tradimus et omnibus modis evacuamus perpetuo jure possidendum domino Deo et domui milicie Templi et tibi Petro de *Colonge*, preceptori Mansi Dei, et fratri *Duran*, et fratri Guilelmo *Laur* de Rocha, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, totum unum campum nostrum, quem habemus et habere debemus in termino Sancte Marie de *Anils*. Affrontat autem predictus campus ab oriente in campo Bernardi Lobeti, a meridie in campo Bernardi Raymundi de *Trullars*, ex occidente in campo Mascharone femine et filii sui Bernardi, ab aquilone in alodio predictae milicie. Et est dictus campus in loco qui vocatur ad *Migades*. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas nos prenominati habemus et habere debemus ullo modo, aliqua voce et ratione, scilicet totum dictum campum, sine enganno et ullo malo ingenio et sine omni retentu, vendimus domino Deo et domui milicie Templi et vobis omnibus predictis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, cum ingressibus et regressibus suis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et recognitionem intelligi potest, ad omnes voluntates vestras faciendas, per liberum alodium imperpetuum, per I bovem, quem recepimus pro pretio de XXV solidorum barchinonensium, de quo bene tenemus nos esse paccatos bene sine inganno. Et convenimus recta fide, sine dolo, per nos et per omnes nostros, quod predictum campum faciemus

Deo et domui milicie Templi et vobis predictis fratribus omnibus ejusdem domus possidere in pace et habere semper per liberum alodium, ut jam dictum est. Quod est actum V° idus augusti, anno dominice Incarnationis M° C° LXXX° VIII°, Philipo rege regnante. Sig++na Raymundi de *Anils* et matris ejus Aladaidis, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt firmarique rogaverunt. Sig++na Petri *Ferrer* et sororis ejus Milicine, qui hoc laudaverunt et firmaverunt et totum predictum campum diffinierunt sine ullo retentu. Sig+num Petri *Corn*. Sig+num Raymundi *Marches*. Sig+num Stephani *Poncii*.

Arnaldus, levita, scripsit hoc, rogatus, die et anno quo (SM) supra.

## 141

1188, octubre. Osca

*Alfons I, rei de Catalunya-Aragó, funda l'orde de l'Hospital del Sant Redemptor, que uneix a l'orde d'Alfambra. La seu de l'orde serà a Terol, al regne d'Aragó. Tots els seus membres estaran sota les ordres del mestre de l'Hospital de Terol i hauran d'observar la regla cistercenca de Montgaudi segons les modalitats definides pel papa Alexandre III.<sup>110</sup> El rei ordena que la quarta part de tots els ingressos recaptats per l'orde siguin destinats al rescat dels captius cristians. Alfons I dona a l'Hospital del Sant Redemptor un hort i un molí sitis a Terol, dotze jornals de terra a Annovez així com la vila de Castellot. A més a més, de cada cent homes, tant cristians com sarraïns, que resideixin a les viles i terres del rei a Aragó, Catalunya i Provença i als comtats de Millau, Roergue i Gavallda, l'Hospital tindrà un home que li haurà de fer els censos i serveis deguts habitualment al rei. Aquests homes seran eximits de qualsevol càrrega reial, tret de les lleudes. Alfons I eximeix l'Hospital de totes les contribucions indirectes; a més a més, els escamots de l'orde gaudiran lliurement de tots els drets i usos en el conjunt del regne.*

110. Alexandre III, papa: 1159-81. Aquest aprova la creació sota l'observança cistercenca de l'orde de Montgaudi pel comte Rodrigo Álvarez de Sarria en una butlla datada del 24 de desembre de 1173, després confirma l'orde i les seves possessions: butlla del 15 de maig de 1180 (Delaville LE ROULX, «L'ordre de Montjoye», *Revue de l'orient latin*, I (1893), pp. 51-54); butlla del 23 de novembre de 1180 (BLÁSQUEZ Y JIMÉNEZ, «Bosquejo histórico de la Orden de Montegaudio», *BRAH*, vol. LXXI, 1917, pp. 162-166.).

- A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la dreta per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami, amplada 405/415 mm, alçada 600/605 mm, ADPO, 1B7.<sup>111</sup>
- A<sup>2</sup> Original, en forma de carta partida per la dreta per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami, amplada 335/360 mm, alçada 670/675 mm, ACA, Gran Priorat de Catalunya, pergami de Barberà núm. 127.
- B Còpia del segle XIII, pergami, AHN, OO MM, Encomienda de Villel, carp. 694, núm. 3.
- C Còpia de la segona meitat del segle XIII, pergami, amplada 380 mm, alçada 525/535 mm, ACA, Gran Priorat de Catalunya, pergami de Barberà núm. 126.
- D Vidimus del 15 de juliol de 1284, ACA, Gran Priorat de Catalunya, pergami de Barberà núm. 132, segons A<sup>2</sup>.
- E Còpia de 1294, AHN, OO MM, Encomienda de Villel, carp. 694, núm. 4.
- F Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 4v-5v, acta núm. 12, segons A<sup>1</sup>.
- G Còpia del segle XIII, *Cartulario Lemosín*, AHN, Códices, núm. 598 B, doc. 49, pp. 74-78.
- H Còpia del segle XIII, *Cartulario Mayor del Temple*, ACA, Cancillería, reg. núm. 310, f. 28v.
- I Còpia del segle XIV, *Liber testamentorum*, ACA, Cancillería, reg. núm. 2, ff. 68-69v.
- J Vidimus del divendres 8 d'octubre de 1322, pergami antigament proveït d'un segell penjant, amplada 610 mm, alçada 560 mm, ACA, Gran Priorat de Catalunya, pergami de Barberà núm. 122, segons A<sup>2</sup>.<sup>112</sup>
- K Vidimus del 16 de març de 1400, pergami, ACA, Gran Priorat de Catalunya, pergami de Barberà núm. 124, agafat de A<sup>2</sup>.
- L Vidimus del 19 de gener de 1400, pergami antigament proveït d'un segell penjant, amplada 490, altura 695 mm, Barcelona, Arxiu de la Corona d'Aragó, Gran Priorat de Catalunya, pergami de Barberà núm. 121, segons J.

111. El document porta al dors una signatura topogràfica del segle XV «n° LXXXVII», i un regest del segle XV: «Carta del rey Ildefonso de privilegis atorgats en favor del spital de la ciutat de Tarol en lo regne de Arago es aci per que era general en ço que adquiririan per les terres del dit [rey].»

112. «Noverint universi quod anno millesimo CCC° vicesimo secundo, die veneris VIII° idus octobris, ad petitionem procuratoris venerabilis religiosi viri domini Martini Petri de [Ortis], castellani Emposte, et venerabilis et religiosus vir dominus magister Jacobus, sacrista sedis Ceserauguste et officialis dominis Ceserauguste archiepiscopi, mandavit per me infrascriptum notarium extrahi presens transumptum in publicam formam a quodam publico instrumento non raso, non viciato, nec in aliqua sui parte, abolito vel corrupto, quod fuit coram dicto officiale exhibitum et lectura cujus instrumenti tenor dignoscitur esse talis: [Segueix la transcripció de l'acta d'octubre de 1188.] Et dictus officialis preffato transumpto auctoritatem suam interposuit et decretum. Et ut idem transumptum fidem faciat in iudicio et extra iudicium, illud iussit sigilli curie officialatus domini ceserauguste archiepiscopi [...] muniri. Quod est actum die et anno preffixis, testibus presentibus et adhec adhibitis et rogatis Bartholomeo de [Monesma] et Sancio Petri de Luesia vicinis Ceserauguste. Sig-(SM)-num mei Jacobi Garcesii, notarii publici auctoritate domini regis per totum regnum Aragonis, scribentis in curia officialatus domini Ceserauguste archiepiscopi pro discreto Garsia [Eximeni] de Tudela notario dicte curie, qui de mandato dicti officialis presens transumptum a dicto instrumento publico fideliter feci et propria manu clausi ac sigillo appendicio dicte curie sigillavi ad evidenciam premissorum.»

- M* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. A, pp. 411-416, segons *B*.
- a* GAZULLA, F., "La Orden del Santo Redentor", *Boletín de la Sociedad Castellonense de Cultura*, t. X (1929), pp. 38-41.
- b* LÓPEZ POLO, A., *El capítulo de racioneros de Teruel*, doc. VI, pp. 181-184.
- c* SÁNCHEZ CASABÓN, A. I., *Alfonso II...*, doc. 479, pp. 632-640.
- Indicat: DELAVILLE LE ROULX, J., «L'ordre de Montjoye», *Revue de l'orient latin*, I (1893), pp. 46-47. MAGALLÓN, M., «Los Templarios de la Corona de Aragón. Índice de su cartulario del siglo XIII», *BRAH*, XXXII (1898) p. 456. BLÁSQUEZ Y JIMÉNEZ, A., «Bosquejo histórico de la Orden de Montegaudio», *BRAH*, vol. LXXI (1917), p. 158. CARUANA GÓMEZ DE BARREDA, J., «Itinerario de Alfonso II de Aragón», *Estudios de Edad Media de la Corona de Aragón*, VII (1962), p. 175. FOREY, A. J., «The order of Mountjoy», *Speculum*, XLVI, Cambridge, 1971, pp. 257-258 (extractes).

### Text establert segons *A*<sup>1</sup>.

Testante sacra scriptura, didicimus quod «Jocundus est homo, qui miseretur et commodat<sup>a</sup>»,<sup>113</sup> sed jocundior est domino qui miseretur et donat,<sup>b</sup> «Beatus enim qui intelligit super egenum»<sup>114</sup> et pauperem, quoniam in die malorum «ab auditione mala»<sup>115</sup> «liberabit eum Dominus».<sup>116</sup> Propterea ego Ildefonsus, sola Dei misericordia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, cogitans opera mea et vanitates seculi, timui et expavi sententiam illam ecclesiasticam: «Homo cum in honore esset non intellexit comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis»,<sup>117</sup> et iterum: «Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum»,<sup>118</sup> scio, et verum est, quod «Non<sup>d</sup> salvatur rex per multam virtutem suam»,<sup>119</sup> sed<sup>c</sup> si Dominus sit ei adiutor, non timebit quid faciat sibi homo. Quoniam firmamentum est Dominus timentibus eum et «Beneplicitum est ei super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia<sup>e</sup> ejus».<sup>120</sup> Propterea cordi nobis est de his que nobis divina clemencia contulit aliqua in pias<sup>f</sup> causas erogare, «Redimentes tempus<sup>g</sup> quoniam dies mali sunt»,<sup>121</sup> et ob reverentiam sancti<sup>h</sup> Redemptoris domum construere in vocatione sancti Redemptoris nuncupatam,

113. Ps. 111,5.

114. Ps. 40,2.

115. Ps. 111,7.

116. Ps. 40,2.


117. Ps. 48,13.

118. Ps. 51, 9.

119. Ps. 32, 16.

120. Ps. 146, 11.

121. Eph. 5, 16.



quatinus illa bona que pietate Dei illi hospitali evenerint<sup>i</sup> in redemptionem<sup>j</sup> captivorum, in hospitalitatem<sup>k</sup> fratrum, in expensas militum contra inimicos crucis Christi dimicantium distribuantur. Siquidem quod istis erogatur ipsi Christo credimus erogari, fidelis enim Dominus in omnibus verbis suis qui dicit: «Quod uni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis».<sup>122</sup> Igitur, in Christi nomine, ad omnes actus nostros progredientes, per presentem scripturam hoc quod sequitur attestantes,<sup>l</sup> omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, notum fieri volumus qualiter ego prefatus<sup>m</sup> Ildefonsus, Dei gracia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, ad honorem omnipotentis Dei, in villa de *Terol*<sup>n</sup> domum hospitalis a prima radice hedificare<sup>o</sup> dispono felici nomine, id est<sup>p</sup> hospitale Sancti Redemptoris decetero nuncupandam, ubi, prestante Domino, et religio et caritas<sup>q</sup> observetur, et captivorum redemptioni, secundum possibilitatem et facultates ejusdem domus, cum ad hoc principaliter fuerit instituta, precipue intendatur eorum dumtaxat christianorum, quia ab hostibus videlicet paganis inimicis<sup>r</sup> crucis Christi capti detinebuntur, pro<sup>s</sup> singulis captivis de bonis ipsius domus decem aureis prestandis. Volumus autem et, gracia Dei ministrante, in perpetuum<sup>t</sup> confirmari desideramus quod caput<sup>u</sup> hujus ordinis sit in *Terol*, et quod omnes domus et fratres, ubicumque terrarum fuerint, magistro<sup>v</sup> qui perexit in *Terol* respondeant et obediant. Addiderunt etiam, assensu et voluntate nostra, magister Alfambre et fratres sui in augmentum ordinis sui<sup>w</sup> et in augmentum hospitalis Sancti Redemptoris, ita tamen ut in eodem hospitali ordo et religio fratrum Alfambre observetur, Alfambra cum omnibus pertinenciis suis ubicumque fuerint, ultra mare vel citra mare, interveniente assensu et voluntate Rodrici Gonçalbi,<sup>x</sup> comendatoris in Castella et locum precipui magistri in Alfambra obtinentis, et Johannis *Garçez*, comandatoris<sup>y</sup> in Alfambra, et insuper tocius conventus, ut predicti omnes<sup>z</sup> respondeant et obediant magistro hospitalis Sancti Redemptoris et omnes pariter observent et diligenter custodiant illam regulam cisterciensis ordinis, quam dominus papa Alexander sancte memorie confirmavit<sup>aa</sup> et stabilivit comiti Rodrico<sup>ab</sup> et fratribus ejus<sup>ac</sup> observandam, capite hujus hospitalis et religionis in perpetuum,<sup>t</sup> sicut supradictum est, in *Terol* existente. Ordinavimus autem cum predictis fratribus quatinus de universis redditibus<sup>ad</sup> seu proventibus lucris que predicto hospitali quocumque modo evenerint, per omnes domos eorum quarta

122. Mat. 25, 40.

pars in redemptionem captivorum segregetur; et ad hunc usum ab aliquo fidei fratre<sup>ae</sup> suscipiatur in hunc modum: de universo pane, quarta pars ad hunc usum assignetur,<sup>af</sup> retentis semine et mercede et cibo mercennariorum et bovum<sup>ag</sup> sive jumentorum, de vino autem quod vendetur, quarta pars ad opus predictae helmosine segregetur, similiter quoque de fecibus animalium, de lucris exercituum, de donativis mobilium, quarta pars ad idem opus misericordiae<sup>ah</sup> segregetur. In hujus autem domus foundationis inicio voluntate nostra semper prompta<sup>ai</sup> majora conferre.<sup>aj</sup> Incontinenti dono et trado prefato hospitali, infra terminos memorate ville de *Terol*, ortum et molendinum, et duodecim jувatas<sup>ak</sup> terre ad *Annoveç*, quas franchas<sup>al</sup> et liberas ad propriam hereditatem habeat et in perpetuum<sup>t</sup> possideat. Dono quoque eidem hospitali *Castellot*, cum omnibus terminis suis et pertinentiis que ad ipsum pertinent aut debeant pertinere. Dono quoque eidem loco in singulis meis civitatibus, villis, castellis, vallibus tocius regni Aragonis, et similiter in omnibus civitatibus, villis, castellis, vallibus tocius Catalonie<sup>am</sup> et Provincie, ad proprietatem et dominicaturam meam pertinentibus, et in comitatu *Amillau*, *Rodergue* et *Gavalдан*,<sup>an</sup> et in omnibus locis que adhuc ego vel successores mei acquiremus, ubi usque ad centum vel eo amplius incole permanserint, singulos homines cum eorundem facultatibus et possessionibus, videlicet hoc modo ut, exempti ex toto a potestate mea, solummodo<sup>ao</sup> serviant et prestant ipsi hospitali quecumque mihi soliti sunt prestare vel facere nec<sup>ap</sup> teneantur mihi nec<sup>aq</sup> alicui aliquid facere vel prestare nec<sup>ar</sup> etiam hostes vel cavalcatas<sup>as</sup> nec<sup>ar</sup> quicquam<sup>at</sup> aliud, set liberi et immunes ab omni honore et servitio<sup>au</sup> actenus mihi debito et ad omni<sup>av</sup> vicinitate perpetuo efficiantur, tam ipsi quam in locis eorum successuri. Addo quoque quod, si in aliqua villa non fuerint centum homines, quod illi ville<sup>aw</sup> addantur tot alie ville quod compleant numerum C<sup>m</sup> hominum, et de illis C<sup>m</sup> habeat predictum hospitale unum hominem, sicut supradictum est, liberum et ingenuum. Addo quoque, amore divine clementie, dando et concedendo eidem hospitali, quia cum plus ibi donabitur, tanto amplius donantis utilitas duplicabitur,<sup>ax</sup> ut de aliqua re propria ipsius hospitalis vel domorum suarum propriarum *leçda*, pedaticum, portaticum vel<sup>av</sup> etiam aliud usaticum in terra mea minime exigatur nec prestetur, set quecumque fuerint predicti hospitalis vel domorum suarum propriarum de regio beneficio semper in tota terra mea plenam obtineant libertatem et tocius honeris immunitatem. Habeat autem predictus hospitalis et pro-



prie domus sue ad opus animalium suorum, per totum regnum meum et terram meam, usum et adempimenta in pascuis, aquis, montibus, lignis et pratis, ita quod nullum donent propter hec<sup>az</sup> erbaticum, carnaticum<sup>ba</sup> vel aliquid<sup>bb</sup> alicui usaticum, set et quicumque predia sive alias quaslibet possessiones bonorum, hominum largitione vel alio quolibet modo, juste et rationabiliter, nunc vel in futurum, poterit adipisci. Prefato<sup>bc</sup> hospitali presenti privilegio in perpetuum<sup>t</sup> valituro confirmo. Prefatum etiam hospitale,<sup>bd</sup> cum omnibus ad se pertinentibus hominibus sive quibuslibet aliis, sub mea speciali protectione et defensione<sup>be</sup> suscipio. Constituens quod, siquis predictum hospitale in aliquo offendere ausu<sup>bf</sup> temerario presumpserit in personis<sup>bg</sup> sive in aliis, quantitate mille aureorum mihi applicanda<sup>bh</sup> nostro more<sup>bi</sup> privatus mulctabitur. Quemadmodum autem predicta<sup>bj</sup> omnia predicto hospitali confirmamus, ita quoque quicquid,<sup>bk</sup> gracia Dei ministrante, comiti Rodrico<sup>ab</sup> largitione nostra contulimus, quicquid etiam apostolica auctoritate<sup>bl</sup> eidem comiti et domui Alfambre confirmatum est, confirmamus et devota voluntate approbamus<sup>bm</sup> ut omnia olim et nuper collata et in posterum conferenda sint sub regimine et amministrazione<sup>bn</sup> magistri Sancti Redemptoris. Hec omnia predicta concedimus, salvis illis comutationibus<sup>bo</sup> quem nobis retinimus in Alfambra et in suis terminis. Quod autem<sup>bp</sup> diximus quod centum hominibus habeant unum, intelligimus hoc de Sarracenis et christianis, et quod illi sint liberi ab omni honore regali, exceptis leudis.

Sig-(SM)-num Ildefonsi, regis Aragonensis, comitis Barchinone et marchionis Provincie.

Actum est hoc mense octubris,<sup>bq</sup> anno Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XX<sup>a</sup> VI<sup>a</sup>, regnante me, Dei gracia rege<sup>br</sup> in Aragon<sup>bs</sup> et in Barchinona et in Provincia. Et R(ichardo), episcopo permanente in Oscha.<sup>bt</sup> Et R(aimundo), episcopo in Ceseraugusta.<sup>bu</sup> Et J(ohanne), episcopo in Tirasona.<sup>bv</sup> Et B(erengario), episcopo in Ilerda.<sup>bw</sup> Sancio de Orta, majore domus regis. Peregrino, s(eniori) in Barbastro. Galindo de *Naja*,<sup>bx</sup> in *Lusia*.<sup>by</sup> Johannis de *Bergua*, senior in Oscha.<sup>bt</sup> Ferrando<sup>bz</sup> Roderici in Daroca.<sup>ca</sup> Berengario de *Tença*<sup>cb</sup> in Ceseraugusta.<sup>bu</sup> Artallo<sup>cc</sup> in Alaone.<sup>cd</sup> *Martin Petriç*<sup>ce</sup> in Pina. Hujus rey testes sunt: R(aimundus), Oscensis episcopus, Sancius de Orta, Eximinis de Artosella, Johannes de *Bergua*,<sup>cf</sup> Assallito,<sup>cg</sup> Petrus<sup>ch</sup> Sasse, Ferrandus<sup>ci</sup> de Daroca<sup>ca</sup> et Petro de Arressa.<sup>cj</sup>

Ego Petrus de *Novals*, mandato domini mei<sup>ck</sup> regis hanc cartam scripsi<sup>cl</sup> et propria manu hoc sig-(SM)-num feci<sup>cm</sup> in Oscha.<sup>cn</sup>

a. comodat *A<sup>2</sup>CF*. b. sed jocundior est domino qui miseretur et donat *omès F*. c. set *CF*. d. ne *C*. e. misericordiam *C*. f. impias *CF*. g. tempo *C*. h. suam *C*. i. emerunt *C*. j. redepcione *C*. k. hospitalitate *C*. l. atestantes *C*. m. prephatus *C*. n. Turol *C*. o. edificare *C*. p. idem *C*. q. cartas *C*, caritatis *F*. r. inimicis *omès F*. s. per *C*. t. imperpetuum *CF*. u. capud *CF*. v. magistri *C*. w. in augmentum ordinis sui *repetit per error C*. x. Gozalvi *C*. y. comendatoris *CF*. z. homines *C*. aa. comendavit et confirmavit *C*. ab. Roderico *C*, Rodrigo *A<sup>2</sup>*. ac. ejus *omès F*. ad. redivibus *A<sup>2</sup>*. ae. fratres *C*. af. asignetur *C*. ag. bonum *C*. ah. meridiei *C*. ai. prompta *C*. aj. voluntate nostra semper nostra prompta majori conferie *F*. ak. jovatas *C*. al. francas *A<sup>2</sup> C*. am. Cathalonie *C*. an. Amilau, Roderge et Guavaldan *C*, Gavaldau *F*. ao. solumodo *F*. ap. nunc *C*. aq. nunc *A<sup>2</sup> C*. ar. nunc *A<sup>2</sup>*. as. cavalgatas *C*. at. quiquam *C*. au. cervicio *A<sup>2</sup>*. av. honere et servitio actenus mihi debito et ad omni *omès C*. aw. ille vile *C*. ax. duplicabitur *A<sup>1</sup>*. ay. vel *repetit per error C*. az. hoc *C*. ba. cernaticum *C*. bb. aliquod *A<sup>2</sup>*. bc. prephato *C*. bd. prephatum etiam hospitalis *C*. be. deffencione *C*, deffensione *F*. bf. usu *C*. bg. bonis *F*. bh. aplicanda *A<sup>2</sup> CF*. bi. amore *C*. bj. predictam *C*. bk. quicquit *A<sup>2</sup>*. bl. apostolicam auctoritatem *C*. bm. aprobamus *F*. bn. aministracione *A<sup>2</sup> CF*. bo. commutacionibus *C*. bp. autem *afegit a la interlinia C*. bq. octobris *F*. br. graciam regem *C*. bs. Aragonia *F*. bt. Hoscha *A<sup>2</sup>*. bu. Cesaragusta *A<sup>2</sup> C*, Ceseragusta *F*. bv. Tirassona *C*. bw. Ylerda *C*. bx. Anaja *C*, Naya *F*. by. Luesia *C*. bz. Fferrando *CF*. ca. Darocha *C*. cb. Atenza *C*, d'Entenza *F*. cc. Artaldo *C*, Abtallo *F*. cd. Alagone *A<sup>2</sup> CF*. ce. Periç *C*. cf. Berga *F*. cg. Assallido *C*. ch. Petro *A<sup>1</sup> C*. ci. Ferrando *A<sup>1</sup>*. cj. Arresa *A<sup>2</sup>*. ck. mei *omès C*. cl. scripsit *C*. cm. fecit *C*. cn. Hosca *A<sup>2</sup>*.

## 142

1188, 12 de novembre

*Pelegrí de Malloles i la seva muller Ermengarda, amb el consentiment d'Arnau d'Orla i dels seus germans, venen per 43 sous barcelonesos a Arnau Mestre i a la seva esposa Gila un molí que tenen als molins d'Orla, sota reserva del quartó que Arnau d'Orla recapta sobre aquest. Els adquiridors tindran aquest molí segons les estipulacions contingudes en l'acta per la qual Arnau d'Orla i els seus l'havien concedit al pare de Pelegrí, és a dir, una aimina de mòlta més tres punyeres, una de les quals és pels martells i una altra per les nadilles. Arnau d'Orla i els seus germans Gauter i Ermengol confirmen aquesta venda, per la qual han rebut 7 sous i 2 diners. Garsenda, germana d'Arnau d'Orla, confirma igualment aquesta venda.*

A Original, pergami, amplada 380 mm, alçada 65/70 mm, ADPO, 1B63.<sup>123</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Pelegrini de Malloles et uxor mea Ermengardis per nos et per omnes nostros, sine

123. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3122».

omni enganno et sine omni retentu, cum voluntate et laudamento Arnalli de Orulo et fratrum suorum, vendimus et in presenti tradimus in perpetuum tibi Arnallo Magistri et uxori tue Gile omnique vestre posteritati, ad omnes voluntates vestras faciendas in perpetuum, unum molendinum quod habemus in molendinos de Orulo per XLIII solidos barchinonensium, quos penes numerate habemus. Et predictum molendinum, cum omnibus rebus suis et juris, et cum exitibus suis et regressibus, et cum omnibus in se habentibus, quod habet vel habere debet in ipso monario in quo situs est, et plantatus, totum integriter de nostra potestate et jure in vestra potestatem et jus in presenti tradimus omnique tempore, sicut predictum est, ad omnes voluntates vestras faciendas, et vestrorum et illorum, quos volueritis in perpetuum, sicut melius dici aut intelligi potest ad noticiam et ad utilitatem vestram et vestrorum, salvo jure Arnalli de Orulo et suorum, scilicet quartum. Pro quibus XLIII solidis profiteamur nos contentos esse in perpetuum de predicto molendino, et de omnia que ad eum pertinent vel pertinere debent in ipso aquario, et in ipso reco, et in ipsa resclausa. Et si forte prenomatos molendinos se mutaverint in alio loco, similiter vendimus vobis predictis et cui volueritis predictum molendinum, ut predictum est, in ipso loco ubi mutati fuerint. Et per ipsas condiciones et voces atque rationes unde pater meus impetravit de Arnallo de Orulo et suis, per ipsas condiciones et rationes vobis vendimus et vestris sicut prefatum est, et in carta impetracionis predicti molendini resonat, ut ita habeatis et teneatis per omni tempore jure vendicionis, conventiones tales sunt: dimidiam eiminam de multuram et I pugnera ad martellos et ad aliam ad anadilam et ad aliam ad [...].<sup>a</sup> Hoc totum accipiatis de multura comuniter.<sup>b</sup> Quod est actum II idus novembris, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXXVIII, Filipino rege regnante. Sig++na Pelegrini predicti et uxoris ejus Ermengardi, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt et laudaverunt testes firmare rogaverunt. Sig+++na Arnalli de Orulo et fratrum suorum Gauteri et Emengaudi, qui hoc laudant et firmant, et de hoc habuerunt VII solidos et II denarios de *exida*. Sig+num Arnalli de *na Lins*. Sig+num Raimundi Textoris. Sig+num Raimundi Sancti Jacobi. Stephanus, saccustos<sup>c</sup> de Orulo, hoc scripsit, rogatus, die et anno, cum literis signatis in VIII linea, in ultima (SM) supra. Sig+num Garsendis, sorroris<sup>d</sup> predicti Arnalli de Orulo, qui [hoc] laudat.

a. *Paraula il·legible.* b. hoc totum accipiatis de multura comuniter *afegit després de l'última subscripció amb una remissió al final de la vuitena línia.* c. *Sic A per sacrista.* d. *Sic A per sororis.*

## 143

1189 (nou estil), 23 de març

*Garsenda de Brullà i el seu marit Adalbert canvien amb els frares Ramon de Canet, mestre provincial, Pere de Calonge, comanador del Masdéu, i tots els altres frares d'aquesta casa tot el que tenen a parts iguals amb ells al lloc anomenat Coma de Darnac, a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, més llur part del camp que Deulosal Marrot té per ells i els templers al lloc anomenat les Fosses, a la parròquia de Sant Andreu de Bages, un camp situat al lloc anomenat Sant Cristòfor, a la parròquia de Santa Maria de Brullà, i un mas que Guillem de Bages tenia per la milícia del Temple a la vila de Bages, per tots els olivers que Bernat de Brullà havia llegat en testament als templers a la vila de Brullà,<sup>124</sup> excepte dues oliveres que els frares del Temple tenen a l'horta de Brullà i una altra situada a l'altra riba del Tec que tenen pel senyor de la Roca. I si Garsenda i Adalbert aconseguissin que Berenguer de Bages concedís als templers el camp de la Pedra que els esposos tenen per aquest senyor, aquests últims recuperarien llur camp de Sant Cristòfor i llur part del de les Fosses. Sibil·la i el seu marit Bernat de Vilarmilà han confirmat aquest intercanvi.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 173v-174v, acta núm. 294.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 40-43.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 232-238, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Garsendis de Brulano et vir meus Adalbertus, per nos et per omnes nostros, bona et spontanea voluntate comutamus et comutando de nostra potestate in vestra in presenti tradimus perpetuo jure possidendum per liberum alodium domino Deo et domui milicie Templi et tibi fratri R(aimundo) de Caneto, magistro, et fratri Petro de Colonge, preceptori Mansi Dei, et fratri Berengario de Palatio, capellano, et fratri Guilelmo Burdi<sup>a</sup> et fratri R(aimund)o de Pontiliano et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, omne hoc quod habemus et habere debemus ad medium vobiscum ad locum dictum ad Combam d'Arns, scilicet campos, vineas, totum heremum et condirectum, sicut melius habemus et simul vobiscum

124. Testament datat del 29 de juliol de 1172; vegeu més amunt l'acta núm. 87.

ibi possidemus, affrontat autem omne hoc predictum ab oriente in vestro alodio, a meridie in honore Sancti Genesis, ex occidente in comba *d'Arns*, ab aquilone in campo Petri Nigri de *Banuls*; et totum unum campum qui est ad locum dictum ad Fosses, quem campum tenet per nos et vos *Deus lo salvet Marrot*, qui affrontat ab oriente in via publica, a meridie in campo Justi et in campo Guilelmi de *Teled*, ex occidente in campo Vilani et in campo Guilelmi Ferrane, ab aquilone in campo Berengarii de *Bages*; et totum unum campum, qui est nostrum proprium alodium, in loco vocato ad Sanctum Christoforum, qui affrontat ab oriente in campo Justi qui fuit, a meridie in nostro alodio, a occidente in via publica, ab aquilone in alodio Saurine de Orulo; et totum unum mansum quem tenebat Guilelmus de *Bages* pro milicia in villa de *Bages*, qui affrontat ab oriente in manso Petri Andrei, a meridie in orto Berengarii de *Bages*, ex occidente in orto Poncii *Sabater*, ab aquilone in manso Justi qui fuit. Est autem omne in terminis Sancte Marie de Brulano et Sancte Eugenie de Ortafano et Sancti Andree de *Bages*. Omne hoc prefatum, ut superius scriptum est, comutamur domino Deo et predictae domui milicie Templi et omnibus vobis predictis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, imperpetuum per liberum alodium, ad omnes voluntates vestras faciendas, per omnes olivarios quos habetis et possidetis in villa de Brulano, sicut melius eos dimisit vobis Bernardus de Bruliano in suo testamento pro una lampada ardenda ante altare Sancte Marie Mansi Dei imperpetuum, preter II olivarios vestros proprios alodii quos habetis in orta de Brulano et unum olivarium qui est ultra *Tech*, quem tenetis pro domino Roche. Et ego frater Raymundus de Caneto, magister, cum consilio, voluntate ac laude fratris Petri de *Colonge*, preceptoris Mansi Dei, et fratris Berengarii de Palatio, capellani, et fratris Guilelmi Burdi et fratris R(aymund)i de Pontiliano et omnium fratrum Mansi Dei, comutamur et comutando de nostra potestate in vestra in presenti tradimus perpetuo jure possidendum per liberum alodium tibi Garsendi de Brulano et marito tuo Adalberto et omnibus vestris et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates faciendas, omnes olivarios quos habemus et possidemus in villa de Brulano, sicut melius eos dimisit nobis in suo testamento Bernardus de Brulano, preter II olivarios qui sunt nostrum proprium alodium, qui sunt in orta de Brulano, et preter unum olivarium qui est ultra *Tec*, quem tenemus pro domino de Rocha, per omne hoc quod habetis et possidetis per medium nobiscum ad locum dictum ad Combam

*d'Arns*, sicut superius terminatur, et per unum campum quem tenet per nos et per vos per medium Deus *lo salvet Marrot* ad Fosses, sicut prescriptus est, et per totum unum campum vestrum dictum ad Sanctum Christoforum, sicut superius terminatur, et per totum unum mansum vestrum quem tenebat Guilelmus de *Bages* pro domo nostra in villa de *Bages*, sicut supra nominastis. Et ego Garsendis de Brulano predicta et vir meus Adalbertus convenimus Deo et domui milicie et vobis prefatis fratribus, presentibus et futuris, ejusdem domus, per nostram fidem sine enganno, quod omne predictum, sicut vobis comutamus, faciamus semper possidere vobis in pace et habere per liberum alodium. Et si forte perpetrare poterimus cum Berengario de *Bages* ut laudet et concedat vobis campum dictum ad Petram, quem tenemus pro eo, habeatis ipsum per franchum alodium omni tempore, si vos ipsi fratres eum habere volueritis. Et si illum habueritis, recuperemus nos campum de Sancto Christoforo predictum et nostram partem campi de Fosses. Quod est actum X<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, Filipo rege regnante. Sig++na Garsendis de Brulano et mariti ejus Adalberti, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt firmarique rogaverunt. Sig++na Sibille femine et mariti ejus Bernardi de Vilar Milano, qui hoc laudaverunt et firmaverunt. Sig+num fratris Raymundi de Caneto. Sig++++na Petri de *Colonge*, preceptoris Mansi Dei, et fratris Berengarii de Palatio, capellani, et fratris Guilelmi Burdi et fratris Raymundi de Pontiliano, qui omnes hoc fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num Grimaldi de Ortafano. Sig+num Guilelmi de Ortafano. Sig+num Berengarii de Comba. Sig+num Berengarii de *Puyg*. Sig+num Vilani. Sig+num Deus *lo salv Marrot*.

Arnaldus, levita, scripsit hoc, rogatus, die et anno quo (SM) supra.

a. Bernardi B.

1189, 21 d'abril

*Ramon, abat de Sant Genís,<sup>125</sup> amb el consentiment de tots els frares de la seva comunitat, canvia amb Pere de Calonge,*

125. Ramon II de Centelles, abat de Sant Genís de Fontanes: 1173-1178 i 1184 – †17 de març de 1197 (nou estil).

*comanador del Masdéu, i tots els altres frares d'aquesta casa una feixa de terra que l'abadia té a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, al lloc anomenat Cirà, per dues feixes que els templers tenen a la parròquia de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat Vassas.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 124r-v, acta núm. 200.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 58-59, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 239-243, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Raymundus, gracia Dei abbas Sancti Genesii, consilio, voluntate ac laude Arnaldi de Pratis, monachi, et Raymundi de Polestris, monachi, et Petri de *Argilers*, monachi, tocius alius conventus nostri, damus et eschambiamus<sup>a</sup> et de nostra potestate in vestra in presenti tradimus perpetuo jure possidendum per liberum alodium domino Deo et domui milicie Templi et tibi fratri Petro de *Colonge*, preceptori Mansi Dei, et fratri Berengario de Palacio, capellano, et fratri Guilelmo Burdi et fratri *Duran* et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, totam unam faxam nostram terre alodii, quam habemus et habere debemus in terminio Sancti Juliani de Villamulacha, in loco dicto a Ciranum, et affrontat ab oriente et meridie et occidente in nostro honore, ab aquilone in terra Petri Olivarii, quantum infra istas affrontaciones superius scriptas nos prenominati habemus et habere debemus, totum, sine enganno et ullo malo ingenio et sine omni retentu, damus et eschambiamus<sup>a</sup> et tradimus domino Deo et predictae domui milicie Templi et vobis predictis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, cum ingressibus et regressibus suis et pertinenciis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram intelligi potest, ad omnes vestras voluntates faciendas imperpetuum per liberum alodium, per duas fexas terre vestras alodii, que sunt in terminio Sancti Andree de *Bages*, in loco dicto ad Bassas. Et ego frater Petrus de *Colonge*, preceptor Mansi Dei, consilio, voluntate ac laude fratris Berengarii de Palacio, capellani, et fratris Guilelmi Burdi et fratris *Duran* et omnium fratrum aliorum Mansi Dei, damus et excambiamus et de nostra potestate in vestra in presenti tradimus perpetuo jure possidendum per liberum alodium tibi Raymundo, gracia Dei abbati Sancti Genesii, et Arnaldo<sup>b</sup> de Pratis et Raymundo de Polestris et Petro de *Argilers*, monachis, et omnibus alii monachis ejusdem monasterii, presentibus et futuris, totas II faxias

terre nostri alodii, quas habemus et habere debemus in terminio Sancti Andree de Bagis, in loco dicto ad Vassas. Affrontat autem una ipsarum faxarum terre ab oriente in honore nostro, a meridie in via publica, ex occidente in campo Sibille femine, ab aquilone in vestro honore; et alia affrontat ab oriente in vestro honore, a meridie et occidente in campo Jordane Catalane, ab aquilone in campo *Deuslosalvet* Marroti. Quantum infra ista affrontaciones superius scriptas nos prenominati habemus et habere debemus, totum, sine enganno et ullo malo ingenio et sine omni retentu, damus et excambiamus et in presenti tradimus vobis predictis et omnibus vestris et cui volueritis, cum ingressibus et regressibus suis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram intelligi potest, ad omnes vestras voluntates faciendas imperpetuum per liberum alodium, per prefatam faxam terre vestri alodii, que est in terminio Sancti Juliani de Villa mula-cha, in loco dicto ad Ciranum, sicut superius terminastis. Et hoc, ut prefatum est, sit firmum et stabile semper indissolubiliter. Quod est actum XI<sup>o</sup> kalendas maii, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, Philipo rege regnante. Sig+num Raymundi, gracia Dei abbatis Sancti Genesii, Sig+num Arnaldi de Pratis, Sig+num Raymundi de Polestris, Sig+num Petri de *Argilers*, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num fratris Petri de *Colonge*, preceptoris Mansi Dei, Sig+num fratris Berengarii de Palacio, capellani, Sig+num fratris Guilelmi Burdi, Sig+num fratris *Duran*, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num Boneti. Sig+num Guilelmi *Revel* de Sancto Johanne de Cela. Sig+num Arnaldi *Correg*. Sig+num Raymundi de *Correg*. Sig+num Petri Fabri de Villa mulacha.

Arnaldus, levita, scripsit hoc, rogatus, die et anno quo (SM) supra.

- a. *Sic B per cambiamus B.*      b. Arnaldi B.

1190, 21 d'abril

*Un litigi havia enfrontat Marçal, prior de Santa Maria del Vilar, i els frares d'aquesta casa a Bernat Amblard i Bernat Jaume de Palau a propòsit de l'honor que havia pertangut a Guillem Bernat i als seus fills i de l'honor que havia pertangut a Amblard*



*de Palau. Finalment, amb el consell de Berenguer de Palau, capellà del Masdéu, de Pere Amblard i de Ramon Amblard, les parts s'han posat d'acord de la manera següent: que la casa de Santa Maria del Vilar tingui la meitat de tota l'honor que és a la parròquia de Santa Maria de Palau o en altres llocs, i que Bernat Amblard i els seus hereus tinguin l'altra meitat; amb algunes excepcions que es precisen a l'acta.*

A' Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la Z, pergami deteriorat, amplada 210 mm, alçada 175 mm, ADPO, H28.<sup>126</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod contentiones fuerunt inter Marcialem, priorem domus Sancte Marie de Villario, et fratres ejusdem loci et inter Bernardum *Amblard* et Bernardum Jacobi de Palacio, de honore que fuit Guilelmi Bernardi de [...]a ejus filiorum et de honore qui fuit Petri Amblardi de Palacio, ad ultimum, consilio Berengarii de Palacio, fratris et [capellani] Mansi Dei et Petri Amblardi et Raimundi Amblardi venerunt ad bonum finem et concordia de eadem contentione [...]b de toto honore qui est in terminio Sancte Marie de Palacio vel in aliis locis, sicut in suis cartis nupcialibus est scriptus, habeat domus Sancte Marie de Villario medietatem totius predicti honoris, et Bernardus *Amblard* et Bernardus Jacobi et sui heredes aliam medietatem, exceptis olivariis que sunt in orto quem Bernardus *Amblard* tenet et excepta una petia terre de Falgueres, quam *Bernardus Amblard* dedit sue nepti, quam habuit pro emendatione unius terre quam Poncius Bernardus de Albera dedit domui milicie Templi, quam tenet Guilelmus Ugonis pro eadem milicia et excepto uno manso quem Bernardus de Guilla hedificavitc in ipsa trilia, que omnia excepta, cum omni integritate habeant Bernardus *Amblard* et Bernardus Jacobi, sine parte Beate Marie, ad proprium alodium, et excepto manso in quo habitat [Guilelmus] Ugonis cum omnibus tenezonibus, et exceptis vineis de Batipalmis, et excepto quadrone de Ponte, qui est inter aquam et villam, quod Bernardus *Amblard* et Bernardus Jacobi tenent, et excepto manso quem Marcialis et fratres sui hedificaveruntd in ipsa trilia, que omnia excepto, cum integritate et cum omnibus suis tenezonibus, sine parte aliorum, habeat [beata Maria] de Villario ad proprium alodium. Et ego Marcialis predictus prior domus Sancte Marie de Villario, et ego Petrus de Figueris, frater ejusdem domus, per nos et per omnes succes-

126. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1768».

sores nostros laudamus et concedimus atque affirmamus pro bona fide, sine omni enganno, omne hoc quod superius scriptum est. Et ego Bernardus *Amblard* et ego Bernardus Jacobi nos duo per nos et per omnes nostros, bona fide, sine omni enganno, laudamus et concedimus atque affirmamus omne hoc quod superius scriptum est. Et ita [ex utraque] parte teneatur firmiter imperpetuum.

Et est manifestum. Actum est hoc XI<sup>o</sup> kalendas maii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>, Filippo rege regnante. Sig++++na Marcialis, prioris domus Sancte Marie de Villario, et Petri de Figueris, fratris ejusdem loci, et Bernardi *Amblard* et Bernardi Jacobi, qui omnes hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus firmarique rogavimus. Sig+num Arnaldi de Poncio. Sig+num Andree. Sig+num Arnaldi de Poncio. Sig+num Gilaberti. Sig+num [...]e de Villaclara. Sig+num Bernardi de Rivopullo. Sig+num Berengarii, presbiteri. Sig+num Petri, presbiteri. Sig+num Johannis, diachoni,<sup>f</sup> in quorum presentia hec omnia facta fuerunt.

Raimundus Pictavini scripsit hoc, rogatus, vice R. de Villalonga, precentoris, die et anno quo (SM) supra.

a. *Passatge il·legible, llacuna de 20 mm A.* b. *Passatge il·legible, llacuna de 65 mm A.* c. *Sic A per edificavit.* d. *Sic A per edificaverunt.* e. *Passatge il·legible, llacuna de 30 mm A.* f. *Sic A per diaconi.*

## 146

1190, 30 d'abril

*Berenguer d'Orla fa testament. [1] Demana que el seu cos sigui sebollit al cementiri del Masdèu. Llega a la milícia del Temple el seu cavall i les seves armes, així com el castell de Cotlliure amb el seu terme i les seves pertinences i el mas que té a les villae de Tatzó d'Amunt i Tatzó d'Avall, amb la condició que la seva esposa Garsenda tingui tota l'honor que té en aquestes dues viles mentre visqui. Aquesta honor revertirà als templers després de la mort de Garsenda, excepte el mas de Cebrià, que llega a l'església de Santa Eulàlia d'Elna, i excepte el delme que té a la parròquia de Sant Martí de Tatzó, que llega a Guillem de Montesquiu. Llega a la milícia del Temple el mas d'Arnau de na Lins siti a la vila d'Orla. [2] Llega a Guillem de Montesquiu tot el feu que té pel rei, a saber la tercera part de la lleuda de Perpinyà, que Bremon de Vilallonga té per ell, i tots els drets de justícia que té sobre els homes i les dones a*

la vila de Malloles, és a dir, la punició dels adulteris i dels homicidis, les batalles, les calvacades i altres drets eminentes. Li llega igualment tots els feus que els cavallers de Malloles tenen per ell. [3] Llega en comú a l'Hospital de Jerusalem i a Santa Maria de Fontfreda el camp del Prat que ha fet artigar al terme d'Orla, i la petita vinya que està a l'entrada de la vila d'Orla. [4] Llega a Santa Maria del Vilar, per la salvació de la seva ànima i de la de la seva filla Berenguera, tota la masada que P. Arnau té per ell a la vila d'Orla. [5] Llega a l'església de Sant Esteve d'Orla, per al manteniment perpetu de dues llànties, tots els nous horts que hi ha a la vila d'Orla més 200 sous barcelonesos per a comprar un calze. [6] Llega a l'església de Santa Maria de Cotlliure tot el delme que té a la parròquia. [7] Llega a Beatriu, germana de Guillem de Ceret, el feu que Eliard d'Avalrí tenia per ell. [8] Llega tot el seu mobiliari a la seva esposa Garsenda. [9] Llega a Bernat de So el seu castell d'Orla i tota l'honor que té a la vila d'Orla, i les albergues de Cànoes. Tanmateix Garsenda tindrà mentre visqui el castell d'Orla i tota l'honor de Berenguer, excepte el castell de Cotlliure; després de la seva mort, aquestes possessions revertiran als legataris de Berenguer. [10] Cedeix als clergues de l'església d'Orla la casa de pedra i calç que hi ha a l'entrada de la cellera d'Orla, amb les altres cases [adjacents]. A més a més, els clergues que tinguin aquestes cases no estaran obligats a fer el servei de guaita a causa d'aquestes, llevat de quan el castrum d'Orla estigui en guerra o en cas d'amenaça sobre el Rosselló. [11] Si Bernat de So morís sense descendència legítima, el castrum d'Orla i tota l'honor que li llega revertiria a Guillem de Montesquiu, Guillem de Bresés i el seu germà Pere Ramon: Guillem de Montesquiu tindria en propietat tota la terra castral d'Orla amb el seu edifici i la cellera, i els tres tindrien en comú tota l'altra honor d'Orla. [12] Llega tot el delme que té per Gausbert de Castellnou a la vila de Santa Maria de Mollet a Beatriu, filla de Ramon de Ceret.

A Original, pergami, ACA, Gran Priorat de Catalunya, perdut.

a MIRET I SANS, Joaquim, *Les cases de Templers y Hospitalers en Catalunya. Aplech de noves y documents històrics*, Barcelona, 1910, pp. 326-327, segons A.

[Quia nullus in carne positus potest evadere debitum mortis].  
Idcirco ego Berengarius de Orulo condo meum testamentum in  
mea sanitate [...].

[1] In primis dimito et mando ut corpus meum sepeliantur in cimiterio Mansi Dei. Et dimito milicie Templi meum equ(u)m et mea arma. Dimito amplius milicie Templi pro redemptione anime mee castrum de Caucolibero cum omnibus suis terminis et pertinenciis per francum *alod*, et mansos omnes quos habeo in villa de Tacione Superiori et in villa de Tacione Inferiori cum omnibus hominibus et feminabus et cum omni honore [...], ita quod Garsendis, uxor mea, habeat et teneat totum honorem quem habeo vel habere debeo in villa de Tacione Superiori et [in villa de Tacione] Inferiori [...] in omni vita sua [...]. Post mortem vero suam revertatur totus predictus honor dicte milicie preter mansum de Ciprianis, quem dimito Beate Eulalie Elenensis ecclesie cum hominibus et feminabus [...], et preter decimam quem habeo et teneo in proprium in villa Sancti Martini de Tacione et in ejus terminis, quam decimam dimito Guilelmo de Monte Eschivo in perpetuum. Et amplius dimito milicie Templi mansum Arnaldi de *na Lins* [...] in villa de Orulo.

[2] Dimito amplius G. de Monte Eschivo omne fevode quod teneo pro dominum regem, scilicet terciam partem leude Perpiniiani, quam tenet per me Bremundus de Villalonga, et omnes justicias quas habeo in villa de Malleolis in hominibus et feminabus, scilicet cogocias et homicidia et batalias et cavalcadas atque alia dominia. Et amplius dimito eidem G. de Monte Eschivo omnia fevoda que milites ville de Malleolis tenent per me ubicumque sint [...].

[3] Dimitto Hospitali Jherosolimitano et Sancte Marie Fontisfrigidi comuniter pro redemptione anime mee meum campum de Prato que feci rumpi, qui est in terminis ville de Orulo, per franchum *alod*, et vinetum qui est in introitu ville de Orulo juxta viam que ducit apud Elnam, per *alod* [...].

[4] Dimito Sancte Marie de Vilario de Monte Esquivo pro redemptione anime mee et Berengarie, filie mee, totam masadam quam tenet per me P. Arnaldi in villa de Orulo [...]

[5] Dimito ecclesie Sancti Stephani de Orulo omnes ortos novos qui sunt in villa de Orulo, de via que ducit ad Elnam usque ad ortum Sancte Marie de *Jau*, ut de fructibus ortorum ardeant semper II lampade inextinguibiliter in ecclesia Sancti Stephani [...]. Dimito amplius eidem ecclesie CC solidos barchinonensium, pro uno calice.

[6] Dimito Sancte Marie de Caucolibero totam decimam quam habeo et teneo in proprium in villa de Caucolibero in ejus terminis.

[7] Dimito Beatrici, sorori Guilelmi de Cereto, et dono illud *fevod* quod *Elliarz* de Avalrino tenebat per me [...] .

[8] Dimito Garsendi, uxori mee, meum mobile preter arma et equ(u)m [...].

[9] Dimito Bernardo de Sono meum castrum de Orulo et omnem alium honorem quem habeo vel habere debeo in ipsa villa de Orulo et in ejus terminis, et albergas de Canuhis [...], ita tamen quod Garsendis, uxor mea, habeat meum castrum de Orulo et omnem alium honorem meum in omni vita sua, preter castrum de Caucolibero.

[10] Et concedo ac constituo quod clerici Sancti Stephani de Orulo habeant et teneant illam domum que est constructa ex petra et calce intraroitu<sup>a</sup> cellarie de Orulo cum aliis domibus [...]. Et dono et remito ecclesie Sancti Stephani ut clerici qui tenuerint predictas domos non teneantur tenere gaitam super domos, nisi eo tempore quo castrum habuerit gerram, vel comunis timor erit per Rossilionem [...].

[11] Post mortem vero uxoris mee Garsendis revertatur totus honor meus predictus et castrum de Orulo, sicut dictum est, illis quibus superius predictum honorem ego dimito. Si vero Bernardus de Sono sine liberis de legitimo conjugio decesserit, revertatur post mortem suam castrum de Orulo et totus honor quam ei dimito Guilelmo de Monte Esquivo et Guilelmo de Bredes et Petro Raimundo, fratri suo. Item quod G. de Montesquivo habeat in proprium totam montam castri de Orulo cum suo edificio et cellariam. Et totum alium honorem habeant G. de Montesquivo et G. de Bredes et fratres ejus P. Raimundi [...].

[12] Dimito omne mea decima quem<sup>b</sup> habeo in villa Sancte Marie de Molleto et in ejus terminis Beatrici, filie Raimundi de Cereto, [...], quam decimam teneo per Gosczbertum de Castro Novo [...].

Actum est hoc II kalendas madii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>, regnante Philippo rege in Francia. Sig+num Berengarii de *Orle*, qui hoc testamentum fieri jussi [...]. Sig+num Guilelmi, Elnensis episcopi. Sig+num Berengarii de Tacione.

a. *Sic a segurament per* in introitu. b. *Sic a per* omnem meam decimam quam.

## 147

[vers 1180-1190]<sup>127</sup>

*Memòria inventari de l'honor, dels usos i dels censos que Arnau Sifre de Malloles té a la vila i parròquia de Sant Andreu de Bages.*

A Original, pergami deteriorat, ADPO, 1B68.<sup>128</sup>

Hec est rememoracio de onore<sup>a</sup> et de usaticis et de census, quos Arnaldus Sigfredii de Malleolis habet in terminio Sancti Andree de Bagis, et in villa, et in ejus finibus.

In primis, Bernardus Johannis I petiam de terra ad Gurgos, juxta terra<sup>b</sup> Sancte Eulalie, et I ad *Ulmels* juxta carreram et juxta terra<sup>b</sup> Deuslusalvi *Marrot*, et I ortum juxta carreram publicam et juxta carreram que intrat in ortis, et I ortum juxta ortum Guilelmi Ferrane et juxta ortum Ramundi *Gentil*, et I ortum juxta ortum Guilelmi Gauschi et juxta olivetam Guilelmi Celere, et I bordam, et donant I *sester ras de blad* et II gallinas et II fogacias vel IIII denarios, et de cellario de cellaria I *sester ras de blad* et I gallinam, per I mansum eremum I gallina.<sup>c</sup>

Et Arnaldus *Guasch* I ortum juxta ortum Bernardi Johannis et juxta ortum Deuslusalvi Guilelmi Ramundi.

Et *Simon* I ortum juxta ortum Petri Gaufredi et juxta ortum Berengarii de *Bajes*.

Et Julianus I ruptam<sup>d</sup> juxta rputam<sup>e</sup> Ugueti et juxta pratum.

Et Ramundus *Lubas* tenet I ortum juxta ortum milicie et juxta campum Ramundi *Gentil*.

Et Deuslusalvus *Marrot* I ortum juxta ortum Petri Johannis et Arnaldi *Guasch*, et terciam partem I terre que est ad Figueram.

Et Deuslusalvus Guilelmi Ramundi I terram ad *Matet* [juxta ortum] Berengarii de *Bajes* et juxta rumputam<sup>e</sup> Berengarii Textoris, et I terram ad *Ulmels* juxta carreram et juxta terram Berengarii

127. Diversos personatges mencionats en aquesta acta figuren a les cartes del Temple relatives a Bages: Deulosal Marrot apareix de 1170 a 1189, Berenguer [III] de Bages, cavaller, està atestat de 1172 a 1189, Guillem Ferrana de 1187 a 1189, Bernat Joan de 1176 a 1180, Arnau Oliba de Banyuls el 1182, Arnau Guasch de 1172 a 1176, Ramon del Pou el 1181.

128. El document porta al dors una menció del segle XIV: «*census de Bages*»; una anotació del segle XV en català: «Cartas de Bages que fan a demanar», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2695».

Textoris, et I ad ipsos *Ulmels* juxta terram Petri Gaufredi et sui, et donat I gallinam et dimidium cartonum.

Et [Petrus] Johannis I mansum cum suis tenedonis in villa de *Bajes*, et I terram ad Puteum juxta terram Ramundi de *Terme* [...] Marie [Sope] et I ad *Perrera* juxta terram Ramundi *Gentil* et Guilelmi *Gausch*, et I ad Cunqueus juxta campum milicie et campum Petri Cerdani de Sancto Johanni, et I ad *Darnach* juxta condaminam Grimaloli de *Bajels* et campum de *Rodel*, et I ad *Darnach* juxta campum milicie et campum Arnaldi Olibe de *Bangils*, et I ad Lavagros juxta campum milicie et Ramundi de Puteo, et ad *Aguladad* subtus careram<sup>f</sup> et subtus [... -ad de Tur] juxta carreram et campum Berengarii de *Bajes*, et I ad Fontem Pedrosam juxta carreram et Guilelmi *Celara*, et I ad Campum de [De-...] juxta [rec ...] et campum et devesam milicie, et I rumputam de *Matet* juxta rumputam Berengarii Textoris; et I ortum, cum *rumpitu* qui sunt subtus, juxta pratum; et medietatem de olivariis in ortum Bernardi Johannis, et donat II gallinas et II fogacias et I anserem et I cartonum ordeï; et I cellarium in cellario<sup>g</sup> de *Bajes* juxta cellarium Marie Sope.

a. *Sic A per honore.*    b. *Sic A per terram.*    c. *Sic A per gallinam.*    d. *La paraula ruptam ha estat escrita posteriorment sobre una raspadura A.*    e. *Sic A.*  
f. *Sic A.*    g. *Sic A per cellaria.*

## 148

[v. 1190],<sup>129</sup> 14 de gener

*Gallarda, amb el consentiment de Pere Adela, el seu germà, esposa (?) Venrel, al qual aporta un dot de 400 sous.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per l'esquerra per les lletres de l'alfabet de la A a la Q, pergami mutilat, amplada conservada 190 mm, alçada 120 mm, ADPO, Hp186.<sup>130</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Galarda, voluntate et laudamento Petri Adela, fratris mei, dono amicorum meorum [...] <sup>a</sup> ut quamdiu ego et tu vixerimus, simul habeamus et possideamus totam predictam dotem omni vita nostra. Et post

129. El sagristà d'Orla *Stephanus* que estén aquesta acta i la següent és segurament el mateix que ha redactat l'acta de novembre de 1188. Vegeu més amunt l'acta núm. 142 i més endavant la nota 131.

130. El pergami ha estat relatat en sentit longitudinal, falta la part dreta. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3178».

mortem [...] <sup>a</sup> habeas et possideas CC solidos de predictis CCCC solidis omni vita tua cum infante et sine infante. Et post mortem tuam si [...] <sup>a</sup> *Venrel* voluntate et laudamento omnium amicorum meorum, dono et laudo tibi Galarde, uxori me future, me ipsum in [vir. ...] <sup>a</sup> ab oriente in campo domine Guilelme de Malolis, a meridie in campo Arnaldi Pagesii, ab occidente in campo Arnaldi [Venrel-... .. cum ingressibus] <sup>a</sup> et regressibus suis, et terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, dono et laudo tibi predictae Galarde, uxori [...] <sup>a</sup> possideamus totam predictam donacionem omni vita nostra. Set si forte tu michi supervixeris, habeas et possideas totam [...] <sup>a</sup> donacio revertatur infantibus de me et ex te simul nati et procreati. Si vero infantes nobis supersites non fuerint vel [...] <sup>a</sup> vel dimitere aut inpingorare pro tuis predictis CCCC solidis verbo vel scripto volueris medietatem campi mei [...] <sup>a</sup> condicione ut dum vixerimus totum predictum campum habeamus et possideamus simul ego et tu. Et post mortem [...] <sup>a</sup> inde habendo et illos non computando tibi vel proximiis tuis in sorte predictorum CCCC solidorum et sic tamdiu [...] <sup>a</sup> soluto tibi vel tuis in festo sancti Michaelis de septembro pignus predictum sit solutum. Et si forte garraitum [anoal-... ..], <sup>a</sup> si vero moneta hac barchinonensis muta vel deteriora <sup>b</sup> a lege vel penso fuerit, reddantur tibi vel tuis marcham [argenti ...] <sup>a</sup> sis tu vel proximii tuis bene pacati ad tuum tuorumque intellectum. Ad huc vero de predicto campo [habe-. ...] <sup>a</sup> campi de Olivo in vallis pro pignore predictorum CCCC solidorum. Quod est actum XVIII kalendas febroarii, anno dominice Incarnationis [...] <sup>a</sup> testesque firmare rogavimus. S+num Petri Adele predicti, qui hoc laudavi et firmavi. S++num Stephani Faber de [...] <sup>a</sup>

Stephanus, sacrista de Orlle, hoc scripsit rogatus, cum literis <sup>c</sup> rasis et emendatis in IIII et in VII et in VIII [...] <sup>a</sup>

a. *Part amb llacunes A.* b. *Sic A per mutata vel deteriorata.* c. *Sic A per litteris.*

## 149

[vers 1190],<sup>131</sup> 14 d'octubre

*Arnau d'Orla i la seva muller Beatriu deuen 125 sous barcelonesos a Guillem Menestral, quantitat que li hauran de reemborsar*

131. Diversos elements permeten proposar aquesta datació. D'entrada, la indicació relativa a la talla de 47 sous barcelonesos en un marc de plata només es troba al Ros-



*durant la pròxima festa de Sant Miquel de setembre. Per a garantir aquest reemborsament li empenyoren llur hort amb llur vinya i llur mas així com l'hort de Garsenda d'Orla. Li obliguen aquest hort, amb tots els arbres i oliveres que hi ha, de manera que si no fos reemborsat al termini del venciment li pagarien dos diners d'interessos per cada dia de retard fins a la festa de Tots Sants consecutiva, i no podrien collir cap producte en aquest hort fins a aquesta festa. I si els 125 sous més els 2 diners diaris li fossin pagats en aquest termini, la penyora estaria definitivament reemborsada; però si aquest termini fos ultrapassat, el creditor tindria l'hort i els seus ingressos en penyora d'una festa de Tots Sants a la següent, fins que hagués pagat íntegrament. Guillem Menestral concedeix tanmateix a Arnau d'Orla la facultat de collir tots els fruits de les figueres, de les pomeres i de les oliveres que hi ha en aquest hort fins per Tots Sants.*

A Original, pergami mutilat, amplada 170 mm, alçada 200 mm, ADPO, 1B63.<sup>132</sup>

(In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnaldus)<sup>a</sup> de Orulo et uxor mea Beatrix, nos simul debitorum et donatorum [...]<sup>b</sup> sumus tibi, Guilelmo Ministralis, et tuis, et cui dare vel dimittere verbo vel scripto volueris, CXXV solidorum barchinonensium, [...]<sup>b</sup> a te bene esse pacatos, quos omnes debemus tibi, et tuis, et omni homini querenti pro tuo bono, persolvere ad [...]<sup>b</sup> festum sancti Michaelis de septembro<sup>c</sup> pacifice et [...]<sup>d</sup> ad tuam voluntatem et tuorum. Pro quibus in presenti [...]<sup>b</sup> impignoramus tibi, et tuis, et cui dare vel dimittere aut impignorare pro tuo predicto averi volueris, totum ortum nostrum [...]<sup>b</sup> cum vinea nostra et cum manso nostro et cum orto domine Garsendis de Orulo. Totum vero predictum ortum [...]<sup>b</sup> et egressibus, et terminis et perti-

selló a les actes datades del 15 de gener de 1191 (nou estil) i del 5 de febrer de 1193 (nou estil). Sabem que aquesta moneda fou devaluada poc després i que havia passat a 48 sous per un marc el juliol de 1198. En el pla prosopogràfic, Arnau d'Orla figura a les dues actes de febrer de 1166 (nou estil) i de novembre de 1188; Garsenda d'Orla, germana d'Arnau, està atestada el novembre de 1188; el personatge anomenat Gauter que confirma aquesta transacció és molt versemblantment un dels germans d'Arnau d'Orla igualment mencionat el novembre de 1188. Finalment, una comparació grafològica mostra que l'escrivà *Stephanus saccustos de Orulo*, que ha redactat l'acta de novembre de 1188, és molt versemblantment el mateix que l'*Stephanus sacrista de Orle* que estén el document aquí. Vegeu més amunt l'acta núm. 142.

132. El document ha estat retallat sobre tota la part superior i falta la part esquerra així com l'angle inferior dret a l'altura de les vuit darreres línies. Porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3049».

nentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, impignoramus et obligamus tibi Guilelmo [...]<sup>b</sup> et tuis, cum omnibus arboribus et olivariis continentibus in se, ita ut si terminus predictus transierit quod [...]<sup>b</sup> tibi et tuis non esset persolutum, deinde dabimus tibi et tuis II denarios cotidie de lucro usque in festum Omnium [...]<sup>b</sup> veniens, ita tamen ut expleta predicti orti vestri non colligamus nec colligere faciamus ullo modo [...]<sup>b</sup> aliquid usque in festum Omnium sanctorum. Et si tunc in predicto festo persolverimus tibi et tuis predictos CXXV [...]<sup>b</sup> II denarios cotidie de lucro ut levatum habuerit usque in festum Omnium sanctorum, pignus predictum sit solutum [...]<sup>b</sup> et huic terminus transierit, tunc statim empires et accipias et habeas totum predictum ortum cum omnibus [...]<sup>b</sup> et expletis in se habentibus tamdiu jure pignoris de anno in annum, scilicet de uno festo Omnium sanctorum ad alium [...]<sup>b</sup> et expleta inde semper habendo et illos non computando tibi et tuis in sorte predicti averis et sic [...]<sup>b</sup> quousque de omni predicta pecunia sis tu et tui bene pacata ad tuum intellectum et tuorum. Et avere [per-...]<sup>b</sup> tibi et tuis in predicto termino, pignus predictum sit solutum. Si vero moneta hec Barchinone mutata vel deteriorata [...]<sup>b</sup> penso fuerit, reddemus tibi vel tuis marcham argenti fini ad computum XLVII solidorum barchinonensium, et sic tamdiu hac [...]<sup>b</sup> et ratione quousque de omnibus predictis CXXV solidis et de predictis II denariis cotidie ut levatum habuerit si [...]<sup>b</sup> terminus transierit, sis tu et tui bene pacati ad tuum intellectum et tuorum. Et si aliqua persona pro nobis [...]<sup>b</sup> aliquid vel totum in predicto pignore emparaverit vel abstulerit, et inde aliquid perdideris, damus et [la-...]<sup>b</sup> et in presenti affirmamus tibi et tuis in eodem pignore simul cum toto predicto averi, et super omnia nostra [hono- ..]<sup>b</sup> averis que habemus et abere<sup>e</sup> debemus omnibus locis quousque de toto quod perdideritis de predicto pignore et de omnibus [...]<sup>b</sup> CXXV solidis et de predictis II denariis cotidie de lucro, ut jam dictum est, sis tu et tui bene pacati [...]<sup>b</sup> noticiam tuam et tuorum. Et ita totum ut in hac carta continetur nos observaturos, bona fide et per [stipulacionem] promitimus. Et etiam ego Arnaldus de Orulo, tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Euvangeliis [...]<sup>b</sup> Et ego Guilelmus Ministralis bona fide solvo et diffinio tibi Arnaldo de Orulo et tuis [...]<sup>b</sup> et omnes fructus ficulnearum et meleriorum<sup>f</sup> et olera predicti orti a festo sancto [...]<sup>b</sup> usque ad Omnium sanctorum. Quod est actum II idus octobris, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> [...]<sup>b</sup> Sig++na Arnaldi de Orulo et conjugis ejus Beatricis, qui omnes hoc fieri jussimus, firmavimus [...]<sup>b</sup> testesque firmare rogavimus.

Sig+num Gauteri, qui hoc laudavit et firmavit. [...]b de Volono.  
Sig+num Johannis Joveri. Sig+num [...-berti] presbiteri.

[Stephanus], sacrista de Orlle,<sup>g</sup> hoc scripsit, rogatus, cum literis dampnatis in XV linea, die et anno quo supra.

a. Part amb llacunes A. b. Part amb llacunes A. c. Sic A per septembre. d. Paraula il·legible A. e. Sic A per habere. f. Sic A per melariorum. g. Sic A.

## 150

1191 (nou estil), 15 de gener

*Guillem de Coma i la seva muller Beatriu empenyoren per 200 sous barcelonesos a Ramon de Canet, comanador, i a tots els frares del Masdèu l'honor, les possessions i els drets que tenen al terme d'Ortafà i a la parròquia de Santa Eugènia, a saber les possessions que Guillem ha heretat del seu oncle Ponç de Gleisa i que té en feu per la milícia del Temple. Els templers percebran els fruits i els ingressos d'aquestes possessions fins que hagin estat reemborsats. Els templers autoritzen Guillem a reemborsar-los quan vulgui. Tanmateix, si al moment del pagament el condomini de Puig Julià només hagués estat llaurat una sola vegada, o la vinya de Valdesa hagués estat tallada o excavada Guillem hauria de pagar als templers la totalitat de les despeses que hi haurien efectuat; per contra, si al condomini es fessin diverses llaurades i sembres, i si els raïms estiguessin formats, llavors els templers tindrien aquestes collites.*<sup>133</sup>

A Original, pergami, amplada 350 mm, alçada 110 mm, ADPO, Hp186.<sup>134</sup>

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 94-96, segons A.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 244-247, segons A.

a VINAS, Robert, *L'ordre du Temple en Roussillon*, doc. 5, pp. 191-192.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Comba et uxor mea Beatrix, per nos metipsos et per omnes nostros, bona fide, sine omni malo ingenio, impignoramus domino

133. Prop de cinc anys més tard, el 20 de desembre de 1195, incapaços de pagar llur deute, els esposos cediran definitivament aquestes possessions als templers mitjançant 100 sous suplementaris. Vegeu més endavant, l'acta núm. 166.

134. El document porta al dors dues mencions del segle XV: «Carta Guilelmi de Comba», «Cartes de donacions e de compres e proces e de manleutes», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3181».

Deo, et domui milicie Templi, et tibi fratri Raimundo de Caneto, preceptori Mansi Dei, et fratri Raimundo de Elna, et fratri Guilelmo Burdi, et fratri *Duran*, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, totum illum honorem, et possessiones, et quicquid juris habemus vel habere debemus in terminio de Ortaphano et in adjacencia Sancte Eugenie ejusdem ville, que me contingunt ex parte mei aunculi<sup>a</sup> Poncii de Ecclesia, ea tantum modo que teneo ego Guilelmus predictus ad feodum pro jam dicta milicia, pro CC solidis barchinonensibus bonis, de quibus omnibus tenemus ac recognoscimus nos bene esse pagatos<sup>b</sup> integre, sine ulla diminucione, a vobis jam dictis. Si vero moneta jam dicta barchinonensis mutabitur, vel deteriorabitur, seu diminuetur;<sup>c</sup> tempore solucionis pignoris, de lege vel penso, reddemus vobis et cui volueritis marchas argenti fini et recti ponderis Perpiniani, unam quamque marcham argenti precio XL<sup>a</sup> VII<sup>i</sup> solidorum, ita solvendo donec jam dicti CC solidi barchinonensis pleniter sint soluti vobis vel cui volueritis, sine ulla diminucione. Interim vero omnia predicta de nostra potestate in potestate jam dicte milicie, et vestri predictorum fratrum ejusdem domus, presentibus et futuris,<sup>d</sup> tradimus, fructus et redditus hujus pignoris non computentur vobis in *paga* vestri jam dicti averis. Ego quoque Raimundus de Caneto predictus, cum ceteris predictis fratribus, damus licenciam tibi jam dicto Guillmo<sup>e</sup> de Comba solvere predictum quandocumque volueris, ita tamen ut, si condamina de Podio Juliani semel tantum arata fuerit, vel vinea de Valle Desa potata vel defossa, missiones expense integre nobis reddantur, si vero condamina jam dicta plusquam semel arata vel seminata fuerit, et vinee fructus, id est racemi, fuerint apparibiles,<sup>f</sup> eos colligamus, quia in his nichil tibi concedimus, nec quod residuum est, pignoris sine condamina et vinea predicta redimi possit. Ego Beatrix, jam dicta uxor Guilelmi de Comba predicti, corporaliter tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> evangeliiis juro ne contra hoc quod superius scriptum est veniam, vel per aliquam personam subpositam aliquo modo vel ingenio veniri faciam. Quod est actum X<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup> kalendas februarii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>, Philippo rege regnante. Sig+num Guilelmi de Comba, Sig+num Beatricis, uxoris ejus, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt, firmarique rogaverunt. Sig+num Berengarii de Podio. Sig+num Petri Amblardi. Sig+num Raimundi Amblardi. Sig+num Bernardi Jachobi. Sig+num Guilaberti.

ARNALDUS, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, cum literis<sup>g</sup> rasis et emendatis in XIII<sup>a</sup> linea, die et anno quo (SM) supra.

a. *Sic A per avunculi.*      b. *Sic A.*      c. *diminuetur A.*      d. *Sic A per presentium et futurorum.*  
 e. *Sic A.*      f. *Sic A per apparentes.*      g. *Sic A per litteris.*

## 151

1191, 18 de setembre

*Ponç d'Illa i el seu germà Arnau de Malloles empenyoren per 100 sous barcelonesos a Arnau Tolsà la batllia de tota l'honor que tenen al terme i a la vila de Sant Esteve d'Orla, per la durada d'una collita. El venciment del pagament està fixat al dia de Nadal; passat aquest termini, si no està reemborsat, el creditor tindrà la collita següent, i així d'un any a l'altre fins al complet pagament del deute. Els ingressos de la batllia no es comptabilitzaran en l'import del reemborsament, però el creditor els tindrà a títol d'una donació real.*

A Original, pergamí mutilat, amplada 310/350 mm, alçada 120/125 mm, ADPO, 1B63.<sup>135</sup>

In Dei nomine. Manifestum sit cunctis quod ego Poncius de Insula et ego Ar[nald]us<sup>a</sup> de *Maloles*, ejus frater, nos insimul per nos et per omnes nostros, bona et spontanea meraque voluntate ac bona fide, sine omni enganno et sine ullo malo ingenio, mittimus in pignore tibi Arnaldo Tolsani, et omnibus tuis, et omnibus illis quibus volueris, pro C solidis Barchinone, nostram bajuliam integre et generaliter de toto nostro honore quem habemus in terminio Sancti Stephani de *Orlle* et in villa, sicut melius ullus bajulus illam bajuliam olim habuit vel melius habere debuit ullo modo, aliqua voce et racione in jam dicto terminio, sine omni tuo tuorumque enganno, ad tuum tuorumque intellectum et ad tuam tuorumque [in-...-iam]<sup>a</sup> et noticiam, et hoc ad unum expletum in tua tuorumque potestate collectum. Collecto ipso et expleto in tua tuorumque potestate, deinde quacumque hora nos predicti, vel nostri, reddiderimus tibi Arnaldo Tolsani prefato, vel tuis aut quibus volueris, usque ad Natale Domini, tuos<sup>b</sup> prenomatos C solidos Barchinone sine omni tuo tuorumque enganno solvatur nobis et nostris predictum pignus. Si vero in die statuto Natalis tuum<sup>c</sup> prenomatum avere non erat solutum tibi, vel tuis, vel quibus

135. El document està tallat a l'altura de la primera línia i presenta dos forats de petit diàmetre a l'altura de la tercera i sisena línies. Porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3160».

volueris, deinde non habeamus licenciam solvendi illud donec aliud expletum habeas tu vel tui inde collectum. Et sic decetero annuatim inter nos et te fiat, et inter nostros et tuos, quousque tuum prenominatum avere habeas totum sine tuo tuorumque enganno a nobis, vel a nostris, recuperatum. Et si forte moneta predicta Barchinona mutata vel minuata fuerit lege vel penso, aut abbatitta<sup>d</sup> sive deteriorata, tempore solucionis pignoris, reddamus tibi Arnaldo Tolsani, vel tuis, vel omnibus illis quibus volueris, morabatinos marinos vel melechinos boni auri et recti ponderis Perpiniani, unumquemque morabatinum precio VII solidorum Barchinone, quousque numerus C solidorum Barchinone sit totus completus usque ad sumam. Quos C solidos Barchinone penes nos numeratos accipimus sine diminucione, de quibus omnibus profiteamur nos bene esse paccatos. Fructus et redditus et lucrum predictae bajulie non computentur tibi Arnaldo Tolsani nec tuis in sortem predicti averis, set tu habeas titulo vere donacionis. Et ego Poncius de Insula et ego Arnaldus de *Maloles*, ejus frater, convenimus tibi Arnaldo Tolsani et tuis et quibus volueris per nostram fidem rectam ut de bajulia predicta et de omni hoc te nec tuos non engannemus et ingannare non faciamus, nec ingannare dimmitamus<sup>e</sup> neque decipiamus ullo modo, set tibi et tuis semper faciamus bonum habere et tenere sine tuo tuorumque enganno quousque de pignore liberemus. Et de omni hoc nequeamus deffendere<sup>f</sup> ullo modo, aliqua voce et racione, nec ulla lege. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum XIII kalendas octobris, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. Sig+num Poncii de Insula, Sig+num Arnaldi de *Maloles*, ejus fratris, qui hoc fieri jusserunt, firmaverunt, laudaverunt firmarique rogaverunt. Sig+num Gauzberti de Civinago. Sig+num Bernardi Boeti. Sig+num Arnaldi Garrige. Sig+num Petri Giraldi. Sig+num Martini *Forner*.

PONCIUS, sacerdos, hoc scripsit, rogatus atque jussus, cum literis<sup>g</sup> rasis et emendatis in VI et in VII linea, die et anno quo (SM) SUPRA.

a. Forat a A.      b. La lletra -o- de tuos ha estat escrita ulteriorment sobre una raspadura A.      c. La paraula tuum ha estat escrita ulteriorment sobre una raspadura.      d. Sic A.      e. Sic A per dimitamus.      f. Sic A per defendere.      g. Sic A per litteris.

## 152

1191, 8 d'octubre. Al castell de Palau [del Vidre], sota el porxo de l'església

*Adelaida de la Roca, filla del difunt Arnau de Tuïr, ven a la milícia del Temple i a fra Ramon d'Elna, comanador del Masdéu, a fra Berenguer de Palau, capellà, a fra Andreu i a tots els altres frares d'aquesta casa tot el que té a l'estany de Bages, a saber, la meitat d'aquest estany. Per aquesta venda rep dels templers una almoïna de 500 sous barcelonesos. Alamanda, senyora de la Roca i filla d'Adelaida, confirma aquesta transacció.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 112r-v, acta núm. 177.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 83-85, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 248-252, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego domina Aladaidis de Rocha, filia que fuit olim Arnaldi de Tuire, per me et omnes meos, presentes et futuros, spontanea voluntate, nullius<sup>a</sup> decepta ingenio, dono et vendo Deo omnipotenti et domui milicie Templi et tibi fratri Raymundo de Elna, preceptori Mansi Dei, et fratri Berengario de Palacio, capellano, et fratri Andree, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, quicquid habeo vel habere debeo in stagno de Bagis, scilicet medietatem totius stagni jam dicti, a celo usque in abyssum,<sup>b</sup> ad faciendas vestras vestrorumque voluntates imperpetuum, per franchum alodium. Et per hanc donacionem et vendicionem accipio a vobis jam dictis D solidos barchinonensium de elemosinis domus milicie Templi et insuper spero me propter hoc per Dei [mediatum] remissionem peccatorum meorum consecuturam. Stagnum vero jam dictum est in episcopatu Elne, in termino Sancti Andree de Bagis, affrontans ab oriente in via que discurrit de Bagis ad Villam Novam, a meridie in *tamariger* et in ortos de Bagis, ab occidente in campo Bernardi Johannis, quem tenet pro Sanctam Eulaliam, et in campum Mathei, quem tenet per miliciam Templi et per Arnaldum de Berra, et in devesam milicie Templi, ab aquilone, in via publica que exit de Riardo et discurrit ad Avalrinum. Quicquid hiis quatuor affrontacionibus includitur, ita tamen quod mei juris est medietatem, scilicet omnium eorum que inter has continentur jam dictas affrontaciones, aquas videlicet et fructus aquarum solum quoque, cum ingressibus et regressibus suis, et cum omnibus pertinenciis suis, a celo in abyssum,<sup>b</sup> et cum omnibus in se habentibus, et cum

omnibus adempmentis et melioracionibus suis, dono et vendo ut jam dictum est, ad faciendas omnes vestras vestrorumque presentium et futurorum voluntates, sive in retinendis aquis sive in exsiccandum<sup>c</sup> stagnum, vel quocumque aliud ibi faciendum vobis vestrique placuerit. Hanc igitur jam dictam donacionem et vendicionem, cum omni melioracione sua et magis valencia, presenti et futura, facio ego domina Aladaidis de Rocca jam dicta, per me et omnes successores meos, nulla mihi meisque retenta conditione sive interpellacione, set ut imperpetuum sit alodium franchum et liberum Dei omnipotentis et domus milicie Templi, unde spero remissionem omnium peccatorum mei et parentum meorum. Confiteor etiam me illos jam dictos D solidos barchinonensium propriis manibus accepisse, et cum hac carta in presenti tradidisse Deo et domui milicie Templi et vobis, jam dictis fratribus, quicquid habeo vel habere debeo infra jam dictas affrontaciones. Ut autem imperpetuum hec donacio et vendicio irrevocabilis maneat et firma, et huic instrumento fides adhibeatur sincera,<sup>d</sup> juro ego domina Aladaidis jam dicta, corporaliter tactis sacrosanctis quatuor Evangeliiis, quod nunquam per me vel per aliquam subpositam personam contra hanc donacionem et vendicionem, vel contra hoc presens instrumentum, veniam vel veniri faciam. Promitto<sup>e</sup> etiam per stipulationem, et successores meos obligatos relinquo, ut semper faciam habere vobis, et possidere, et contra universos donacionem et vendicionem jam dictam, et quod defendam<sup>f</sup> et manuteneam et requiram et placitem ad vestram vestrorumque utilitatem hanc eandem donacionem et vendicionem. Quod est actum VIII<sup>o</sup> idus octobris, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> I<sup>o</sup>, infra castrum de Palacio, in porticu ante ecclesiam. Sig+num domine Aladaidis de Rocha, que hoc fieri jussit, firmavit, laudavit firmarique rogavit. Sig+num Petri Amblardi. Sig+num Raymundi Amblardi. Sig+num Berengarii de *Puyg*. Sig+num Bernardi Jacobi. Sig+num Bernardi Amblardi. Factum est etiam hoc in presencia fratris Poncii Primi, et fratris Sancii, et magistri Raymundi. Sig+num Alamande domine de Rocha, filie Aladaidis de Rocha jam dicte, que hoc laudo et firmo et dono domino Deo et domui milicie Templi in remissione omnium peccatorum meorum, et quicquid habeo et habere debeo aliqua voce et racione in jam dicto quod mater mea jam dicta donat superius domui milicie Templi per franchum alodium.

Arnaldus, presbiter, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. nulus B.      b. habissum B.      c. exiquandum B.      d. adibeatur sinsera  
B.      e. promito B.      f. deffendam B.



## 153

1193 (nou estil), 5 de febrer

*Arnau Batlle reconeix haver rebut 1.000 sous de Barcelona de la seva esposa Clerana, que aquesta ha pres de l'herència de la seva filla Estefania i li ha lliurat en nom d'aquesta última per al dot de Bernat Arnau, fill d'Arnau. En compensació, Arnau els dóna tot el seu mas de Perpinyà amb totes les seves dependències, excepte la botiga i la caseta, que anomenen la cambra, que Arnau i la seva esposa conservaran per a llurs necessitats vitalícies. Els obliga igualment 800 sous, a prendre sobre totes les penyores que té a Tanyeres i a Bompàs, com ho estipulen les cartes que ha lliurat a Clerana per a la garantia de la seva filla. I si totes aquestes penyores o una part canviessin de mans, Arnau i la seva esposa assignarien aquesta quantitat a una altra possessió amb el consentiment dels parents pròxims d'Estefania. Arnau Batlle dóna a més a més al seu fill Bernat Arnau, a conseqüència del seu dret de primogenitura i per al seu casament, 400 sous sobre les seves penyores de Salses, de les quals ja ha lliurat les actes a Clerana, amb la condició que els noucasats, quan tinguin l'edat de fer-ho, posseeixin tot el que precedeix en comú mentre visquin. Després de llur mort, tot revertirà als fills nascuts de llur unió. Si Bernat Arnau morís primer, Estefania heretaria la totalitat d'aquests béns per a gaudir-ne tot al llarg de la seva vida. I després de la mort de Bernat Arnau, Estefania i els seus parents pròxims tindran i gaudiran d'aquesta penyora de 1.000 sous mentre aquesta quantitat no els hagi estat pagada. Els ingressos de les collites no es comptabilitzaran en el pagament de la quantitat empenyorada.*

A' Original, en forma de carta partida per l'esquerra per les lletres de l'alfabet de la A a la L, pergami, amplada 210/250 mm, alçada 50/160 mm, ADPO, 1B59.<sup>136</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnaldus Bajulus laudo et recognosco me a te Clerana, uxore mea, habuisse et accepisse M solidos barchinonensium bonorum ex hereditate filie tue Stephanie, quos tu per illam donas et tradis nomine dotis filio meo Bernardo Arnaldo, de quibus tibi Clerane et predicte filie tue Stefanie returnum dono et de presenti trado sine enganno et

136. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2467».

obligo totum meum mansum de Perpiniario, cum omnibus suis pertinentiis, preter operatorium et casam quam appellamus cameram, que scilicet solum modo retinemus ego et tu Clerana, uxor mea, ad nostrum servicium de nostra vita. Et amplius vobis dono returnum, et obligo pro jam dictis M solidis illa pignora universa que habeo pro DCCC solidis barchinonensium inter Texnerias et *Malpas* et infra illos terminos, sicut continetur in meis cartulis quas tibi Clerane, uxori mee, tradidi ad salvamentum et ad fidelitatem filie tue Stefanie. Interea, si quid de illis pignoribus aut omnia exierint, peccuniam<sup>a</sup> illam ego et tu Clerana ponamus et mittemus in alio honore ad laudamentum amicorum predictae Stefanie et ad bonum et ad salvamentum illius. Item, sit notum quod ego predictus Arnaldus Bajulus, dono et de presenti trado tibi, Bernardo Arnaldo, meo filio, per majoriam super omnes alios meos infantes, totum predictum meum mansum de Perpiniario, cum omnibus suis pertinentiis, et predictos DCCC solidos, et amplius CCCC solidos in illis meis pignoribus de Salsis, de quibus tibi Clerane uxori jam tradidi similiter cartulas pignoraticias. Hanc majoriam tibi Bernardo Arnaldo, filio meo majori, dono et facio sine enganno ab integre totam, et tibi Stefanie, illius uxori, eam dono et laudo et confirmo sine enganno in donationem pro jam dicto filio meo et pro sponsalico.<sup>b</sup> Et pro returno dictorum millium solidorum, totum predictum mansum de Perpiniario obligo, et jam dictos DCCC solidos de Texneriis et de Malpasso, et illa pignora que per illos infra predictos terminos habeo universa. Et hoc totum facio tali pacto quod tu Stefania et tu Bernardus Arnaldi, vir ejus, cum fueritis perfecte etatis, ita totum habeatis, teneatis simul, et expletis, quandocumque accipere et habere volueritis, ad omnem vestrum bonum et ad vestram voluntatem omni vita vestra. Post obitum vestri, totum deveniat libere infanti vel infantibus ex vobis duobus conjunctim natis et procreatis. Si vero te, Bernardum Arnaldi, filium meum, premori contigerit, volo et instituo quod tu predicta Stefania hoc totum habeas, teneas et expletes, nomine donationis et pro sponsalicio, omni vita tua, ad omnem tuum bonum et ad tuam voluntatem, cum infante et sine infante, dum vixeris. Hoc semper servato quod ego et predicta uxor mea Clerana dictam cameram et operatorium de Perpiniario in illo nostro manso habeamus et teneamus quamdiu vixerimus, ad nostrum bonum et ad nostrum servicium. Volo iterum et firmiter instituo ego predictus Arnaldus Bajulus quod, post obitum filii mei Bernardi Arnaldi, tu Stefania, et tui propinqui, ad tuam voluntatem facere, pro pignore

dictorum millium solidorum tamdiu habeatis, teneatis et expletetis prescriptum returnum, fructibus non computatis in sorte vel pro usura, donec tibi Stefanie, vel tuis aut cui mandaveris, fideliter in hoc presenti valore solvantur dicti M solidi tue hereditatis. Si vero presens moneta fuerit bexata<sup>c</sup> vel pejorata a lege vel penso, reddantur vobis pro illis M solidis marcham fini argenti recti pensi Perpiniani sine enganno, ad computum unamquamque XL<sup>a</sup> VII solidorum, donec ita compleantur. Est autem dictus mansus in villa Perpiniani, in ajacentia<sup>d</sup> Sancti Johannis ejusdem ville, affrontat ab oriente in manso Gombaldi et Johannis de Gerunda, de meridie in manso Guilelmi Adalberti et Bernardi Calvini, de circio in via, de aquilone in via. Et est manifestum. Qui voluerit disrumpere, non valeat, set in duplo componat, et postea firmiter maneat. Actum est hoc idibus februarii, anno dominice Incarnacionis M° C° XC° II°, regnante Filippo rege in Francia. Sig+num Arnaldi Bajuli, Sig+num Clerane, uxoris ejus, Sig++na Bernardi Arnaldi et ejus uxoris Stefanie, qui omnes simul totum ita fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++na Petri Emerici et Petri Ordeacei. Sig++na Bernardi Amarelli et Berengarii Albiczonis. Sig+num Arnaldi Caenii.

BERNARDUS, sacerdos, (SM) SCRIPSIT ROGATUS.

a. *Sic A per pecuniam.*    b. *Sic A per sponsalicio.*    c. *Sic A per diminuata.*  
 d. *Sic A per adjacentia.*

## 154

1193, 26 de novembre

*Berenguer, prior de Sant Aciscle, concedeix a Arnau Fabre de Malloles i a la seva esposa Morlana un casal situat a la vila de Santa Maria de Malloles, amb la condició que hi facin una casa i donin al priorat un cens anual de 12 diners el dia de Nadal. Per aquesta concessió, el prior reconeix haver rebut 8 sous barcelonesos.*

A Original, pergami, amplada 275 mm, alçada 80/95 mm, ADPO, H200.<sup>137</sup>

In Dei nomine. Manifestum sit cunctis quod ego Berengarius, prior Sancti Asciscli, per me et per omnes successores meos dono et laudo firmiterque concedo cum hac presenti carta in perpetuum

137. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2129».

valitura jure perfecte et vere donacionis et laudacionis in presenti trado tibi, Arnaldo Fabri de Malolis, et uxori tue Morllane, et vestris omnique posteritati vestre ac consanguinitati atque omnibus illis quibus volueritis, ad omnes vestras vestrarumque voluntates faciendas in perpetuum, salvis juribus Sancti Asciscli, unum *chasal*, integre et generaliter, a celo usque in habissum,<sup>a</sup> quod habet Sanctus Asciscus in terminio Sancte Marie de Malolis, intus villa,<sup>b</sup> sub tali vero condicione ut hibi<sup>c</sup> casam faciatis, et pro ea casa dabitur annuatim Sancto Ascisclo et suis XII denarios monete hujus terre de censu semper ad Natale Domini. Pro qua donacione et laude accipio a vobis VIII solidos barchinonensium de accapte, quos penes me numeratos accipio sine diminucione, de quibus omnibus profiteor me esse paccatum. Affrontat autem predictum *chasal* ab oriente in carrera publica, a meridie in alia carrera que est juxta tuum,<sup>d</sup> ab occidente in manso qui fuit olim Ramundi Bernardi, ab aquilone in manso Guilelmi Johannis Stephani. Quantum infra istas affrontaciones superius scriptas includitur totum sine enganno, ut superius est dictum, dono et laudo vobis jam dictis et vestris in perpetuum, cum ingressibus suis et regressibus, et terminis suis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, ut melius a vobis vel a vestris dici, legi ac intelligi potest, sicut modo valet vel inantea magis valere poterit, salvis juribus Sancti Asciscli. Siquis contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat. Quod est actum VI kalendas decembris, anno dominice Incarnacionis M° C° XC° III° . Sig+num Berengarii, prioris Sancti Asciscli, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi, firmarique rogavi.

Sig+num Arnaldi Garrigue. Sig+num Arnaldi Textoris. Sig+num Guilelmi Fabre.

PONCIUS, sacerdos, hoc scripsit, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) SUPRA.

a. Sic A per abyssum. b. Sic A per villam. c. Sic A per ibi. d. Sic A per tovum?

1194, 29 de març. Al Masdèu

*Pere Ramon de Boada es dóna en cos i ànima a la casa temple-  
ra del Masdèu. Dóna al Masdèu la borda de Rossell i el seu  
home, tal com els havia comprat a Ramon de Palol i als seus.  
Aquesta borda se situa al vescomtat de Vallespir, a la parròquia*

*de Sant Pere de Ceret, al lloc anomenat Zabairz. Dóna igualment 100 sous barcelonesos per la remissió dels seus pecats i la salvació de la seva ànima. Pere de Calonge, comanador del Masdèu, amb el consentiment dels altres frares, rep Pere Ramon en la confraternitat de llur casa perquè tingui part en tots els benifets de les cases de la milícia. I si volgués incorporar-se a l'orde en vida seva, el rebrien segons les recomanacions del mestre. I si morís abans d'entrar a l'orde, els templers rebrien el seu cos per a sebollir-lo en llur cementiri. Aquesta borda fa un cens de 12 diners el dia de Nadal, més l'ager de les terres, el quint de les vinyes i el quartó de les oliveres.*

- A Original, pergami deteriorat, amplada 150 mm, alçada 125/135 mm, ADPO, Hp186.<sup>138</sup>
- B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 138-140, segons A.
- C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 256-258, segons A.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Petrus Raimundus de Buada reddo meum corpus et meam (animam)<sup>a</sup> domino Deo et domui milicie Templi, scilicet domus Mansi Dei. Et dono in presenti predictae domui unam meam bordam Rosselli, hominis mei, per franco alodio, sicut melius ego comparavi de Raimundo de Palaciolo et de suis, sicuti in carta vendicionis continetur, et ego ipse habui et possedi per franco alodio. Et dono C solidos barchinonenses in remissione meorum peccatorum et in salut[e anime] mee. Est autem predicta borda in comitatu Vallispiri, in adjacentia Sancti Petri de Cireto, in loco [qui vocatur] *Zabairz*. Quam bordam, cum omnibus in se habentibus et ad se pertinentibus, et omnes habitatores ejusdem borde, presentes et futuros, cum omni progenie eorum, dono et omnibus modis diffinio cum presenti carta donacionis predictae domui milicie et tibi Petro de *Colonge*, preceptori Mansi Dei, omnibusque fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et de mea potestate in vestro transfundo<sup>b</sup> dominio.

Et ego P(etrus) de *Colonge*, preceptor Mansi Dei, cum consilio et voluntate fratris Durandi et fratris B(erengarii) de Palacio, capellani, et fratris G(uilelmi) Burdi, et aliorum, recipio te Petrum R(aimundum) in confraternitate et benefactis nostre domus, et

138. La tinta s'ha diluït per l'acció d'un solvent. El document porta al dors un regest del segle XV en llatí: «Carta de Cereto et Petri Raimundi de Sa Buada», una menció moderna, i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3190».

utinam sis particeps in omnibus benefactis nostrarum domorum milicie. Et si, in vita tua, ad nostrum ordinem venire volueris, recipiemus te ad preceptum magistri. Si vero antequam venires mors superveniret tibi, reciperemus corpus tuum ad sepeliendum in nostro cimiterio.

Et est manifestum. Quod est factum IIII kalendas aprilis, anno dominice Incarnationis M° C° XC° IIII°, apud Mansum Dei, in potestate P. de *Colonge*, preceptoris Mansi Dei, et fratris Durandi, et fratris B(erengarii) de Palacio, capellani, et fratris G(uilelmi) Burdi, et fratris P(etri) Cavallerii. Sig+num Petri Raimundi de Buada, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi, firmavique mandavi. Sig+num Petri, presbiteri. Sig+num Arnaldi, presbiteri. Sig+num Rosselli. Scensus<sup>e</sup> borde est XII denarii annuatim ad Natalis, et de terris tascham, de vineis quintum, et de olivariis quartum. [...-mer]<sup>d</sup> est proprie de seniori.

Beringarius, diaconus, scripsit rogatus, cum literis dapnatis<sup>e</sup> in XIII<sup>a</sup> linea, die (SM) et anno quo supra.

a. animam omès A. b. Sic A per transfundo. c. Sic A per census. d. Les primeres lletres d'aquesta paraula són il·legibles A. e. Sic A per litteris damnatis.

## 156

1194, 13 de setembre

*Ramon de Castell-rosselló dona a la casa del Masdèu de la milícia del Temple i a Pere de Calonge, el seu comanador, i als altres frares d'aquesta casa tot el dret i el domini que té sobre l'honor que Guillem Massot tenia en feu per ell a la parròquia de Sant Julià de Vilanova de Raò. Per aquesta donació, ha rebut 200 sous de Barcelona. Bernat de Castell-rosselló, fill de Ramon, confirma aquesta transacció.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 59v-60, acta núm. 96.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 130-131, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 262-267, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Castro Rossillione, per me et per omnes successores meos, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, intuitu pietatis et remissionis peccatorum meorum et patris mei et matris mee, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, nomine simplicis et vere

donacionis, dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado Deo et domui Mansi Dei milicie Templi et tibi, Petro de Colongis, preceptori ejusdem domus, et tibi, Berengario, capellano, et Duranno et Petro Porcello, fratribus predictae domus, omnibusque aliis fratribus ejusdem domus ibidem presentibus atque futuris, per liberum et franchum alodium, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem in eternum faciendam, totum meum jus et dominium, quod habeo et habere debeo, jure vel consuetudine, in omni ipso honore, videlicet heremo et condirecto, quem Guilelmus *Massot* habet et tenet pro me ad fevodium infra fines et terminos Ville nove de Razano, in omni adjacencia Sancti Juliani ejusdem ville, totum integriter, sicut melius Guilelmus *Massot* predictus sive progenies<sup>a</sup> ejus condam pro me sive pro meis habuit et tenuit ad fevodium, scilicet et campos et vineas, ortos et ortalia, arbores fructiferas et infructiferas, quartos, quintos et agraria et omnia terremerita, boschos et garrigas, herema et condirecta et devesas et riparias, paschua et pasturalia et ademprivia et omnia hic expressa vel non expressa, que de predicto feudo sunt vel unquam fuerunt ad me pertinencia et accidentia sive ullo modo competitura, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, et cum omnibus meis juribus et vocibus et rationibus et accidentibus et dominacionibus et exceptionibus in predicto feudo, quod Guilelmus *Massot* predictus per me habebat et tenebat in predicta adjacencia, sive habere et tenere debebat, mihi pertinentibus et accidentibus sive ullo modo competituris, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, libere et quiete absque omni retentu, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et predictae domus Mansi Dei. De predicto honore predicti feudi terminat quedam pars ab oriente in honore Raymundi de Caneto, a meridie in honore Raymundi de Corniliano et fratris suis et Corniliani, ab occidente in honore qui fuit Arnaldi de Capite stagni, quam modo habet filia sua, Agnes Perpiniani, ab aquilone in Riardo et in vestro honore metipso. Sicut superius dictum est, sic dono vobis, predictis, et vestris per liberum et franchum alodium totum meum jus et dominium quod habebam et habere debebam in predicto honore heremo, videlicet, et condirecto, jure vel consuetudine, ubicumque Guilelmus *Massotus* predictus pro me habebat et tenebat ad feudum in predicta adjacencia, sicut unquam condam melius ipse sive progenies<sup>a</sup> ejus pro me habuit et tenuit, sive pro meis, et quicquid decetero de predicto fevodo

expressum vel non expressum in predicta adjacentia adquirere vel habere poteritis, vos vel vestri, totum illud vobis et vestris dono et laudo et diligenter affranquisco et solvo et diffinio, ad omnem vestram vestrorum voluntatem omni tempore. Et propter hanc donacionem quam vobis et vestris ac predictae domui Mansi Dei facio, habui et accepi ex bonis Mansi Dei et ex vobis CC solidos barchinonensium, et ideo, ut predicta donacio firmior<sup>b</sup> et stabilior omni tempore. Et si aliqua lege vel aliquo jure contra hoc venire possem, illi legi et juri scienter renuncio; et ita me observaturum, ut in hac carta continetur, bona fide per stipulacionem promitto.<sup>c</sup> Et totum honorem predicti feudi, ubicumque sit in predicta adjacentia, vobis et vestris et predictae domui Mansi Dei, ego et mei faciemus in eternum bonum habere et tenere in pace; et erimus vobis et vestris et predictae domui fideles et legales guirentes ab omni persona. Et est manifestum. Actum est hoc idibus septembris, anno incarnationis Domini M° C° LXXXX° IIII°. Sig+num Raymundi de Castro Rossillione, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Bernardi Castri Rossilionis, filii ejusdem Raymundi, qui hoc totum laudo et firmo. Sig+num Raymundi de Sancto Laurentio. Sig+num Raymundi de *Anils*, militis. Sig+num Bernardi de Podio *ultrer*. Sig+num Guilelmi de Sancto Clemente. Sig+num Petri de Estagello, armigeri Petri de Colongis predicti.

Petrus de Vernetto, presbiter, publicus scriptor, scripsit hoc, rogatus, vice Guilelmi *Reg*, notarii, et suprascriptit in VIII<sup>a</sup> linea, et hoc sig-(SM)-num fecit, et suprascriptit in XXVII linea.

a. projenies B. b. firmio B. c. promito B.

## 157

1194, 23 de setembre

*Guillem Massot i la seva esposa Comdors venen a Pere de Calonge, preceptor del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa tota l'honor que Guillem Llobet de Vilanova de Raò té per ells a la parròquia de Sant Julià i que ells mateixos tenien en feu per Ramon de Castell-rosselló. Per aquesta venda els esposos reconeixen haver rebut la quantitat de 500 sous de Barcelona. Pel camp que depèn d'aquesta honor Guillem Llobet fa 12 diners de cens anual el dia de Nadal. Ponç Maurà, fill dels venedors, confirma aquesta transacció.*



- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 74v-75, acta núm. 117.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 128-129, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 268-275, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus *Massot*, et ego Comtor, uxor ejus, nos duo simul, per nos et omnes nostros, presentes ac futuros, bona fide et sine omni enganno, non inducti dolo neque vi nec circumventi in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus tibi, Petro de Colongis, preceptori domus Mansi Dei milicie Templi, et tibi, Durano, et tibi, Berengario, capellano, et tibi, Guilelmo *Bort*, et tibi, Petro Porcello, fratribus domus predicte Mansi Dei, omnibusque aliis fratribus<sup>a</sup> ejusdem domus ibidem, presentibus atque futuris, et cui dare vel dimittere<sup>b</sup> volueritis, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem in eternum faciendam, totum ipsum honorem nostrum, heremum et condirectum, quem Guilelmus Lobetus de Villa nova de *Raçona* tenet pro nobis [et]<sup>c</sup> tenere debebat in adjacentia Sancti Juliani ejusdem ville. Quem honorem predictum nos ipsi tenebamus ad feodum pro Raymundo de Castro Rossilione. Sicut superius dictum est, sicut nos prenominati, per nos et per omnes successores, vendimus tibi, Petro de Colongis, preceptori prefate domus Mansi Dei, et successoribus tuis omnibusque aliis fratribus ejusdem domus ibidem presentibus ac futuris, totum predictum honorem, sicut melius Guilelmus Lobetus predictus, filius Lobeti qui fuit, pro nobis habebat et tenebat infra fines et terminos predicte Ville nove de Razono, et in omni adjacentia Sancti Juliani ejusdem ville, et totum quantum in predicto honore habemus et habere debemus, jure vel consuetudine, et accipimus, et omnia nostra jura et voces et rationes et dominaciones et actiones que in predicto honore habemus et habere debemus ulla voce vel aliqua racione, et omnes tenedones et fevoda et pagesias que de predicto honore sint sive unquam fuerunt, et campos et vineas, herema et condirecta, census et usaticos, quartos, quintos et agraria et omnia terremerita, servicia et ademprivia et devesas et riparias, garrigas, paschua et pasturalia, aquas et aqualia, stagna et stagnalia et quicquid esse potest ad usum hominum et animalium, et totum quantum est de ipso feodo quod pro Raymundo de Castro Rossillione tenebamus sive unquam fuit, et omnia hic expressa vel non expressa, totum integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis<sup>d</sup> et cum omnibus in se habentibus, et cum omnibus nobis

et in predicto honore accidentibus et pertinentibus sive ullo modo competituris, sine omni vestro vestrorum enganno et sine ullo malo ingenio, libere et quiete, absque aliquo retentu, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum et predictae domui Mansi Dei, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, pro DL solidis barchinonensium, quos omnes a vobis numerando nos habuisse et accepisse concedimus et de omnibus a vobis profiteamur nos bene esse paccatos. Quedam pars hujus predicti honoris affrontat ab oriente in honore Raymundi de Caneto, a meridie in honore Raymundi de Corniliano et fratris sui et Corniliani, ab occidente in honore qui fuit Arnaldi de Capite stagno, quem modo habet filia sua Agnes Perpiniani, ab aquilone in flumine Riardi et in honore vestro metipso. Ipse campus qui est de isto honore, pro quo facit censum Guilelmus Lobetus annuatim in festo Natalis Domini XII denarium, affrontat ab oriente in honore Petri Guitardi, a meridie in via publica que vadit de Tezano<sup>e</sup> ad Villam novam, ab occidente et ab aquilone in honore Petri de Sancto Felice. Totum, ut superius dictum est, vendimus vobis predictis et successoribus vestris quicquid juris in predicto honore habemus vel habere debebamus ulla voce vel aliqua racione pro predicto precio, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem in eternum faciendam. Et modo in presenti de nostro jure et de nostra potestate in jus et in potestatem predictae domus Mansi Dei et vestri tradimus irrevocabiliter totum predictum honorem cum omni plenitudine domini et omnia nostra jura et dominaciones que in predicto honore habebamus vel habere debebamus jure vel consuetudine et vos hodie et predictam domum in possessionem mitimus ad omnem vestram vestrorumque voluntatem. Et si hec predicta vendicio modo plus valet predicto precio vel inantea est valitura, quicquid est illud seu illa magis valenciam vobis et vestris et predictae domui titulo donacionis nostre damus et laudamus firmiterque concedimus ad omnem vestram vestrorumque voluntatem, ita quod hac occasione vel alia hec nostra predicta vendicio frangi vel rumpi non possit, set rata et firma habeatur vobis et vestris omni tempore. Et insuper convenimus vobis et vestris, bona fide, et predictae domui, quod nos et nostri erimus vobis et vestris imperpetuum fideles et legales guirantes ab omni persona, et predictum honorem faciemus vobis et vestris semper omni tempore bonam habere et tenere in pace, et pro omni hoc obligamus nos et nostros et omnia bona nostra, que modo habemus sive decetero habebimus quousque integriter esset vobis et predictae domui restitutum simplici verbo sine sa-

cramento. Omni vero superius scripta, ego Guilelmus *Massot*, et ego Comtor, uxor ejus, nos duo predicti, per nos et per omnes successores nostros, laudamus et confirmamus, et quod contra nunquam veniamus nec veniri faciamus per nos nec per aliquam interpositam personam, bona fide per stipulationem promittimus,<sup>f</sup> et omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, generali vel speciali, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda et ex certa sciencia renunciamus. Et ita totum, ut dictum est, nos observaturos, bona fide et per stipulationem promittimus.<sup>f</sup> Et est manifestum. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> kalendas octobris, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi Massoti, Sig+num Comtor, uxoris ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Poncii Maure, filii eorum, qui hoc totum laudavit et firmavit. Sig+num Gauscioni Bastoni. Sig+num Gombaudi de Perpiniانو. Sig+num *Bech* de Narbona. Sig+num Jacobi Andree de Perpiniانو. Sig+num Bernardi Raymundi de Sancto Cipriano.

Petrus de Vernetto, presbiter, publicus scriptor, scripsit hoc rogatus vice Guilelmi Regis, notarii, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. fratribus *afegit a la interlínia B.* b. dimitere *B.* c. et omès *B.* d. terminiss *B.* e. *La síl·laba te-afegida a la interlínia.* f. promittimus *B.*

## 158

1195 (nou estil), 7 de març

*Guillem de Coma i el seu germà Berenguer donen a Gausbert de Serra, comanador del Masdèu, i a Andreu, comanador de Palau [del Vidre], i a tots els frares de la milícia del Temple tots els marges i ribes del riu que posseeixen a Ortafà, tal com Ponç de Gleisa, llur oncle, les posseïa, amb la sorra, les terres i els arbres que hi ha.*

- A Original, pergami, amplada 240/255 mm, alçada 140/145 mm, ADPO, Hp186.<sup>139</sup>
- B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 140-141, segons A.
- C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 291-292, segons A.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de *Coma*, et frater meus, Berengarius de *Coma*, nos simul, per nos et per omnes

139. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 3171».

nostros, sine omni enganno, damus Deo et Sancte Marie, et tibi Jauzberto de Serra, comendatori Mansi Dei, et Andree, comendatori de Palacio, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, omnes affrontaciones et *riberas*, quas habemus, vel habere debemus, in ajacencia<sup>a</sup> de Ortafano, per ullam vocem, sicuti Poncius de Ecclesia, avunculus noster, melius tenebat et possidebat, et sui,<sup>b</sup> ubicumque sint, juxta aquam et infra aquam et ultra aquam, et in<sup>c</sup> arenas et in terras et in arbores. Sicut predictum est, damus pro elemosina gratis milicie Templi, sicut melius potest dici, vel intelligi, ad meliorem intellectum predictis comendatoribus, et de aliis fratribus milicie Templi. Et nos ambo fratres predicti, et nostri, erimus<sup>d</sup> milicie Templi legales guirentes de omnibus emparatoribus de predicto dono.

Siquis hoc violaverit, in duplo componat, et carta firma maneat in perpetuum. Facta carta hujus doni nonis marcii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>, regnante Filipo rege. Sig++na Guilelmi de *Coma*, et Berengarii de *Coma*, fratris ejus, qui hanc cartam firmaverunt, et laudaverunt, et testibus firmare rogaverunt. Sig+++na Berengarii de Podio, et Raimundi Amblardi, et Bernardi Jacobi. Raimundus Benedicti, monachus hanc cartam scripsit die et anno (SM) quo supra, cum literis superscriptis in VI<sup>a</sup> linea.

a. Sic A per adjacencia. b. et sui *afegit a la interlínia A*. c. in *afegit a la interlínia A*. d. erimus *repetit per error A*.

## 159

1195 (nou estil), 7 de març

*Guillem de Coma dona a Gausbert de Serra, comanador del Masdéu, i a Andreu, comanador de Palau [del Vidre], i a tots els frares de la milícia del Temple tota l'honor situada a l'altra banda del Tec, del costat de Palau, cultivada i inculta, que té pel Temple. Fa aquesta donació per la salvació de la seva ànima i per a participar en les pregàries dels templers.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 91r-v, acta núm. 144.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 134-135, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 293-294, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de *Coma*, per me et per omnes meos, sine omni enganno, diffinio et dono Deo et sancte Marie et tibi, Jausberto de Serra, comendatori Mansi Dei,

et Andree, comendatori de Palacio, et omnibus fratribus milicie Templi, totum ipsum honorem, heremum et condirectum, quem teneo [pro]<sup>a</sup> predicte milicie, ubicumque sit, ultra fluminem<sup>b</sup> Thechi ex parte Palacio. Et hoc donum facio gratuita voluntate et pro remedio<sup>c</sup> anime mee et ut sim particeps in oracionibus quas fuderint ad Dominum fratres milicie predicte. Et ego Guilelmus de *Coma* predictus, et mei erimus legales guirentes de omnibus emparatoribus predicte milicie de predicto dono et de predicta diffinicione. Siquis hoc violaverit, in duplo componat. Facta carta nonis martii, anno Christi M<sup>o</sup> CXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, regnante Filipo rege. Sig+num Guilelmi de *Coma*, qui hanc cartam firmavit et laudavit et testibus firmare rogavit. Sig+++na Berengarii de Podio et Raymundi Amblardi et Bernardi Jacobi. Raymundus Benedicti, monachus hanc cartam scripsit die et anno + quo supra.

a. pro omès B.    b. fluminis B.    c. remedium B.

## 160

1195 (nou estil), 16-24 de març. Girona<sup>140</sup>

140. La datació d'aquesta acta porta nombrosos problemes. En efecte, de les tres versions conservades, una sola, la *C'*, ens en dóna l'any, i a més a més ho fa erròniament, ja que l'escrivà ha omès traslladar-hi la xifra de les centenes, xifra que restitueixo entre claudàtors en aquesta edició. Molt dissortadament l'original ha desaparegut i el vidimus que n'ha estat fet el 5 de juliol de 1208, conservat al fons de Malta de l'Arxiu departamental de l'Alta Garona a Tolosa de Llenguadoc, està en un estat deplorable: la part on hi havia indicat l'any ha desaparegut des de fa temps; per sort, trobem al dors d'aquest pergami una anotació moderna que indica: «1194». D'altra banda, l'estil de datació d'aquesta acta és força singular: com té costum de fer, el notari reial, *Johannes Beraxensis*, dóna la indicació del mes però hi afegeix una referència a les calendes del mes següent sense tanmateix precisar-ne el dia. Sabent que era costum a la cancelleria del rei d'Aragó emprar l'estil de l'Anunciació segons el càlcul florentí, i si es tenen en compte els elements proporcionats pel document, dues forquilles de datació són possibles: o bé del 25 al 31 de març de 1194, o del 16 al 24 de març de 1195 (nou estil). Queda triar entre aquestes dues datacions. En el seu *Itinerario del rey Alfonso*, Joaquim Miret i Sans no ha inventariat cap document que permeti establir la presència d'Alfons I a Girona el març de 1194, com tampoc el març de 1195. Sabem en canvi que el rei era a Vilafranca de Conflent el 12 de març de 1294, cosa que faria versemblant la seva presència a Girona cap al final d'aquest mes (ADPO, 2Hdtp3). Tanmateix, la tria de l'any 1195 sembla coherent si es té en compte, d'una banda, la presència del mestre Ponç de Rigaud a la cort del rei d'Aragó a Arle al mes de febrer de 1195 i, d'una altra banda, l'acta editada després d'aquesta, que està datada a Tortosa al mes d'abril de 1195, per la qual el rei d'Aragó atorga a la milícia del Temple el dret d'assecar i de sanejar l'estany de Bages, una clàusula de la qual fa constar l'acord que ha tingut lloc entre els templers i el bisbe d'Elna a propòsit del delme, que és clarament l'acta que estudiem ara. De fet, la presència del rei a Girona al final del mes de març de 1195 s'avindria perfectament amb l'itinerari que el va conduir de Provença, al mes de febrer, a Lleida i Tortosa, al mes d'abril (A. I. SANCHEZ CASABÓN, *Alfonso II Rey de Aragón...*, doc. núm. 634, 637, 638).

*Alfons I, rei de Catalunya-Aragó,<sup>141</sup> arbitra el contenciós que oposava Guillem, bisbe d'Elna,<sup>142</sup> a Ponç de Rigaud, mestre de la milícia del Temple,<sup>143</sup> a propòsit de l'estany i del prat de Bages, que el rei havia concedit als templers perquè els artiguessin i els cultivessin, i dels quals havia donat el delme i les primícies a l'Església d'Elna i al seu bisbe Guillem, ja que l'estany i el prat eren del feu d'aquesta. El rei decideix que l'Església d'Elna tindrà la meitat del delme dels fruits de tots els cultius que es facin a l'estany i al prat de Bages, i la totalitat de les primícies, i els templers tindran l'altra meitat del delme, però només a la part on el rei els havia concedit l'explotació. Si algú llaurés una part de l'estany o del prat no inclosa en la part concedida als templers, l'Església d'Elna hi percebria la totalitat del delme i de les primícies. Els templers gaudiran lliurement del prat que el rei els ha concedit, però cada vegada que el llauraran hauran de donar a l'Església d'Elna la meitat del delme i totes les primícies. El bisbe Guillem i el mestre Ponç de Rigaud confirmen aquest arbitratge i prometen observar-lo.*

*B* Vidimus del 5 de juliol de 1208, pergami munitat, amplada 220 mm, alçada 180 mm, ADHG, H120.<sup>144</sup>

*C'* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 56v-57, acta núm. 91.

*C<sup>2</sup>* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 120r-v, acta núm. 191.

*D* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 131-134, segons *C'* et *C<sup>2</sup>*.

*E'* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 253-255, segons *B*.

*E<sup>2</sup>* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 259-261, segons *C'*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod contentio fuit inter Guilelmmum, Elenensis episcopum, et inter Poncium de Rigaldo, magistrum Templi milicie, super decima et primiciis stagni et prati de Bagis, que Ildefonsus, rex Aragonum, dederat et concesserat predicte milicie ad rumpendum et laborandum. De quo stagno et prato, predictus rex concesserat decimam et primicias Elenensis Ecclesie, et Guilelmo, ejusdem sedis episcopo, propter hoc quod stagnum et pratum erant feudum Elenensis ecclesie. De qua con-

141. Alfons I, rei de Catalunya-Aragó: agost de 1162; comte de Rosselló: juliol de 1172 - 24 d'abril de 1196.

142. Guillem de Ceret, bisbe d'Elna: 1187-1197.

143. Ponç de Rigaud, mestre de la milícia del Temple a Provença i a Hispània: setembre de 1189 - juny de 1195; abril de 1202 - juliol de 1206.

144. Vegeu més endavant l'acta núm. 210 bis. Falta la meitat dreta de les línies 8 a 17.

tencione venerunt ad perpetuam compositionem, consilio<sup>a</sup> et arbitrio predicti Ildefonsi regis, qui inter eos talem dixit et constituit<sup>b</sup> super predictis perpetuum finem et compositionem, videlicet quod Elenensis ecclesia et Elenensis episcopus et omnes ejus successores colligant et percipiant atque habeant medietatem decime fructuum tocius laboracionis stagni et prati de Bagis, et omnes primicias; et milicia habeat alteram medietatem decime de stagno et prato de Bagis, solummodo quod Ildefonsus, predictus rex, predictae milicie dederat et concesserat ad laborandum. Si vero aliqua persona aliquid habuerit vel laboraverit in stagno et prato de Bagis quod non sit de predicta laboracione milicie a rege data et concessa, Elenensis episcopus et ecclesia habeant et<sup>c</sup> percipiant inde, et omnes ejus successores, totam decimam et omnes primicias sine retentu in perpetuum,<sup>d</sup> et fratres milicia libere habeant illud pratum quod rex eis concessit tantum quantum modo ibi habent. Et quando-cumque contigerit predictos fratres jam dictum pratum laborare, tenentur dare Elenensis Ecclesie et episcopo medietatem decime et totam primiciam. Et ego Guilelmus, Elenensis episcopus,<sup>e</sup> laudo et concedo predictam compositionem, consilio et voluntate Elenensis capituli; et me observaturum, per me et per omnes successores meos imperpetuum promito. Et ego Poncius de Rigaldo, magister Templi milicie, consilio et voluntate fratrum meorum,<sup>f</sup> predictam compositionem laudo et concedo, et me observaturum, per me et per omnes fratres milicie in perpetuum<sup>d</sup> promitto.<sup>g</sup> Datum Jerunde,<sup>h</sup> mense martii, kalendas aprilis, per manum Johannis Beraxensis,<sup>i</sup> et scripta a Guilelmo, anno Domini M(C)XCIII<sup>o</sup>.<sup>j</sup>

Signum (SM) Ildefonsi, regis Aragonum, comitis Barchinone et marchionis Provincie. (SM) Guilelmi, Elenensis episcopi.<sup>k</sup>

Hujus rei<sup>l</sup> testes sunt: Raimundus<sup>m</sup> de Villa longa, Arnaldus, archidiachonus<sup>n</sup> de Funelleto,<sup>o</sup> Poncius de *Castlar*, canonicus<sup>p</sup> Elenensis, et Guilelmus<sup>q</sup> de Arboribus, Berengarius<sup>r</sup> de Arboribus, *Baraler*, fratres milicie Templi.

Signum (SM) Johannis<sup>s</sup> Beraxensis,<sup>t</sup> domini regis notarii.

a. consilio C<sup>1</sup> C<sup>2</sup>. b. constituit B. c. et omis C<sup>2</sup>. d. imperpetuum C<sup>1</sup> C<sup>2</sup>. e. episcopus Elenensis C<sup>2</sup>. f. nostrorum C<sup>2</sup>. g. promito C<sup>1</sup> C<sup>2</sup>. h. Gerunde C<sup>1</sup>. i. Baraxensis C<sup>1</sup>. j. *La fórmula de datació està omesa C<sup>2</sup>. k. La subscripció del bisbe d'Elna està omesa C<sup>2</sup>. l. rey C<sup>1</sup>. m. Raymundus C<sup>1</sup> C<sup>2</sup>. n. archidiachonus C<sup>1</sup>. o. Funeleto C<sup>2</sup>. p. canonici B C<sup>2</sup>. q. et Guilelmus omès C<sup>2</sup>. r. et Berengarius C<sup>1</sup>. s. Johannis repetit per error C<sup>1</sup>. t. *L'escrivà havia escrit primer Daxernsis després s'ha esmenat a disfressar la d inicial per una b C<sup>1</sup>, Berachenssis C<sup>2</sup>.**

## 161

1195, abril. Tortosa

*Alfons I, rei de Catalunya-Aragó, atorga a la milícia del Temple, en la persona de Ponç de Rigaud, mestre de l'orde a Provença i a Hispània, el dret d'assecar i sanejar l'estany de Bages, situat al comtat de Rosselló. Una vegada l'estany estigui assecat, els templers hauran de conrear-lo i donar al rei, mentre visqui, la tercera part de tots els fruits que s'hi cullin i més endavant només deuran als successors d'Alfons la quarta part de les collites. El rei es compromet a donar suport als templers en cas d'eventuals conflictes de propietat que podrien aparèixer a causa de la construcció dels canals de desguàs de l'estany, i, per tal de subvenir a totes les despeses que podrien resultar-ne, el sobirà els concedeix el dret de reemborsament sobre les primeres collites que es facin en les terres assecades de l'estany. Alfons I cedeix igualment als templers el delme de tots els fruits de l'estany i el dret perpetu de pastura dels bous i de les eugues de tir sobre el prat de l'estany. Si el rei o un dels seus successors no proporcionés el seu contingent de cavalls per a la batuda del blat, els templers rebrien la cossura per llurs cavalls i llurs animals de tir, com és costum al Rosselló. El rei no podrà cedir la seva part de l'estany en almoïna, o de qualsevol altra manera, a cap altre establiment religiós que no sigui la milícia del Temple, i si volgués alienar-la, els templers podrien comprar aquesta part al preu proposat per eventuals compradors després que el rei n'hagués personalment avisat el mestre del Temple i hagués passat un termini de prelació de quaranta dies; si els templers no volguessin comprar-la, el rei podria disposar de la seva part de l'estany segons la seva voluntat, sense tanmateix poder alienar-la a favor dels religiosos. Els templers hauran d'aportar sobre l'era, a despeses del rei, la part dels ingressos que li pertoca. Han de compartir igualment el delme d'aquesta honor amb el bisbe d'Elna, de la manera que s'han posat d'acord per a fer-ho.*

A<sup>1</sup> Original, pergami, amplada 340/350 mm, alçada 210/215 mm, ADPO, 1B7.<sup>145</sup>

145. Les subscripcions del rei Alfons i de l'escrivà són d'una tinta més fosca que la utilitzada a la resta de l'acta. El document porta al dors una anotació del segle xv: «Del estayn de Bages de donatio ad els feyta per [rei] Amphos», una signatura topogràfica del segle xv: «n<sup>o</sup> CCLXXI», i una menció del segle xvi: «Del stany de Bages fan a[...] per».



- A<sup>2</sup> Original, pergamí, amplada 235 mm, alçada 160 mm, ADPO, 1B7.<sup>146</sup>  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, f. 8, acta núm. 19.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 165-168, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 281-284, segons B.

Notum sit cunctis quod Ildefonsus,<sup>a</sup> Dei gracia rex Aragonum, comes Barchinone, marchio Provincie, ad honorem Regis eterni, concedo et laudo domui Domini milicie Templi perpetuo, in manu Poncii Rigaldi, venerabilis ejusdem domus in partibus Provincie et Yspaniarum magistri, quod exsiccent et mundificent ipsi fratres milicie ipsum stagnum meum de Bagis, in comitatu et territorio Rossillionis et in parrochia de Bagis situm. Exsicato<sup>b</sup> autem stagno et exhausto,<sup>c</sup> pro posse trahant ad culturam laborationis, et de omni fructu panis et vini, vel cujuslibet emolumenti quod inde exierit, dabunt nobis in vita nostra terciam partem fideliter, absque nostra omni missione penitus et expensa, successoribus autem meis, post me, quartam partem tantummodo, sine omni similiter expensa eorum. Quod si exhausta<sup>d</sup> aqua in vieductibus ejus per alios honores vel alias, si mota fuerit ab aliquo querimonia de proprietate aut possessione ejusdem stagno,<sup>e</sup> quod non credimus, nos sive<sup>f</sup> successores nostri deffensabimus horum uterque in pace et sine injuria cujusquam, aut faciemus omnes expensas et cujuscumque generis missiones quas inde fieri contigat,<sup>g</sup> aut concedimus eas ipsis fratribus recuperare in integrum et accipere de primis exitibus cunctis de parte nostra stagni et honoris sine eorum enganno. Cujus etiam honoris seu stagni decimam fructuum omnium et expletorum Deo et domui sepedicte damus et concedimus sine omni retentu imperpetuum, etiam et tantum de prato stagni ad pascendos boves et jumenta aratoria quantum et ultra nec<sup>h</sup> ibi habeat de eodem prato. Preterea, si ad tritrandum ego aut mei successores partem equarum,<sup>i</sup> juxta partem quam in eodem honore et fructibus habemus, non mitteremus, liceat ipsis fratribus cussuram pro suis equabus et bestiis accipere, sicut mos est<sup>j</sup> in terra Rossillionis.<sup>k</sup> Notandum autem quod ego vel mei successores non possimus dare, causa elemosine vel cujuslibet rei,<sup>l</sup> predictam partem nostram, ullo modo, ulli ecclesie, monasterio vel loco religioso, nisi solummodo eidem domui milicie. Necnon

146. El document porta al dors una menció del segle XIV en català: «Del estayn de Bages», una anàlisi del segle XVIII o XIX en francès, així com una signatura topogràfica moderna: «25».

et si vendere, impignorare<sup>m</sup> vel quoquo modo alienare voluerimus, pretio quo et alius homo bona hinc inde fide retenta retinere voluerint,<sup>n</sup> retineant et habeant predicti fratres. Quod si noluerint, liceat nobis, post repulsam et fatigationem XL dierum factam in ipso magistro Poncio Rigaldi vel successoribus eis magistris, convenire inde cum aliis vendendi, videlicet eandem<sup>o</sup> partem nostram impignorandi<sup>p</sup> et omni mode alienandi, exceptis omnino clericis et viris religiosis, set est sciendum quod ego et mei successores, ore ad os, et non per internuncios aut per cartas, dicere debemus ipsis magistris, et scire ab ipsis, si facere voluerint aut non. Item, partem nostram de fructibus ejusdem honoris debemus ego et mei successores recipere in area ejusdem honoris per manum milicie, et cum sumptibus nostris inde asportare. Decimam autem ejusdem honoris, de qua superius fit mentio, debent fratres dividere cum Elenensi episcopo, quemadmodum et inter se amicabiliter diviserunt. Facta carta mense aprilis, anno Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, apud Dertosam. Sig-(SM)-num Ildefonsi, regis Aragonum, comitis Barchinone, marchionis Provincie. Sig+num Gielmi<sup>q</sup> de Granata. Sig+num Arnaldi de Sadaone. Sig+num Dalmacii de Palatiolo.

Sig-(SM)-num mei Pelegrini, qui hoc scripsi mandato Bernardini die et anno quo supra.

a. ego Ildefonsus B.    b. Exsiccato B.    c. ex austo B.    d. ex austa B.    e. stagni B.    f. aut B.    g. contingat B.    h. nunc B.    i. equari B.    j. es B.    k. Rossillonis B.    l. rey B.    m. impignorare B.    n. voluerit B.    o. eam B.    p. impignorandi B.    q. Guilelmi B.

## 162

1195, 27 d'abril<sup>147</sup>

*Berenguer de Coma, amb l'acord de la seva muller Beatriu i per si de cas la sobrevisqués, dóna el seu cos i la seva ànima a la milícia del Temple, representada per Gausbert de Serra, comanador del Masdèu, i Andreu, comanador de Palau [del Vidre]. Per la salvació de les ànimes dels seus pares, dóna en almoïna als templers, perquè en gaudeixin després de la seva mort, tot*

147. L'acta porta l'any 1125, el que és un error evident del copista, com ho atesta la menció del regnat de Felip indicada després. Sembla que l'escrivà ha traslladat XX<sup>o</sup> en comptes de XC<sup>o</sup> al lloc de les desenes. D'altra banda, sabem que Berenguer de Coma i el seu germà Guillem van fer diverses donacions als templers en el decurs de l'any 1195, vegeu més amunt les actes núm. 158 i 159, i més endavant l'acta núm. 166.

*l'alou i el feu que té del Temple als termes de Bages i d'Ortafà i a altres llocs, a excepció dels 700 sous de Barcelona que va donar a la seva esposa el dia de llur casament. Tanmateix, en el cas que tingués un fill legítim, aquest heretaria el seu alou i el tindria en feu pel Temple que, d'altra banda, heretaria el feu tingut per Berenguer sense cap restricció. Es compromet des d'ara a donar al Temple una lliura de cera de cens anual per Pasqua, cens que el seu hereu haurà igualment de satisfer. Berenguer mana ésser sebollit amb els frares del Temple com si fos un d'ells. Promet mantenir-se fidel en tot al Temple. Berenguer tindrà el dret d'empenyorar el seu feu amb el consentiment previ del comanador del Masdéu.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 91, acta núm. 143.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 135-137, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 295-297, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Coma, bono animo et gratuita voluntate, assensu et voluntate Beatricis, uxoris mee, dono corpus meum et animam meam Deo et Sancte Marie et milicie Templi et tibi, Jausberto de Serra,<sup>a</sup> comendatori Mansi Dei, et Andree, comendatori de Palacio, et omnibus fratribus predictae milicie, presentibus et futuris, in vita et in morte, si supervixero uxori mee. Et dono predictae milicie et omnibus fratribus, presentibus et futuris, predictae milicie, pro elemosina et pro remedio<sup>b</sup> animarum parentum meorum, post obitum meum, omnem meum alodium et omnem feudum, quem teneo de predicta milicia in termino de Ortafano et in termino de Bagis et in omni alio loco, ubicumque sit, tamen salvo jure predictae uxoris mee predictae,<sup>c</sup> scilicet DCC solidos barchinonensium, quos dedi ei quando duxi eam in uxorem, in predicto alodio et in predicto feduo.<sup>d</sup> Tamen, si infantem habuero de legitimo conjugio, predictum alodium remaneat ei et teneat eum *a feu* pro predicta milicia. Et predictum feduum<sup>d</sup> remaneat predicta milicia solidum absque omni vinculo. Et in presenti dabo predictae milicie per tenedonem unam libram cere annuatim a Pascha. Et si apparuerit<sup>e</sup> filius, sicut predictum est, donet predictam libram cere similiter. Et volo et mando, si fieri potest, ut sepelliar inter fratres milicie, et faciant pro me tantum quantum pro uno fratri predictae milicie, pro predicta elemosina. Et promitto<sup>f</sup> predictae milicie ut sim fidelis quamdiu vixero in omnibus. Et habeam licenciam inpigno-

randi predictum feudum, consilio comendatori Mansi Dei. Si quis hoc violaverit, in duplo componat, et carta firma maneat imperpetuum. Facta carta V<sup>o</sup> kalendas madii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>,<sup>g</sup> regnante Filipo rege. Sig++na Berengarii de *Coma* et uxoris ejus, Beatricis, qui hanc cartam firmaverunt et laudaverunt et testibus firmare rogaverunt. Sig++++na Petri Amblardi et Berengarii de Podio et Bernardi Jacobi et Arnaldi Dura atque Petri Armanni. Raymundus, monachus hanc cartam scripsit die et anno (*crux*) quo supra, jussione Berengarii predicti de *Coma*.

a. Sorra B.    b. remedium B.    c. Sic B.    d. Sic B per feudo.    e. aparuerit B.  
f. promito B.    g. Sic B per M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> V<sup>o</sup>.

## 163

1195, 3 d'agost

*Dama Guillema Veguera, vídua d'Arnau de Mudagons, deixa a la casa del Masdéu i a fra Gausbert de Serra, el seu comanador, tots els drets i recursos que posseïa i reivindicava sobre l'estany de Caraig. Confirma als templers la venda que els havia fet amb el seu difunt marit i el germà d'aquest, Jordà, de llur part d'aquest estany.<sup>148</sup> En compensació d'aquesta donació ha rebut 170 sous dels templers. Aquesta renúncia es va fer en presència de Ramon de Sant Llorenç, veguer del rei d'Aragó, i de Guillem, bisbe d'Elna, que han arbitrat aquest acord.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 59r-v, acta núm. 95.  
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 163-164, segons B.  
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 285-289, segons B.

Notum sit cunctis quod ego domina Guilelma Vicaria, uxor Arnaudi de Mudaçonibus qui fuit, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, non inducta dolo neque vi nec circumventa in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, diffinio et solvo atque penitus derelinquo et dono et irrevocabiliter trado Deo et domui Mansi Dei et tibi, Gauzberto de Serra, fratri milicie Templi ac preceptoris ejusdem domus Mansi Dei, omnibusque fratribus ejusdem domus ibidem presentibus atque futuris, ad

148. Venda feta el 20 de juny de 1183, vegeu més amunt l'acta núm. 118.

omnem vestram vestrorumque voluntatem faciendam omni tempore, quicquid juris habebam et habere debebam sive petebam et clamabam sive petere ac clamare poteram, aliquo modo, in ipso stagno quod dicitur de Caracho et in terra ejusdem stagni, et omnia alia mea jura et voces et rationes et actiones et excepciones, quas in predicto stagno habebam et petebam ac clamabam, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine ullo malo ingenio et sine omni enganno, absque omni retentu, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et predictae domus Mansi Dei. Adhuc ego unquam, Guilelma Vicaria predicta, per me et per meos, cum hac eadem imperpetuum valitura, laudo et confirmo totam ipsam vendicionem, quam maritus meus, predictus Arnaudus de Mudacionibus,<sup>a</sup> et frater ejus, Jordanus de Mudacionibus, de hoc predicto stagno de Caracho fecerunt. Et ego ipsa dictam vendicionem feci cum illis, ut in carta vendicionis sonat de hoc eodem stagno, quam cartam predictae vendicionis incontinenti iterum laudo et confirmo, per me et per omnes successores meos. Et convenio atque bona fide per stipulacionem promitto<sup>b</sup> quod contra hanc presentem cartam neque contra dictam cartam vendicionis, quam ego ipsa et Arnaldus de Mutacionibus, maritus meus, et Jordanus, frater ejus, fecimus, ut supra sonat, neque aliquis heredum meorum veniemus neque venire faciemus occasione majoris precii sive alterius cujuscumque juris et rationis; et quod predictam vendam et cartam vendicionis bonam stare semper faciam me et heredes meos obligatos constituo ac facio. Et si aliqua lege vel aliquo jure sive more contra hanc presentem cartam sive contra dictam cartam vendicionis venire potero, illi legi<sup>c</sup> et juri ac mori et omni alii legitimo auxilio adhec infringenda mihi competenti vel competituro, ex certa sciencia renuncio; et ita totum, ut in hac carta continetur, me observaturam et non violaturam, bona fide promitto,<sup>b</sup> et hoc juro tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliis, quod sacramentum corporaliter facio. Et propter hanc diffinicionem et donacionem quam vobis, fratribus predictis, et predictae domui Mansi Dei facio, habui a vobis, ex bonis predictae domus, CLXX solidos, et ideo ut hec predicta diffinicio et donacio firmior et stabilior habeatur omni tempore. Hoc fuit factum in presencia Raymundi de Sancto Laurencio, vicarii domini regis Aragonum, et in presencia domini Guilelmi, Elnensis episcopi, qui ambo hoc avinimentum fecerunt. Et est manifestum. Actum est hoc III<sup>o</sup> nonas augusti, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup>

C° LXXXX° V°. Sig+num Guilelme Vicarie, que hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. (SM) Guilelmi, Elenensis episcopi. Sig+num Raymundi de Sancto Lauroncio, vicarii domini regis. Sig+num Raymundi de Castro Rossilione. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Guilelmi de Sezano. Sig+num Guilelmi de Villa rasa.<sup>d</sup> Sig+num Jacobi Amalvini.

Petrus de Verneto, de Verneto, presbiter, publicus scriptor, scripsit hoc, rogatus, vice Guilelmi Regis, notarii, et suprascriptit in III<sup>a</sup> linea et in VI<sup>a</sup>, et rasisit in X<sup>a</sup> linea, et emendavit in XV<sup>a</sup>, et dampnavit in XX linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Nudacionibus B.    b. promito B.    c. leggi B.    d. Rosa B.

## 164

1195, 13 d'octubre

*Pere Mascaró de Nils i la seva esposa Elisenda es donen amb tots els seus fills com a homes propis a la milícia del Temple, a Gausbert de Serra, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa. Lliuren als templers la carta de franquesa que Berenguer d'Orla i la seva esposa Garsenda els han atorgat. Els donen 15 sous barcelonesos i es comprometen a pagar a la casa del Masdéu un cens anual de 2 sous per Tots Sants. Pere els lliura el seu cos perquè després de la seva mort rebi sepultura al cementiri de Santa Maria del Masdéu, amb 100 sous de moneda corrent si té fills i si no en tingués llegaria al Masdéu la meitat de tots els seus béns. De la mateixa manera, Elisenda dóna el seu cos per a rebre sepultura en aquest cementiri si sobreviu el seu marit, amb tots els béns que tingui el dia de la seva mort si mor sense fills. Fra Gausbert de Serra els rep, amb tota llur descendència, com a homes propis del Temple i promet ajudar-los, protegir-los i rebre'ls el dia de llur mort.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 192r-v, acta núm. 333.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 185-187, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 290-293, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus Mascharoni de *Ainils* et ego Alisendis uxor ejus, per nos et per omnes nostros, bona fide, sine omni malo ingenio damus et in presenti tradimus, laudamus firmiterque concedimus nos metipsos et omnes

nostros infantes et universam nostram posteritatem per homines proprios et solidos imperpetuum domino Deo et domui milicie Templi et tibi fratri Guosberto de Serra, preceptori Mansi Dei, et fratri Durando et fratri Guilelmo Burdi et omnibus allis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et universa nostra que modo habemus et inantea adquirere<sup>a</sup> poterimus. Et tradimus vobis cartam quam fecerunt mihi, Petro Mascharoni predicto, Berengarius de Orulo et uxor ejus Garsendis de diffinitione et infranchimento<sup>b</sup> mei et omnium mearum rerum. Hanc autem predictam donationem de nobis ipsis et de omni nostra posteritate et de omnibus nostris rebus facimus Deo et jam dicte domui milicie Templi et vobis predictis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, sicut melius ad utilitatem vestram et vestre domus intelligi, legi ac dici potest imperpetuum, libere ac quiete, sine omni retentu et sine ullo impedimento<sup>c</sup> alicujus persone. Et modo in presenti damus vobis jam dictis pro amore Dei XV solidos barchinonensium bonos. Et faciemus annuatim jam dicte domui Mansi Dei et fratribus de censu nos et omnis nostra posteritas semper ad festum Omnium sanctorum II solidos monete curribilis. Ego autem Petrus Mascharoni jam dictus bona fide, sine omni malo ingenio, dono et dimitto<sup>d</sup> corpus meum ad sepeliendum<sup>e</sup> post obitum Deo et jam dicte domui Mansi Dei in cimiterio<sup>f</sup> Beate Marie ejusdem domus, cum C solidis monete curribilis, si infantem habuero; si vero infantem non habuero, dono et dimitto<sup>d</sup> medietatem omnium mearum rerum pro amore Dei jam dicte domui Mansi Dei imperpetuum. Et ego Alisendis jam dicta bona fide, sine omni malo ingenio, dono et dimitto<sup>d</sup> Deo et jam dicte domui Mansi Dei corpus meum ad sepeliendum<sup>e</sup> in cimiterio<sup>f</sup> Beate Marie ejusdem domus si supervivero marito meo Petro Mascharoni jam dicto, cum omnibus meis rebus que habuero in die obitus mei si obiero sine infante. Et ego frater Guocbertus de Serra, preceptor Mansi Dei, consilio, voluntate ac laude fratrum Mansi Dei, recipio te Petrum Mascharoni jam dictum et te Alicsendem uxorem ejus et universam vestram posteritatem per homines proprios et dominicos et francos<sup>g</sup> imperpetuum Dei, domus milicie Templi et omnium fratrum ejusdem domus, presentium et futurorum. Et convenimus vobis quod servemus et defendamus<sup>h</sup> vos et omnem vestram posteritatem et omnia vestra sicut nostra propria semper secundum posse nostrum. Et recipiamus vos in die obitus vestri ut jam dictum est. Quod est actum III<sup>o</sup> idus octobris, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC V<sup>o</sup>. Sig++na Petri Mascharoni de *Anils* et

Alicsendis, uxoris ejus, qui hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus firmarique rogavimus. Sig+num Guoçberti de Serra, fratris et preceptoris Mansi Dei. Sig+num fratris Durandi. Sig+num fratris Guilelmi Burdi,<sup>i</sup> qui hoc laudavimus [et]<sup>j</sup> firmavimus. Sig+num Petri Corni. Sig+num Bernardi de Anils. Sig+num Vilani de Bages.

Arnaldus, presbiter, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. aquirere B. b. Sic B per affranquimento. c. inpedimento B. d. dimito B.  
e. sepelliendum B. f. ciminterio B. g. franchos B. h. deffendamus B.  
i. Vurdi B. j. et omès B.

## 165

1195, 18 d'octubre

*Pere Bord, la seva muller Guillema, la seva filla Guilla i el marit d'aquesta, Pere de la Roca, empenyoren per 45 sous barcelonesos a Bernat Descalçat i al seu nebot, Pere Renard, dues peces de terra que tenen per Pere de Sant Llorenç, salvat la senyoria directa d'aquest senyor, a la parròquia de Sant Hipòlit, al lloc anomenat Frujà. Els creditors tindran aquestes terres en penyora i les cultivaran durant tres collites, a raó d'una collita l'any, i hauran de femar-les, i, quan les femin, els deutors els donaran 30 somades de llur fem. El venciment del reemborsament està fixat a l'u de gener següent a aquestes tres collites, i el producte no és tingut en compte en l'import del reemborsament. Passat aquest termini, si no han estat reemborsats, tindran aquestes terres el temps d'una altra collita anual, i així d'un any a l'altre fins que se'ls hagi pagat el deute. El senyor Pere de Sant Llorenç ha confirmat aquesta transacció, per la qual ha rebut el foriscapi.*

A Original, pergamí, amplada 195 mm, alçada 110/115 mm, ADPO, 1B42.<sup>149</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus Bord et uxor mea Guillema, et ego Guilla, cum marito meo Petro de Rocha, filia prefati Petri Bordi et Guilelme ejus uxoris, inpignoramus simul, et obligamus, per nos et per omnes nostros, II<sup>a</sup> petias de terra, quas habemus et tenemus in adjacentia Sancti Ypoliti per Petrum de Sancto Laurentio, salvis ejus directis, in loco ubi

<sup>149</sup>. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2548».



appellamus ad Frujanum, tibi Bernardo Discalciato, et nepoti tuo Petro Renardi, et vestris, et cui dare ac dimittere<sup>a</sup> vel inpingnorare volueritis, pro XL<sup>a</sup> V solidis barchinonensium bonorum, quos a vobis manulevavimus et mutuo accepimus, et de quibus totis nos bene confitemur vestros paccatos,<sup>b</sup> ut habeatis, teneatis nomine pignoris, et expletetis, cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus suis pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno et ullo retentu, ad III<sup>a</sup> annoalia<sup>c</sup> expleta in vestra potestate collecta, et ut interea eas fideliter fimetis, et tunc, quando fimabitis, nos de nostro fimo vobis convenimus XXX<sup>a</sup> somadas dare sine enganno. Et post tertia dicta annoalia<sup>c</sup> expleta in vestra potestate collecta, si reddiderimus deinde vobis vel vestris aut cui volueritis XL<sup>a</sup> V solidos barchinonensium bonorum et [..-etur]<sup>d</sup> sine enganno usque in kalendis januarii, solvatur totum, fructibus non computatis in sortem quos inde habebitis, vel pro usura. Si vero transierit, similiter habeatis, teneatis et expletetis ad I aliud annoale<sup>e</sup> expletum in vestra potestate collectum. Et si<sup>f</sup> stet de uno annoali<sup>g</sup> expleto ad aliud in vestra potestate, per eundem terminum. Interea, convenimus vobis et vestris hoc ita totum bonum facere, tenere et habere et expletare semper, dum fuerit vestrum pignus, et sine contradicto alicujus persone. Et si fuerit hec moneta bexata<sup>h</sup> vel pejorata a lege vel penso, reddemus vobis vel vestris aut cui volueritis, pro his XL<sup>a</sup> V solidis, morabatinos lupinos boni auri rectique pensi Perpiniiani, sine enganno, ad computum unumquodque VII solidorum, donec ita de omnibus bene paccati<sup>i</sup> fueritis. Affrontat totum ab oriente in honore de Aspirano, a meridie in honore Bernardi Berengarii, de circio in carrera, de aquilone in honore Ramundi Pane. Et est manifestum. Actum est hoc XV kalendas novembris, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, regnante Filippo rege in Francia. Sig+++na Petri Bordi, et uxoris sue Guilelme, Sig+++na Guille, filie eorum, et sui mariti Petri de Rocha, qui hoc omnes ita simul fieri jussimus, laudavimus, firmavimus, testesque firmare rogavimus. Sig+num Petri de Sancto Laurentio, domini, qui hoc totum laudavi, firmavi et meum foricapium<sup>j</sup> habui. Sig+++na Arnaldi Amilli, Petri Ysarni et Ramundi, presbiteri, in cujus potestate fuit laudata.

Arnaldus, diachonus,<sup>k</sup> (SM) scripsit, rogatus, vice Bernardi de Judaycis, cappellani.<sup>l</sup>

a. Sic A per dimittere.    b. Sic A per paccatos.    c. Sic A per annualia.    d. Les primeres lletres d'aquesta paraula són il·legibles A.    e. Sic A per annuale.    f. Sic A per sic.    g. Sic A per annuali.    h. Sic A per disminuata.    i. Sic A per paccati.    j. Sic A per foriscapium.    k. Sic A per diaconus.    l. Sic A per capellani.

## 166

1195, 20 de desembre

*Guillem de Coma i la seva esposa Beatriu donen a Gausbert, comanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa la part del codomini que tenen en comú amb Berenguer, el germà de Guillem, és a dir la meitat d'aquest condomini, i la meitat de la vinya de Valdesa, i la borda que té Sança a la vila d'Ortafà, la trilla que té Nicolau, i tots els usos i censos a més dels fruits i tot el que tenen en feu pel Masdèu més enllà del Diluvi i a l'altra banda del Tec. Els esposos lliuren i cedeixen als templers tots els drets sobre aquests béns. Per aquesta donació reconeixen haver rebut de Gausbert 300 sous barcelonesos, dels quals ja havien rebut 200 sous quan havien empenyorat aquests béns als templers.<sup>150</sup>*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 92r-v, acta núm. 146.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 161-162, segons *B*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 276-280, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Comba, et ego Beatrix, uxor illius, damus simul et laudamus et diffinimus, per nos et per omnes nostros, perpetuo, et in presenti tradimus cum hac carta donacionis et diffinicionis imperpetuum valitura Deo et domui milicie de Manso Dei et tibi Gozberto, illius loci comendatori, et omnibus fratribus ejusdem loci, presentibus et futuris, illam partem illius condamine, quam habemus comunem cum fratre meo, Berengario, juxta pratum, scilicet totam medietatem predictae condamine, et amplius, in alio loco, totam nostram medietatem cujusdam vinee, que d[icitur] de Valdesa, et bordam integram, cum omnibus suis pertinenciis, quem tenet Sancia femina in villa de Ortafano; et totam trillam, quam tenet Nicholaus; et amplius omnes usaticos<sup>a</sup> et terremerita et quicquid habemus et accipimus et tenemus ultra Danubium et ultra Tech, per jam dictam domum milicie in fevodium, et in omnibus locis. Hec namque omnia predicta expressim et nominatim incontinenti nos, predicti donatores, donamus et tradimus et diffinimus Deo et domui Mansi Dei et tibi Gozberto, ejusdem loci comendatori, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, sicut nos melius

150. Per a una acta del 15 de gener, vegeu més amunt l'acta núm. 150.

habemus et tenemus in fevum per jam dictam miliciam, cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus suis pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, cum omni jure quod ibi habemus seu habere debemus, et cum hominibus et feminabus predictae borde, et cum exitibus et regressibus suis et adempmentis et usaticis. Et ab isto die inantea, omne jus nostrum rerum omnium predictarum transeat in possessionem<sup>b</sup> et dominium Mansi Dei et fratrum illius loci ad omnem suam voluntatem faciendam, libere et quiete. Et ego predicta Beatricis, si quo jure, legis vel consuetudinis possem venire contra predictam donacionem, illi juri imperpetuum renuncio, et juro corporaliter super sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, quod contra predictam donacionem et diffinicionem nunquam veniam nec aliquem venire permittam.<sup>c</sup> Et ego Guilelmus de Comba similiter juro per sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia quod contra predictam donacionem et diffinicionem nunquam veniam nec aliquem venire permittam.<sup>c</sup> Et nos duo predicti donatores pro donacione predicta, quam fecimus Manso Dei, recognoscimus et profiteamur nos habuisse et recepisse de bonis Mansi Dei a te, Gozberto predicto, CCC solidos barchinonensium bonorum, de quibus omnibus plenarie nobis satisfacisti pro CC solidorum, quorum hec omnia vobis jam pignori supposueramus, et modo accepimus a vobis C solidos barchinonensium bonorum, et ita sunt completi inter nos et vos prefati CCC solidi. Affrontat condamina ab oriente in prato, a meridie in honore Guilelmi *Teled*, ab occidente in honore<sup>d</sup> Grimaldi de Ortafano, ab aquilone in honorem<sup>d</sup> Petri Justafredi. Vineaque affrontat ab oriente in honore Guilelmi Johannis, a meridie et occidente in *correch*, ab aquilone in malleolo Raymundi de Ortis. Affrontat predicta trilla ab oriente in honore Sancte Marie de Aspirano. Et est manifestum. Actum est hoc XIII kalendas januarii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, regnante Philippo<sup>e</sup> rege in Francia. Sig+num Guilelmi de Comba et ejus uxoris Beatricis, qui hanc cartam simul fieri jussimus, laudavimus, firmavimus, testesque firmare rogavimus. Sig+++++na Berengarii de Podio, Petri Amblardi, Bernardi Jacobi, Raymundi Amblardi et Petri Traverii de Avalrino. Et affrontat ipsa trillia a meridie in nostra ferragine, ab occidente in vinea Vincentii, ab aquilone in clausi Petri Armanni. Bernardus, sacerdos, (SM) scripsit rogatus vice Raymundi de Villalonga, precentoris.<sup>f</sup>

a. usatos B.    b. possionem B.    c. permitam B.    d. honorem B.    e. Philopo  
B.    f. preceptoris B.

## 167

1196 (nou estil), 5 de febrer

*Ramon Martí de Juegues, la seva esposa Adelaida i llurs fills, Berenguera, Pere i els altres, venen, amb l'acord de llur senyor Pere de Sant Llorenç i dels germans d'aquest, Berenguer i Ramon, tot llur camp de Bolidor situat al terme de Sant Hipòlit, al lloc anomenat Conangle, a la riba dreta de l'Agú, a Pere Gros de Sant Llorenç, per 600 sous barcelonesos, salvat la senyoria directa dels senyors que hi reben el quartó, els usos i una oca per l'era, i una jova amb un parell de bous de sembra els anys que cultivin blat en aquest camp. Pere, senyor de Sant Llorenç, i els seus germans confirmen aquesta venda, per la qual han rebut el foriscapi.*

B Còpia figurada del final del segle XIII o del començament del segle XIV, pergami, ADPO, 1B42.<sup>151</sup>

a Noy, Francisco, «Estudio histórico sobre el trovador Berenguer de Palou», *BRALB*, XXXVI, 1975-1976, doc. X, pp. 92-93.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Raymundus Martini de Judaycis et ego Aladedis, uxor illius, cum infantibus nostris Berengaria et Petro et aliis, vendimus simul et donamus et in presenti cum hac carta, voluntate et laudamento domini Petri de Sancto Laurentio ejusque fratrum Berengarii et Raymundi, jure perfecte et vere vendicionis et donacionis in perpetuum valitura tradimus, bona fide, sine enganno, per nos et per omnes nostros heredes et successores, tibi Petro Grosso de Sancto Laurentio, et tuis, et cui dare ac dimittere<sup>a</sup> volueris, ad omnem tuam tuorumque voluntatem faciendam omni tempore, totum ipsum nostrum campum qui appellatur de *Bolidor* in adjacencia Sancti Ypoliti, in loco ubi appellamus ad *Conangle*, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus suis pertinenciis et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno et ullo retentu mali ingenii, pro DC<sup>tis</sup> solidis barchinonensium bonorum, quos a te habuimus et accepimus, et de quibus totis nos bene confitemur vestros paccatos, salvis directis dictorum dominorum qui ibi accipiunt quartum et usaticos et unam aucham ad aream, et in anno quo ibi habueritis bladum

151. «Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento cujus tenor talis est: [Segueix la còpia de la venda del 5 de febrer de 1196].» El document porta al dors un regest del segle XV en català: «fa en P. Gros de Sent Laurens per I camp asitjat al Bolidor terme de Sent Ipolit, fa de cens I<sup>a</sup> oqua e qurets e liatichos dels esplets»; una anotació moderna en català: «aquesta carta fo contra los de Sant Llorens per causa del Conangle», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2518».

una vice ad sementer par bovom. Affrontat hic campus ab oriente in alodio Sancti Michaelis de Coixano, a meridie in honore Raymundi Rubei, de circio in flumine Ayglini, ab aquilone in honore Gosczberti de Raymundo Petro. Sicut includitur in hiis affrontacionibus, sic totum predictum campum ab integre ac generaliter tibi Petro Grosso prescripto, et tuis, vendimus, bona et graciosa voluntate, et damus, et de presenti cum hac carta jure perfecte et vere vendicionis et donacionis in perpetuum valitura irrevocabiliter tradimus per nos et per omnes nostros profuturos heredes, bona fide, sine enganno, pro jam dictis DC<sup>is</sup> solidis barchinonensium bonorum. Et de nostro<sup>b</sup> jure et potestate in tuum jus et dominium mittimus et transferimus, et inde per possessorem hodie sine aliqua fraude te constituimus, salvis directis dominorum, ad omnem tuum bonum et ad tuam tuorumque voluntatem faciendam perpetuo, ita scilicet quod decetero a vobis seu ab heredibus vestris in predicto campo jam amplius aliquod non requiratur ullo modo, nec demandetur. Et si ultra prescriptum precium plus modo valet, aut deinceps amplius valere contigerit, totum illud tibi et tuis damus irrevocabiliter et ex gracia omnibus modis ad tuum intellectum diffinimus. Si vero aliquo jure, legis vel consuetudinis contra hoc instrumentum venire possimus vel poterimus, illi juri ex certa sciencia perpetim renunciamus per stipulationem. Promittentes<sup>c</sup> nos contra hoc instrumentum numquam venturos et neminem permittere<sup>d</sup> venire. Et est manifestum. Actum est hoc nonas febroarii, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, regnante Philippo rege in Francia. Sig++na Raymundi Martini et sue uxoris Adaledis, qui hoc ita simul fieri jussimus, laudavimus, firmavimus, cum infantibus nostris Berengaria et Petro et aliis, testesque firmare rogavimus. Sig+++na Petri, domini de Sancto Laurencio, ejusque fratrum Berengarii et Raymundi, qui hoc simul totum, ut dictum est, salvis nostris directis, laudamus, firmavimus, et ab hac vendicione nostrum foriscapium habuimus et accepimus. Sig+++na Arnaldi Amilli, Petri Aganeti et Johannis Aganeti, rogatorum testium. Arnaldus, diaconus,<sup>e</sup> (SM) scripsit rogatus vice Bernardi de Judaycis capellani.

a. dimitere *B.*    b. meo *B.*    c. promittentes *B.*    d. permittere *B.*    e. diaconus *B.*



## 168

1196, 29 de març

*Sibil·la de Cirac i el seu fill Folquer de Cirac venen i restitueixen als frares de la milícia del Temple i a Gausbert, comanador del Masdéu, el mas que tenen de la milícia del Temple a Vilafranca de Conflent, un hort al riu de Cornellà que és una tinença d'aquest mas, una taula de vendre a la plaça del mercat de Vilafranca, el mas de Campelles a la parròquia de Sant Andreu de Bell-lloc amb les seves tinençes, i en general tot el que tenen per la milícia i per llurs predecessors. Per aquesta venda han rebut 1.100 sous barcelonesos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 60v-61, acta núm. 98.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 183-185, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 294-298, segons B.

Notum sit omnibus quod ego Sibilia de Cirag, et ego Fulcharius de Cirag, filius suus, per nos et per omnes posteros nostros vel successores, diffinimus gratis et vendimus irrevocabiliter milicie Templi Jherosolimitani et fratribus ibidem degentibus,<sup>a</sup> tam presentibus quam futuris, et tibi, Jausberto, preceptori in Manso Dei et in ejus appendiciis<sup>b</sup> Rossilioni, Confluentis et finium suorum, et omnibus vestris successoribus et cui dare, vendere et in pignora volueritis, ipsum nostrum mansum, quem a predicta Templi milicia et a suis tenemus in Villa francha Confluentis et in finibus suis, et ortum quoque in riparia de Corneliano, qui ejusdem tenencie est, et tabula quoque in mercato Ville franche, et mansum quoque de Campilis et suas tenencias, et quantumcumque per miliciam Templi tenemus et tenere debebamus vel predecessores nostri inde tenebant, ubicumque sit. Et mansus cum sua tenencia habet affrontaciones de una parte, in manso qui fuit Poncii de Fanjaus et in alio manso Bernardi Guilelmi junioris, et pervenit usque in aqueductum subtus vineam Petri Eroaldi et filie sue Nubie, de II<sup>a</sup> parte in eodem aqueductu, de III<sup>a</sup> in ipso furno chaucinali et in domibus quas Oliba tenet a domo Sancti Redemptoris, de IIII<sup>a</sup> in manso Bernardi Guilelmi majoris et in strata publica. Et ortus affrontat in via de Corneliano, de II<sup>a</sup> in orto hospitalis de Villa francha, de III<sup>a</sup> in rivo discurrente a Corniliano, de IIII<sup>a</sup> in orto Petri Macip. Et tabula mercati est infra tabulam Poneti et tabulam que fuit Arnaldi de Villa francha. Et mansus de Campilis est in

adjacentia Sancti Andree de *Bel loch*. Quantumcumque infra prememoratas affrontaciones habemus et debemus per aliquam vocem habere vel possumus, totum integre, cum ingressibus et egressibus, et cum cuis edificiiis<sup>c</sup> ab abyssu<sup>d</sup> usque in celum, sicut nobis pertinet et pertinere debet, et mansum de Campilis et omnes suas pertinentias, vendimus, diffinimus et omnino evacuamus milicie Templi et tibi, supranominato preceptori Jausberto, et fratribus presentibus et futuris, atque vestris successoribus irrevocabiliter, ad faciendas vestras voluntates, sicut de vestro francho alodio. Et in vestram potestatem et in vestrum jus tradimus presencialiter quecumque in prememoratis honoribus habemus et debemus habere vel possumus aliquo modo, nullo nobis ibi jure retento vel aliquo reservato. Et accepimus a vobis precium MC solidorum barchinonensis monete, de qua XLV solidi valent marcham unam argenti fini. Et de quibus omnibus sumus a vobis bene pacati.<sup>e</sup> Et si ad presens honores supradicti, quos infra affrontaciones habemus, jam dictas plus valent, aut inantea majoris fuerint precii vel valoris, totum integre, sine omni retentu, damus Deo et milicie Templi et fratribus presentibus et futuris, pro redemptione peccatorum nostrorum, abrenunciando omni nostro juri quod ibi habemus et habere debemus ullo modo, vel possumus teste hac carta titulo vendicionis perfecte et evacuationis irrevocabilis de universo honore et de toto quod a predicta milicia tenuimus unquam nos aut nostri antecessores vel tenebamus modo aut tenere debebamus et de toto quod nobis eveniat aut possit ullo modo evenire successione propinquitate aut quolibet modo in finibus predictis seu terminis. Et hanc vendicionem, diffinicionem et evacuationem ratam, firmam et irrevocabilem semper habebimus et tenebimus et habere et tenere faciemus, tactis sacrosanctis Evangeliiis nostris proprii manibus corporaliter jurando. Et est manifestum. Qui hanc cartam rumpere voluerit, duplo componat, et firma permaneat omni tempore. Facta anno dominice Incarnationis MCXCVI, die III<sup>o</sup> kalendas aprilis. Sig+num Sibille de *Cirag*, Sig+num Fulcharii de *Cirach*, qui hanc cartam jurando firmavimus et firmari rogavimus. Sig+num Berengarii de *Albars*, judicis (SM). Sig+num Raymundi de Lite de Chara. Sig+num Raymundi de *Fanjaus*. Sig+num Petri Raymundi. Sig+num Raymundi de Agnana. Sig+num Berengarii de *Prads*.

Rainaldus scripsit hoc (SM) die et anno quo supra.

a. gentibus B.    b. apendiciis B.    c. hedificiis B.    d. abisso B.    e. paccati B.

## 169

1197 (nou estil), 18 de març. Davant de la porta del recinte emmurallat de Vilanova de Raò

*Pere Galen de Malloles restitueix a Gausbert de Serra, comanador del Masdèu, a Pere Porcell, comanador del Mas de la Garriga, i a tots els altres frares de la milícia del Temple el seu hort, amb tots els arbres que hi ha, que la seva mare i les seves germanes havien donat antany a la milícia del Temple. Aquest hort és a la parròquia de Santa Maria de Malloles, a l'horta d'aquesta vila. Per aquesta restitució Pere Galen ha rebut 65 sous barcelonesos dels templers.*

- A Original, pergamí, amplada 230/240 mm, alçada 130/140 mm, ADPO, Hp186.<sup>152</sup>
- B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, p. 189, segons A.
- C Còpia parcial de començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 31-33, segons A.

Manifestum sit cunctis quod ego Petrus Galen de Malleolis, per me et per omnes meos pro futuros heredes, bona fide et sine omni malo ingenio et absque ulla retentione, non coactus ulla vi nec circumventus in aliquo, set bona et spontanea voluntate, diffinio et dono firmiterque evacuo et concedo atque omnino et irrevocabiliter derelinquo ac solvo tibi Gauzberto de Serra, commandatori Mansus<sup>a</sup> Dei, et tibi Petro Porcelli, commandatori Manso<sup>a</sup> de Garriga, et omnibus aliis fratribus milicie Templi, et<sup>b</sup> ortum meum, cum omnibus arboribus qui ibidem siti sunt, quem mater mea *Mallola* et sorores meas *Aladet* et *Vidiana* quondam dederunt et dimiserunt milicie Templi pro amore Dei et remissione peccatorum eorum. Et est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in orta ejusdem ville. Et affrontat de oriente in via molendinorum, de meridie in orto Arnaldi de Sancta Eugenia, de occidente in honore milicie Templi, de aquilone in orto Raimundi Sacristani. Quantum includitur infra jam dictas affrontationes, totum, cum exitibus et regressibus suis, et terminiis, et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, totum, integriter ac generaliter, nunc et omni tempore, ego Petrus Galen suprascriptus, diffinio et dono firmiterque concedo totum predictum ortum, cum omnibus arboribus qui ibi modo sunt vel in futuro esse possunt, et cum omni valore que modo habet vel in

152. El document porta al dors un regist del segle xv: «Carta de Petrus Gallen de Malleoles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2089».



futuro habere poterit, sine omni mea meorumque inquietudine et contradictione, sicut melius et plenius dici, scribi et intelligi potest ad intellectum et utilitatem omnium fratrum milicie Templi, quicquid ibi aliqua voce vel ratione habeo vel habere debeo. Et ibi renuncio per me et per omnes meos pro futuros heredes, omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generali seu speciali michi competenti vel competituro, cujus auxilio contra venire non possum ad hec infringenda. Et quod ego predictus Petrus *Galen* totum hoc, sicut superius scriptum est, observem et observari faciam et contra non veniam nec veniri faciam, tactis sacrosanctis corporaliter juro Evangeliiis. Et accepi a vobis fratribus milicie Templi de vestro averi, quod donastis michi per hanc diffinicionem predictam, LXV solidos barchinonenses, de quibus omnibus a vobis me teneo bene per paccatum. Nullus hoc valeat disrumpere. Actum est hoc XV kalendas aprilis, anno Christi MCXCVI. + Petri *Galen* predicti, qui hanc cartam diffinicionis fieri jussi, firmavi, laudavi testesque firmare rogavi. Sig+++num<sup>c</sup> Gauzberti Bajuli et Johannis Pagani atque Bernardi *Cavaler*, quibus presentibus fuit jurata ante portam municionis Ville nove de Ratione.

Pontius, presbiter, rogatus atque jussus, (SM) hoc scripsit.

a. Sic A per mansi.    b. Sic A.    c. Sic A per sig++++na.

## 170

1197, 10 de setembre

*Pere Senfred ven a Gausbert de Serra, comanador del Masd eu, i als frares d'aquesta casa la tercera part de dos emplaçaments de taules de vendre que el seu germ  difunt Gombau havia llegat al Temple en el seu testament. Aquestes taules de vendre se situen a Perpiny , a la parr quia de Sant Joan, entre les taules de vendre del Masell. Fa aquesta venda pel preu de 400 sous barcelonesos que reconeix que li han pagat.*

B C pia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 206v-207, acta n m. 359.

C C pia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, p. 205, segons B.

D C pia parcial de començament del segle XX, ALBON, *Cart. g n.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 34-37, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Sinfredi, per me et per omnes meos presentes ac futuros, non coactus ulla vi nec deceptus fraude, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura

vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado tibi Gozberto de Serra, preceptori domus Mansi Dei, et successoribus tuis (et)<sup>a</sup> omnibus fratribus ejusdem domus Mansi Dei milicie Templi ibidem presentibus ac futuris, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, totam meam partem, scilicet terciam partem quod habeo et habere debeo in ipsis duobus locis tabularum, quos frater meus Gombaldus qui fuit dimisit predicte domui milicie Templi in sua ultima voluntate. Que loca tabularum sunt intus Perpinianum, in adjacentia Sancti Johannis ejusdem ville, infra tabulas macelli. Et affrontat I<sup>us</sup> locus ab oriente in loco tabule Berengarii Laurencii, a meridie et ab aquilone in viis publicis, ab occidente in vestra tabula. Et alius locus tabularum affrontat ab oriente in vestra tabula, a meridie et ab occidente et ab aquilone in viis publicis. Sicut in hiis omnibus affrontationibus includitur, sic vendo et laudo firmiterque concedo tibi Gozberto de Serris, preceptori predicte domus Mansi Dei, et successoribus tuis (et)<sup>a</sup> omnibus fratribus ejusdem domus Mansi Dei milicie Templi ibidem presentibus ac futuris, totam predictam meam partem predictorum locorum tabularum, a celo usque in abyssum,<sup>b</sup> integritur ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus et pertinentibus, sine omni vestro vestrorum enganno et sine ullo malo ingenio, libere et quiete, absque aliquo retentu, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, pro XL solidis barchinonensium, de quibus omnibus ex bonis predicte domus Mansi Dei milicie Templi profiteor me bene esse paccatum. Et modo in presenti de meo jure et de meo posse in jus et in potestate tui Gozberti de Serra predicti et predicte domus Mansi Dei milicie Templi et fratrum ipsius domus, presentium ac futurorum, trado irrevocabiliter omnem meam partem predictorum locorum tabularum, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam. Et si hec predicta venditio modo plus valet de predicto pretio vel inantea est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia vobis et vestris dono et laudo firmiterque concedo, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam. Et si aliqua lege vel aliquo jure contra hoc venire potero, illi legi et juri ex certa sciencia renuncio. Et ita totum ut in hac carta me observaturum bona fide per stipulationem promitto.<sup>c</sup> Et est manifestum. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> idus septembris, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Petri Sinfredis, qui hoc fieri jussi,

laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Et siquis juris habebam et habere debebam in dictis tabulis, totum diffinio et solvo dicte milicie Templi, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam. Sig+num Berengarii de Garricis. Sig+num Arnaudi Ferrarii. Sig+num Jordani de Texieriis.<sup>d</sup> Raymundus de Verneto scripsit hoc vice Petri de Verneto et rasit et emendavit in V<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Verneto, presbiter, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. et omès B.    b. habissum B.    c. promito B.    d. Sic B, llegiu Texneriis.

## 171

1197, 16 de desembre

*Dalmau de Miralles de Malloles ven a Estefania Comtessa i als seus fills, Guillem Ramon i Berenguer Ramon, un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estanyol d'Amunt, pel preu de 500 sous barcelonesos. Els anys que conreïn aquest camp, Estefania i els seus donaran a l'abat de Camprodon sis quartons del que s'hi hagi collit, salvat si es tracta de llegums de gra rodó destinats a alimentar els bous, cas en el qual donaran a l'abat una quantitat equitabile d'aquest llegum. Dalmau ha donat en dot i en herència a la seva filla Esclarmunda els 500 sous que ha rebut per aquesta venda. Aquesta, que té més de dotze anys, confirma la venda i reconeix que els 500 sous li han estat lliurats per les seves noces. Arnau Gros, germà de Dalmau, confirma aquesta venda. Bernat, abat de Camprodon, Pere, sagristà, i Bernat de Sant Joan, cellerer, han confirmat aquesta venda, per la qual han rebut llur foriscapi.*

A Original, pergami, amplada 275/295 mm, alçada 175 mm, ADPO, Hp186.<sup>153</sup>

Notum sit cunctis quod ego Dalmacius de Miraliis de Malleolis, non inductus dolo neque vi, nec circumventus in aliquo, set bona fide ac spontanea voluntate, per me et per omnes successores meos, cum hac presenti carta in perpetuum valitura irrevocabi-

153. El document porta al dors una anotació del segle xv en català: «hun camp al Estayol damunt es en dreta s. del abat de Campredon fa dels fruyts VI cor», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2102».

liter vendo et trado tibi Stephanie Comitisse et vobis filiis ejus, Guilelmo Raimundi et Berengario Raimundi, et vestris, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem in perpetuum faciendam, salvo jure domini, unum meum campum qui est in adjecencia<sup>a</sup> Sancte Marie de Malleolis, in loco qui vocatur *al Estainol d'Amont*, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, et cum juribus suis, de celo usque in habissum.<sup>b</sup> Hanc autem prope dictam vendicionem vobis et vestris facio pro precio D solidorum barchinonensium, quos omnes profiteor me a vobis numerando accepisse, et est michi plenarie satis factum, et teneo me bene de illis per paccatum. Si vero predictus campus modo plus predicto precio valet, vel in futurum valebit, illam totam magis valenciam et illud totum, si modo plus valet vel in futurum valebit, ex mera liberalitate vobis predictis et vestris irrevocabiliter dono et trado. Cedo preterea vobis et vestris omnes acciones et exceptiones et jura que michi pro predicto campo competunt vel competere possunt adversus aliquas personas. Set si predictus campus vel aliquid de predicto campo fuerit a vobis vel a vestris jure evictum vel emparatum, bona fide per stipulationem promitto vobis et vestris me futurum legalem et fidelem guirentem et deffensorem,<sup>c</sup> et eciam de omnibus missionibus quas feceritis, quod si esse noluero vel non potuero, dono vobis predictis et vestris in returnum et obligo omnia bona mea, quecumque sint et ubicumque sint, que modo habeo et inantea sum habiturus, ut ea auctoritate vestra occupetis et accipiatis donec totum illud quod a vobis vel a vestris fuerit evictum vel emparatum a me et a meis vobis et vestris sit integriter restitutum et emendatum, et expense quas feceritis sint vobis restitute et emendate. Et est sciendum quod de fructum predicti campi, in eo anno tantum in quo fructus ibi fuerit, dabitis abbati Campi rotundi VI quarteronos de tali annona qualis in illo campo fuerit et nichil aliud, excepto eo quod si legumen qui dicitur peses fuerit ibi seminatum, et boves vestris eo comederint, non detis in eo anno VI quarteronos set quantum justum fuerit pro ratione illius fructus qui ibi tunc fuerit. Et si quid amplius abbas Campi Rotundi in campo illo debet accipere, totum vobis faciam habere et tenere in pace cum predicto censu VI quarteronorum et cum quod dictum est de peses. Et est manifestum quod sine dubio ego Dalmacius dedi predictos D solidos barchinonensium, quos de predicta vendicione accepi, filie mee Sclarmunde in dotem et in hereditate tempore nupciarum. Suprascripta omnia sicut melius dici, scribi et intelligi possunt ad

utilitatem vestram et vestrorum, laudo et confirmo vobis et vestris in perpetuum valitura. Et quod contra hec vel aliquid predictorum nuquam<sup>d</sup> veniam vel veniri faciam, bona fide per stipulationem vobis et vestris per me et per omnes successores meos promitto. Et omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter, ad hec infringenda vel aliquid predictorum michi competenti vel competituro, et expressim si dicta vendicio excedit vel excedet dimidiam justii precii, et excepcioni non numerate peccunie ex certa sciencia renuncio. Et ita me omnia predicta observaturum, tactis sacrosanctis corporaliter Evangeliiis, gratis sine forcia juro. Et ego Sclarmunda, filia dicti Dalmacii, recognoscens me esse etatis XII annorum et pluris, non inducta dolo neque vi nec circumventa in aliquo, suprascriptam vendicionem laudo et confirmo, et si quid juris ibi habeo, totum vobis diffinio. Et quod contra eam nuquam veniam vel veniri faciam, tactis sacrosanctis corporaliter Evangeliiis, gratis sine forcia juro. Et profiteor quod predicti D solidi barchinonensium fuerunt michi donati et traditi et viro meo tempore nupciarum. Prenominatus campus affrontat ab oriente et ab aquilone in campo Raymundi Cabalis et in campo Raymundi Pagesii, a meridie in vestro campo metipso, ab occidente in feyxa Arnaldi Pagesii. Et est manifestum. Actum est hoc XVII kalendas januarii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Dalmacii de Miraliis. Sig+num Sclarmunde filie ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Arnaldi Grossi, fratris dicti Dalmacii de Miraliis, qui hoc laudavit et firmavit.

SIGNUM BERNARDI ABBATIS, Sig+num Petri, sacriste, Sig+num Bernardi de Sancto Johanne, *celarer*, qui hoc laudaverunt et firmaverunt, et habuerunt inde suum forischapium. Sig+num Ermengaldi Grossi. Sig+num Guilelmi de Malleolis. Sig+num Guilelmi Galardi. Sig+num Peregrini de Malleolis. Sig+num Raymundi de Malleolis.

Raymundus de Verneto scripsit hoc vice Petri de Verneto et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Verneto, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

- a. *Sic A per adjacentia.*      b. *Sic A per abyssum.*      c. *Sic A per defensorem.*  
d. *Sic A per numquam.*

1198 (nou estil), 7 de febrer

*Girard Seguí, prior de Santa Maria de Panissars, amb el consentiment de fra Arnau de Colige, sagristà, i dels altres frares d'aquesta casa, canvia amb Gausbert de Serra, comanador del Masdèu, tots els drets que el priorat de Panissars té a les parròquies de Sant Julià de Vilamulaca i de Santa Maria de Nils per vint-i-cinc peces de terra, en camps, vinyes i horts que els templers tenen a la parròquia de Sant Esteve de Pontellà, més dotze peces, en camps i vinyes a la parròquia de Santa Maria de Toluges, més 80 sous barcelonesos amb els quals els templers han alliberat el mas de Riba, que estava empenyorat a Perpinyà Gras.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 103-104, acta núm. 165.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 201-203, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 299-305, segons B.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Guiraldus Seguini, prior domus Sancte Marie de *Paniçars*, per me et per omnes successores meos, consilio ac voluntate ac laude meorum fratrum, scilicet Arnaldi de Colige, sacriste, et Arnaldi de *Mirales*, et Talaferri, et Guilelmi Scutiferis, et aliorum omnium presentium ac futurorum, non coacti ulla vi nec decepti fraude, set bona fide, sine enganno et sine omni malo ingenio et sine contradictu alicujus viventis persone, comutamur et excambiamur et in presenti excambiano tradimus per omne tempus per alodium franchum et liberum tibi, Gauçberto de Serra, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus milicie Templi presentibus et futuris, scilicet omnia jura herema et condirecta et omnes voces et rationes et actiones, quecumque sint et ubicumque sint, in locis cultis et incultis, que Sancta Maria de *Paniçars* habet et tenet et habere et tenere debet in termino et in adjacentia Sancti Juliani de Villa mulacha, et in termino et in adjacentia Sancte Marie de *Agnils*, et ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, sicut melius ac plenius ad bonam utilitatem milicie Templi et predictorum fratrum dici vel legi aut intelligi potest, modo nec inantea, sine omni retentu, proprio jure possidenda per nunc et imperpetuum per alodium franchum et liberum, pro xx et V pecias terre vestras, quas habetis et habere debetis in termino et in adjacentia Sancti Stephani de Pontiliano, inter campos et vineas et ortos, et pro amplius pro XII pecias

terre vestras inter campos et vineas, quas habetis in termino et in adjacentia Sancte Marie de Tulugiis, et pro amplius pro LXXX solidis bonorum barchinonensium, de quibus traxistis mansum nostrum de Ripa de pignore a potestate Perpiniani Grassi. De quibus omnibus profitemur et recognoscimus a vobis nos bene esse pacatos<sup>a</sup> ad nostram voluntatem sine omni enganno. Et convenimus vobis jam dictis et vestris plenam fidem pro nobis et successoribus nostris quod totam jam dictam comutacionem et excambiacionem, quam modo in presenti de nostro jure et potestate in vestrum jus et potestatem tradimus, faciemus vobis et domui vestre bonam habere et tenere et expletare in pace per omne tempus cum omni melioramento quod ibi sit vel esse poterit per alodium franchum et liberum. Simili modo ego Gausbertus de Serra, preceptor domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et voluntate ac laude nostrorum fratrum, scilicet Petri Porcelli et Raymundi de Pontiliano et Berengarii, capellani, et Petri Cavallerii et aliorum omnium presentium et futurorum, non coacti ulla vi nec decepti fraude, set bona fide sine enganno et sine omni malo ingenio et sine contradictu alicujus viventis persone, comutamus et excambiamus et in presenti excambiano tradimus per omne tempus per alodium franchum et liberum tibi, Guiraldo Seguini, priori domus Sancte Marie de *Paniçars*, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus ejusdem loci presentibus et futuris, scilicet omnia jura, herema et condirecta et omnes voces et rationes et actiones, quecumque sint et ubicumque sint, in locis cultis et incultis, que habemus et habere debemus in XXV pecias terrarum nostras, inter campos et vineas et ortos, quas habemus et habere debemus in termino et in adjacentia Sancti Stephani de Pontiliano, et in XII pecias terrarum nostras, inter campos et vineas, quas habemus et habere debemus in termino et in adjacentia Sancte Marie de Tulugiis, et amplius LXXX solidos bonorum barchinonensium, de quibus traximus mansum vestrum de Ripa de pignore a potestate Perpiniani Grassi, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, sicut melius ac plenius ad bonam utilitatem domus Beate Marie de *Paniçars* et predictorum fratrum dici vel legi aut intelligi potest modo nec inantea, sine omni retentu, perpetuo jure possidenda per nunc et imperpetuum, per alodium franchum et liberum, per omnia jura vestra herema et condirecta et per omnes voces et rationes et actiones, quecumque sint et ubicumque sint, in locis cultis et incultis que Sancta Maria de *Paniçars* habet et tenet et habere et tenere debet in termino et in adjacentia Sancti

Juliani de Villa mulaca, et in termino et in adjacentia Sancte Marie de Agni[ls. De quibus]<sup>b</sup> omnibus profiteamur et recognoscimus a vobis nos bene esse pccatos<sup>a</sup> ad nostram voluntatem, sine [omni enganno].<sup>b</sup> Et convenimus vobis jam dictis et vestris, per bonam fidem, pro nobis et successoribus nostris, quod totam jam dictam comutationem et excambiacionem, quam modo in presenti de nostro jure et potestate in vestrum jus et potestatem tradimus, faciemus vobis et domui vestre bonam habere et tenere et expletare in pace per omne tempus, cum omni melioramento quod ibi sit vel esse poterit, per alodium franchum et liberum. Et est manifestum. Nullus hoc valeat dirumpere. Quod est actum VII<sup>o</sup> idus febroarii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+++++na Guiraldi Seguini, prioris Sancte Marie de *Panizars*, et Arnaldi de Colige, sacriste, et Arnaldi de *Mirales* et Talaferri et Guilelmi Scutiferis, fratrum ejusdem loci, qui hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++++na Gausberti de Serra, preceptoris Mansi Dei, et Petri Porcelli et Raymundi de Pontiliano et Berengarii capellani et Petri Cavalerii, fratrum ejusdem domus, qui hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Jordani Pelliparii et Guilelmi Pelliparii de Pontiliano et Bernardi Sutoris de Pontiliano, qui tres jussu et rogatu predicti Guiraldi Seguini et suorum et predicti Gausberti de Serra et suorum, hoc laudavimus et firmavimus et de hoc testes advocati extitimus.

Berengarius, levita, scripsit hoc rogatus atque jussus die et anno quo (SM) supra.

- a. pccatos B.    b. *Passatge il·legible B.*

### 173

1198 (nou estil), 15 de febrer. Perpinyà

*Pere I, rei de Catalunya-Aragó, renova a favor de Ramon de Sant Llorenç i de Guillem Bernat de Sant Hipòlit la supressió de l'alberga de Sant Hipòlit que el comte de Rosselló Girard II havia atorgat a llurs predecessors Guillem de Sant Llorenç i Pere de Sant Hipòlit, per una clàusula del seu testament.*<sup>154</sup>

154. Girard II, comte de Rosselló: 1164-juliol de 1172. La clàusula continguda en el seu testament del 4 de juliol de 1172 estava formulada així: «Relinquo Guillemo Sancti Laurensii et Petro Sancti Ypolití albergas quas mihi faciebant», vegeu més amunt l'acta núm. 86.



- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 3-v, acta núm. 7.  
*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 203-204, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 12-13, segons *B*.

Manifestum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Petrus, Dei gracia rex Aragonum et comes Barchinone, diffinio et absolvo vobis Raymundo de Sancto Laurentio et Guilelmo Bernardi de Sancto Ypolito, et successoribus vestris, albergam de Sancto Ypolito, sicut melius et liberus dedit et absolvit eam Guinardus, comes Rossellionis, in suo testamento antecessoribus vestris Guilelmo de Sancto Laurentio et Petro de Sancto Ypolito. Ad majorem autem auctoritatem et confirmationem, hec presens pagina sigillo nostro corroborata est et testibus confirmata. Datum Perpiniiani XV kalendas marcii, per manum Petri de Blandis, notarii domini regis, et scripta a Guilelmo, mandato ejus, anno Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Hujus rey testes sunt: Dalmacius de Crexello, P. de Crexello, frater ejus, Bernardus de Portella, Petrus, sacrista Ausonensis, Bernardus, sacrista Barchinone, Berengarius de *Albers*, judex, magister P., Narbonensis archidiachonus, Jordanus de *Mudaons*, R. de *Baignils*, Petrus de Sancto Laurentio.

Sig-(SM)-num regis Aragonum et comitis Barchinone.

Sig-(SM)-num Petri de Blandis, notarii domini regis, qui, mandato ejus, fecit scribi supradicta, mense et anno quo supra.

## 174

1198, 21 d'abril

*Ramon Daví de Banyuls [dels Aspres] i la seva muller Adelaida venen al convent de Sant Salvador [de Cirà], a Ramon de Toluges, prior, i a tots els frares i fraresses d'aquesta comunitat tots llurs drets sobre el molí que els religiosos posseeixen al casal dels molins de Banyuls, al terme de Sant Esteve de Nidoleres. Per aquesta concessió, Ramon i Adelaida reconeixen haver rebut 25 sous barcelonesos. En canvi, el prior renuncia, en nom de la seva comunitat, als 20 sous i a les 12 aimines d'ordi que reclamava per aquest molí que Ramon Daví i el seu pare Daví havien comprat a Pere Guiral i Pere Borrell de Tresserra.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 13r-v, acta núm. 25.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 236-238, segons B.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Raymundus Davin de *Baynuls* et uxor mea Adaledis, nos duo insimul, per nos et per omnes nostros presentes ac futuros, qui sunt vel erunt, bona fide, sine enganno et sine omni malo ingenio et sine omni retentu, vendimus et donamus et diffinimus et laudamus et firmiter concedimus et omnibus modis evacuamus domino Deo et domui Sancti Salvatoris et tibi Raymundo de Tulugiis, ministri ejusdem domus, et omnibus successoribus tuis, et omnibus fratribus et sororibus ejusdem domus, scilicet omnia jura et omnes voces et rationes et actiones nostras, quecumque sint et cujuscumque modi sint, que habemus et habere debemus jure vel consuetudine vel alio aliquo modo et tantum quantum juste vel injuste querimus et querere possumus in unum molendinum vestrum, quem habetis totum integrum in casale molendinorum de *Banuls*, in termino et adjacentia Sancti Stephani de Nidoleris. Et est juxta molendinum Guilelmi Bajuli de Monte Esquivo. Et affrontat de omnibus III<sup>or</sup> partibus in honore Guilelmi, domini de Monte Esquivo. Sicut supradictum est, sic vendimus et donamus et diffinimus et laudamus et firmiter concedimus et omnibus modis evacuamus domino Deo et predicte domui Sancti Salvatoris et tibi, Raymundo de Tulugiis predicto, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus et sororibus ejusdem domus totum jam dictum molendinum integrum, cum omnibus affrontationibus suis, sicut melius ac plenius ad bonum intellectum et ad bonam utilitatem domus Sancti Salvatoris et confratrum et sororum omnium ejusdem dici vel legi aut intelligi potest. Et de nostra potestate et jure in vestrum jus et potestate predictum molendinum in presenti tradimus irrevocabiliter jure perpetuo possidendum, sine vinculo et contradictu alicujus persone viventis, pro XXV solidorum bonorum barchinonensium, quos nobis dedistis de elemosinis domus Sancti Salvatoris. Et de hiis predictis XXV solidis barchinonensium profitemur et recognoscimus a vobis et a vestris nos bene esse paccatos ad nostram voluntatem, sine diminutione de omni predicto molendino et de omni melioramento quod ibi vos vel vestri facere volueritis. Ego Raymundus de Tulugiis predictus, per me et per omnes successores meos et per omnes fratres et sorores domus Sancti Salvatoris, diffinio et relinquo sine omni retentu tibi, Raymundo Davini predicto, et uxori tue Adaledis et omnibus vestris, per omne tempus, scilicet xx solidos barchinonensium et XII eminas ordeï, quos et

quas vobis clamabam de jam dicto molendino. Si vero aliquo jure scripto vel non scripto, divino vel humano, generali vel speciali, ad hec infringendam ego Raymundus *Davin* predictus, et uxor mea Adaledis, vel aliquis per nos venire poterimus, illi penitus renunciamus. Promittentes<sup>a</sup> per stipulationem nos contra hoc instrumentum nunquam venturos per nos neque per aliquam aliam subrogatam personam. Quod molendinum ego Raymundus *Davin* et pater meus *Davin* emimus a Petro Giraldo et a Petro Borrelli de Tresserra. Et est manifestum. Qui hoc dirumpere voluerit, agere non valeat, set in duplo componat, et postea firmum et incorruptum permaneat. Quod est actum XI<sup>o</sup> kalendas madii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+++na Raymundi Davini et uxoris sue Adaledis, qui et que hoc fieri jussimus, firmavimus et laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++ Bernardi, prioris domus Sancte Marie<sup>b</sup> de Campo, et Arnaldi, diaconi<sup>c</sup> Sancti Salvatoris, et Petri *Galt de Banuls*, qui tres, jussu et rogatu Raymundi Davini predicti et uxoris sue Adaledis, hoc laudavimus et firmavimus. Berengarius, levita, scripsit hoc, cum literis suprapositis in VII<sup>a</sup> linea, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. promittentes *B.*    b. Marthe *B.*    c. diaconi *B.*

## 175

1198, 10 de maig

*Gausbert de Serra, comanador del Masdèu, amb el consentiment dels frares Berenguer, capellà, Pere Cavaller i Ramon de Pontellà, canvia amb Bernat de la Clusa, cavaller, el seu germà Ponç, la seva germana Saurimunda i les seves altres germanes tota l'honor que els templers tenen a les parròquies de Santa Maria de la Clusa i de Sant Joan de l'Albera, és a dir, un total de set masos i bordes, per tota l'honor que Bernat de la Clusa i els seus tenen a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, és a dir, dos masos, una borda i oliveres. Els templers han pagat la quantitat de 300 sous barcelonesos per la qual aquesta honor estava empenyorada.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 114-115, acta núm. 179.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 233-236, segons *B.*

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 306-314, segons *B.*

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Gauçbertus de Serra, comendator Mansi Dei, consilio et voluntate ac laude fratrum meorum, Berengarii, capellani, et Petri Cavalerii et Raymundi de Pontiliano et aliorum omnium presencium ac futurorum, qui ibi sint vel erunt, et per omnes successores nostros, non coacti ulla vi nec decepti fraude, set bona fide, sine enganno et sine omni malo ingenio, permutamus sive excambiamus et jure permutacionis in presenti tradimus per alodium franchum et liberum tibi, Bernardo<sup>a</sup> de Clusa, et tibi, Poncio, fratri ejus, et omnibus sororibus vestris, et omnibus vestris, honorem quendam, quem habemus et habere debemus in termino et in adjacentia Sancte Marie de Clusa et Sancti Johannis de Albera, pro omni honore tuo, quem habes in termino et in adjacentia Sancti Juliani de Villa mulacha. Et honor quem permutamus tibi, Bernardo predicto, et tuis, sunt VII, inter mansos et bordas. De quibus mansibus IIII<sup>or</sup> sunt nostri proprii et solidi, scilicet in termino de Clusa: mansum Guilelmi Joçberti, et mansum Johannis de Podio, et mansum Petri de *Terrades* et Petri Mir, et mansum de *Baucels*, qui est in termino Sancti Johannis de Albera et Sancte Marie de Clusa; et tres mansos quos modo nominabo dividimus cum te, scilicet mansum Arnaldi de Guiga, et mansum Petri Pometa de *Tuirs*, per medium, et mansum Guilelmi Textoris de *Tuirs*, in quo habemus terciam partem, qui sunt in termino Sancte Marie de Clusa et Sancti Johannis de Albera. Quos mansos et bordas, cum omni jure quod ibi habemus vel ullo modo habere debemus, concedimus et donamus et jure permutationis in presenti tradimus perpetuo ad habendum et possidendum, ad omnes voluntates tuas tuorumque faciendas, ego predictus Gauçbertus de Serra, cum fratribus Mansi Dei, tibi, Bernardo de Clusa et fratri tuo, Poncio, et omnibus vestris, qui sunt vel erunt. Pro quo honore recipimus a te, Bernardo jam dicto, et a fratre tuo, Poncio, et a sororibus tuis, jure permutationis ad utilitatem domus Mansi Dei, omnem honorem tuum, quem habes vel habere debes, tu et frater tuus, Poncius, et sorores tue, in omni termino de Villa mulacha, et preterea deliberamus et solvimus predictum honorem tuum de Villa mulacha de trescentis solidis barchinonensium integriter, pro quibus erat predictus tuus honor inpignoratus. Et ego Bernardus de Clusa, miles, et frater meus, Poncius, una cum sororibus nostris, cum Saurimunda et aliis, nos omnes insimul, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non coacti ulla vi nec decepti fraude, set bona fide, sine enganno et sine omni malo ingenio concedimus et donamus et tradimus cum hac pre-

senti carta jure permutacionis, per alodium franchum et liberum, omnem honorem nostrum, quam habemus et habere debemus in termino et in adjacentia Sancti Juliani de Villa mulacha perpetuo, ad habendum et ad possidendum, domino Deo omnipotenti et Beate Marie Mansi Dei et tibi, Gausberto de Serra, comendatori, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus illius loci qui sunt vel erunt, scilicet totum mansum Johannis Podadora de Villa mulacha qui fuit, et totum mansum Poncii Guoda, et totam bordam que fuit Arnaldi Adalberti, et omnes olivarias nostras proprias, quas habemus ibi, et omne jus, quod in predicto honore habemus et habere debemus, cum hominibus et feminabus et casis et casalibus et ortis et ortalibus et campis et vineis, heremis et condirectis, et cum arboribus fructiferis et infructiferis et cum censibus et usaticis et terrameritis et cum omnibus in predicto honore nobis et nostris accidentibus et pertinentibus, sicut melius ac plenius ad utilitatem domus Mansi Dei dici vel legi aut intelligi potest irrevocabiliter in predicto Manso Dei transferimus. Pro quo honore nostro profitemur et recognoscimus nos recepisse et habuisse jure permutacionis omnia jura vestra que in predictis VII mansibus habebatis, cum hominibus et feminabus et casis et casalibus et ortis et ortalibus et campis et vineis et heremis et condirectis et cum arboribus fructiferis et infructiferis et cum censibus<sup>b</sup> et usaticis et terrameritis et cum omnibus in predicto honore vobis et vestris accidentibus et pertinentibus, sicut melius ac plenius ad utilitatem nostram et nostrorum dici vel legi aut intelligi potest, recepisse et habuisse a te, Gauzberto de Serra, et a fratribus tuis, nomine Mansi Dei, qui mansi sunt in termino et in adjacentia Sancte Marie de Clusa et Sancti Johannis de Albera. Et profitemur et recognoscimus quod predictum honorem nostrum de Villa mulacha traxistis de pignore de predictis CCC solidis et convenimus Deo et vobis per nostram bonam fidem, quod jam dictum honorem, quem vobis permutamus, vobis et vestris et quibus volueritis faciemus semper bonum habere et tenere in pace sine aliqua inquietudine de omnibus hominibus et feminabus qui contra nos ad habendum jam dictum honorem in jure vos provocaverint. Et si plus valet noster honor de Villa mulacha quam vester de Clusa, quem pro nobis permutatis, totum illud plus concedimus et donamus et tradimus domino Deo et Beate Marie et domui Mansi Dei et tibi, Gausberto de Serra predicto, irrevocabiliter, et predictam permutacionem per nos et nostros semper ratam et firmam habebimus. Et ego Gausbertus de Serra

predictus, cum fratribus Mansi Dei, concedimus et donamus tibi, Bernardo de Clusa, et fratri tuo, Poncio, et omnibus sororibus vestris et omnibus vestris quod si nunc vel inantea plus valebit noster honor de Clusa quam vester de Villa mulacha, totum illud plus habeatis jure donationis. Si vero aliqua lege vel aliquo jure, scripto vel non scripto, divino vel humano, generali vel speciali, ad hec infringenda venire poterimus, nos predicti fratres vel tu Bernardus de Clusa vel frater tuus vel vestri, illi juri et legi penitus renunciamus, promittentes per stipulationem nos vel nostros contra hec instrumenta nunquam venturos per nos neque per alias subrogatas personas. Preterea ego Gausbertus de Serra jam dictus, cum fratribus Mansi Dei, convenimus tibi, Bernardo de Clusa, et fratri tuo, Poncio, et omnibus vestris, per nostram bonam fidem, quod jam dictum honorem quem vobis permutamus, vobis et vestris et quibus volueritis faciemus semper bonam habere in pace sine aliqua inquietudine de omnibus hominibus et feminabus qui contra nos ad habendum jam dictum honorem in jure vos provocaverint. Et est manifestum. Nullus hoc valeat disrumpere, set semper maneat firmum et incorruptibile. Quod est actum VI<sup>o</sup> idus madii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig++++na Gauçberti de Serra, preceptoris Mansi Dei, et Berengarii, capellani, et Petri Cavalerii et Raymundi de Pontiliano, fratrum Mansi Dei, qui hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++na Bernardi de Clusa et Poncii, fratris ejus, et Saurimonde, sororis eorum, qui et que hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig++++na Petri de Sancto Martino, cognati Bernardi de Clusa, et Berengarii Gras de *Banuls*, et Dalmacii de *Cantalups* et Guilelmi Mironis de Villa mulacha et Bernardi Sutoris Mansi Dei, qui omnes hoc vidimus et audivimus et laudavimus et firmavimus. Berengarius, levita, scripsit hoc, cum litteris<sup>c</sup> rasis et emendatis in VI<sup>a</sup> linea prime carte et in XX<sup>a</sup> secunde carte, rogatus atque jussus die et anno quo (SM) supra.

a. Bertrando B.    b. sensis B.    c. literis B.

1199 (nou estil), 18 de gener

*Ponç Bernat, la seva esposa Ermengarda i llur fill Pere venen a Gausbert de Serra, comanador del Masdeú, i Guillem de Rocafort, comanador de Palau [del Vidre], i als frares del Temple*

*tota llur quarta part dels drets de senyoria sobre el vinyar de Ponto, l'hort i el camp de Saquet, a l'altra banda del Tanyari, que tenen Bernat Jaume i Guillem Amblard, i sobre la femada de Ponto que té Joan Fabra. Aquestes possessions que els venedors tenen en feu pel Temple són a la parròquia de Santa Maria de Palau. Fan aquesta venda pel preu de 120 sous barcelonesos, quantitat que els havia estat prestada pels templers. Ermengarda confirma aquesta venda i renuncia sota jurament a qualsevol recurs jurídic en contra.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 137v-138, acta núm. 222.  
 C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 298-301, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Poncius Bernardi et ego Ermengardis, uxor ejus, et filius noster, Petrus, simul, per nos et per omnes heredes nostros, presentes ac futuros, non inducti dolo neque vi nec circumventi in aliquo, set bona fide ac spontanea voluntate, vendimus et damus et in presenti cum hac carta imperpetuum valitura tradimus Deo omnipotenti et tibi Goçberto de Serra, preceptori milicie Templi de Manso Dei, et tibi Guilelmo de Rocha forti, comendatori de Palacio, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, et cui dare, vendere, dimittere<sup>a</sup> vel inpignorare volueritis, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, omnem quartam partem nostram, quam habemus vel habere debemus in vineario de *Ponto*, et in orto Saqueti, et in campo Saqueti ultra Tananimum, quam tenent Bernardus Jachobi et Guilelmus Amblardi, et in femada de *Ponto*, quam tenet Johannes Faber, quod totum habemus et tenemus in fevode pro vobis, predictis fratribus milicie Templi, in termino Sancte Marie de Palacio. Et quicquid juris et dominacionibus ibi percipimus vel percipere debemus, totum vendimus et damus et modis omnibus absolute<sup>b</sup> dimittimus,<sup>c</sup> cum ingressibus et egressibus et cum omnibus suis pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno et ullo retentu. Et sicut in hac carta melius dici, legi vel intelligi potest ad vestrum intellectum et ad vestram utilitatem et ad omnem vestram vestrorumque voluntatem semper faciendam imperpetuum, propter CXX solidos barchinonensium bonorum, quos a vobis mutuo accepimus et habuimus, de quibus totis nos jam confitemur bene vestros pacatos<sup>d</sup> omnino. Et si plus memorato precio modo valet, aut deinceps plus valere contigerit, totum illud vobis et vestris damus irrevocabiliter et diffinimus ex gracia. Et si aliquo jure, legis vel consuetudinis contra hoc venire

poterimus, illi juri penitus ac perpetim ex certa sciencia et consulte renunciamus. Item, ego prenominata Ermenjardis, non inducta dolo aut aliqua vi, set bona et spontanea voluntate, nec circumventa in aliquo, hoc totum laudo et firmo. Et quod ita teneam et contra non veniam, omni juri divino et humano, quo me tutari possem, ex certa sciencia et consulte renuncio, et sic me semper fideliter [observaturam]<sup>e</sup> corporaliter juro tactis sacrosanctis Evangeliiis. Et est manifestum. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas febroarii, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Philipo rege in Francia. Sig++++na Poncii Bernardi et uxoris ejus, Ermengardis, atque filii eorum, Petri, qui hoc totum, omnes simul in unum, fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Berengarii de Podio. Sig+num Raymundi Amblardi. Sig+num Bernardi Jachobi.

Laurencius, presbiter de Palacio, qui hoc scripsit, rogatus, die et anno (SM) quo supra, cum literis suprascriptis in IIII<sup>a</sup> linea.

a. dimitere B. b. absalute B. c. dimitimus B. d. paccatos B. e. observaturam omès B.

## 177

1199, 5 de maig

*Berenguer Sagristà de Malloles, amb la seva muller Maria, restitueix a Gausbert de Serra, comanador del Masdèu, i a tots els frares de la milícia del Temple tota l'honor que el seu difunt pare, Ramon Sagristà, havia donat a la milícia,<sup>155</sup> és a dir, tot el camp de Cerber, que ara està plantat de vinya, i l'hort del difunt Arnau de Pesillà, que són al terme de la vila de Malloles. Reconeix que havia pres injustament aquesta honor als templers. Els dona igualment un molí al rec Comtal, al casal dels seus molins del Pont, a saber el quart molí cap al nord, prop del de Ramon Patau. S'obliga, així com tots els seus hereus, a fer totes les despeses necessàries i útils per a mantenir el molí en el seu estat actual, així com per al manteniment i la refecció de les rescloses.*

A Original, pergamí, amplada 270/280 mm, alçada 140/150 mm, ADPO, Hp186.<sup>156</sup>

155. El 26 de gener de 1181; vegeu més amunt l'acta núm. 108.

156. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari al final del segle XIII; un regest del segle XV en català: «Donacio del camp des herber per Jacme Sacrista de Malloles»; i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 2092».



- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 215r-v, acta núm. 374, segons *A*.
- C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 247-248, segons *A* i *B*.
- D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 38-42, segons *B*.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Berengarius Sacrista de Malleolis, una cum uxore mea Maria, per me et per omnes meos presentes ac futuros, bona fide, sine omni enganno, mea bona ac spontanea et libera voluntate, sine omni aliquo retentu dono et diffinio et cum hac carta diffinicionis perpetuo valitura desemparo<sup>a</sup> et in presenti trado domino Deo et beate Marie et domui milicie Templi et tibi Gauzberto de Serra, preceptori Mansi Dei, et omnibus successoribus tuis, et omnibus fratribus totius milicie Templi, presentibus ac futuris, omnem illum honorem quem pater meus Ramundus<sup>b</sup> Sacrista quondam vobis et predicte milicie dedit, sicut continetur in instrumento quod vobis inde fecit, scilicet totum campum de *Cerber* et totum ortum Arnaldi de Pidillano qui fuit, qui sunt in terminio ville de Malleolis. Et campus est modo plantatus de vinea, et affrontat ab oriente in mea vinea et in vinea Pelegrini, a meridie in campum Guilme de Malleolis, ab occasu in vinea Giraldi Coriatarii et Guilmi Giraldi, ab aquilone in vinea Arnaldi Sancte Eugenie et in suo campo. Ortus affrontat ab oriente in ortum Guilmi Salomonis et in ortum Bernardi Amblardi, a meridie in recco Comitali, ab occasu in ortum Guilmi Ramundi,<sup>b</sup> filii Comitisse de Malleolis, ab aquilone in flumine Tetis. Sicut in omnibus his<sup>c</sup> affrontacionibus includuntur et terminantur, et sicut melius ac plenius ad utilitatem domus milicie dici vel legi aud<sup>d</sup> intelligi potest, habeatis totam vineam de *Cerber*, cum terra in qua est plantata, et totum ortum, cum omnibus arboribus que ibi sunt fructifferis et infructifferis,<sup>e</sup> integriter ac generaliter, cum omnibus terminis suis, et pertinenciis, et affrontacionibus, ad omnes vestras voluntates faciendas in perpetuum<sup>f</sup> ab isto die inantea. Quem honorem vobis et predicte milicie injuste auferebam, et ic circo<sup>g</sup> predictum honorem vobis desemparo et dono ac reddito irrevocabiliter, cum omni jure quod ibi habeo et juste vel injuste habere debeo. Preterea dono domino Deo et beate Marie et domui jam dicte milicie et vobis jam dictis quoddam molendinum in recco Comitali, in casuale<sup>h</sup> molendinorum meorum de Ponte propriorum, scilicet quartum molendinum quod est a parte aquilonis justa<sup>i</sup> molendinum Ramundi<sup>b</sup> *Patau*, per alodium francum<sup>j</sup>

et liberum per omne tempus. De quo molendino obligo me et omnes heredes meos vobis et domui jam dicte milicie ad faciendas omnes expensas necessarias et utiles ad tenendum molendinum in eo statu in quo est sive in resclausis faciendis et reficiendis<sup>k</sup> sive in recco curando. Quod molendinum habeatis et teneatis ad vestrum proprium sive ad omnem aliam vestram voluntatem quam inde facere velitis. Hec omnia predicta dono Deo et beate Marie et domui predictae milicie ad omnes suas voluntates faciendas in perpetuum,<sup>f</sup> pro amore Dei et pro salute anime mee et omnium parentum meorum. Et ut firmiter ac securius sit Deo et domui milicie et vobis, juro corporaliter supra sancta III<sup>or</sup> Euvangelia, una cum uxore mea Maria, quod contra predictam donacionem et diffinicionem nunquam<sup>l</sup> veniam vel venire faciam. Et volo et mando omnibus heredibus meis, si meam<sup>m</sup> successionem habere voluerint, anc<sup>n</sup> diffinicionem et donacionem semper firmam et ratam tenere per omne tempus. Et est manifestum. Nullus hoc valeat dirumpere, set semper maneat firmum et incorruptum. Quod est actum III<sup>o</sup> nonas maii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig++na Berengarii Sacriste et uxoris mee Marie, qui, tactis sacrosanctis Euvangeliiis, hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Ramundi<sup>o</sup> de Sancto Laurenzio. Sig+num Berengarii Sifredi<sup>p</sup> de Malleolis. Sig+num Peregrini. Sig+num Sabbati. Sig+num Berengarii de Tacione.

Berengarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. dessemparo B. b. Raymundus B. c. hiis B. d. aut B. e. fructiferis et infructiferis B. f. imperpetuum B. g. idcirco B. h. Sic A, B. i. juxta B. j. franchum B. k. refficiendis B. l. numquam B. m. in eam B. n. hanc B. o. Raymundi B. p. Siffredi B.

## 178

1199, 17 de setembre

*Guillem Arnau es dóna en cos i ànima a la milícia del Temple, a les mans i en poder de Guillem Amell, preceptor del Masdú, fra Pere Porcell, comanador de la Garriga, fra Bertran de Bellcaire, comanador de Palau [del Vidre], i Ramon Amblard, batlle [de Palau]. Per a la redempció del seus pecats i dels de tots els seus parents, Guillem Arnau dóna al Temple tota la seva honor i tots els drets que ha heretat de la seva mare i del seu*

*pare, el difunt Berenguer Ortolà, a la vila i parròquia de Santa Maria de Palau, amb exclusió dels drets de senyoria directa. El comanador del Masdéu, amb l'acord dels altres frares del Temple i amb el permís del mestre d'ultramar, rep Guillem Arnau com a donat garantint que serà rebut i que participarà en tots els ingressos del Temple. Guillem Arnau promet obediència i jura no abandonar mai el Temple per un altre orde.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 136-137, acta núm. 220.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 244-246, segons B.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 302-305, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Arnaldi, per me et per omnes posteros<sup>a</sup> meos, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide ac spontanea voluntate ac mera liberalitate, nomine simplicis et vere donacionis et diffinicionis, dono et diffinio, solvo atque penitus derelinquo Deo omnipotenti et milicie Templi Jherosolimitani et Beate Marie de Manso Dei, in manu et in potestate domini Guilelmi Amelli, preceptoris de Manso Dei, et fratris Petri Porcelli, comendatoris de Garriga, et fratris Bertrandi de Belli cadre, comendatoris de Palacio, et Raymundi Amblardi, bajuli, et aliorum fratrum, et in presenti corpus meum et animam meam trado Deo et milicie Templi, in morte et in vita. Et dono ibi, pro redempcione anime mee et ut Deus dimittat<sup>b</sup> mihi omnia peccata mea et omnibus parentibus meis, omnem honorem et averem et omnem hereditatem meam et omnia jura mea et voces et raciones et excepciones et actiones que ad me spectant vel spectare debent ex parte patris mei Berengarii Ortolani, qui condam fuit, et ex parte matris mee sive ex parte tocuis progeniei mee, videlicet mansum in villa de Palacio, cum omnibus pertinenciis suis, et casas et casalia et terras et vineas et ortos et ortalia, arbores fructiferas vel infructiferas, herema et condirecta, in ipsa villa de Palacio et in ejus terminis et in cunctis aliis locis, sicut prenominatus pater meus Berengarius Ortolanus melius habuit et tenuit, sine ulla excepcione, in eadem villa de Palacio et in adjacencia Sancte Marie et in omnibus aliis locis, cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus suis pertinenciis et in se habentibus, sine omni enganno et ullo retentu, salvis directis dominorum in omnibus ubi accidit, et sicut in hac carta melius dici, legi vel intelligi potest, ad omnes voluntates vestras faciendas imperpetuum. Et ego predictus Guilelmus Amelli, pre-

ceptor Mansi Dei, consilio et voluntate fratrum nostrorum, scilicet fratris Petri Porcelli, comendatoris de Garriga, et fratris Bertrandi de Belli cadre, procuratoris de Palacio, et aliorum fratrum milicie, ex parte Dei omnipotentis et beate Marie semper virginis et ex licencia magistri nostri ultra mare, accipimus te, predictum Guilelmum Arnaldum, pro donato et colligimus te cum pane et aqua, quamdiu benefeceris, et pro participacione in omnibus beneficiis nostris quod in ordo milicie facti erunt vel dicti. Et ego predictus Guilelmus Arnaldi, convenio vobis in verbo veritatis et per stipulacionem vobis promitto<sup>c</sup> in virtute obediencie quod predictus ordo milicie non relinquam pro ullo alio ordine. Et hoc totum, sicut superius dictum est, juro ego predictus Guilelmus Arnaldi, corporaliter tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, per Deum et hec sancta, me omnia predicta observaturum semper Deo omnipotenti et vobis, fratribus milicie. Et est manifestum. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas octobris, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Philipo rege in Francia. Sig+num Guilelmi Arnaldi, qui hoc totum fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi et corporaliter tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis per Deum et hec sancta juravi. Sig++++na Guilelmi Amelli, preceptoris Mansi Dei, et fratris Petri Porcelli, comendatoris de Garriga, et fratris Bertrandi de Belli cadre, procuratoris de Palacio, et Raymundi Amblardi, bajuli, qui hoc totum omnes simul in unum laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Bernardi Jacobi. Sig+num Johannis Fabris. Sig+num Bernardi de Quasis. Sig+num Petri de Curuvo. Sig+num Bernardi Eschuderii.

Laurencius, presbiter de Palacio, qui hoc scripsit, rogatus, die et anno (SM) quo supra.

- a. posteres B.      b. dimitat B.      c. promito B.

1199, 11 d'octubre

*Ramona, filla del difunt Pere Català, la seva mare Guillem i Joan d'Eliard marit de Ramona, lliuren a Guillem Amell, comanador, i als altres frares del Masdèu una vinya situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà que Pere Català havia llegat a la casa del Masdèu.*

- A' Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergami mutilat, amplada 225 mm, alçada 165/170 mm, ADPO, Hp188.<sup>157</sup>
- B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 248-249, segons A'.
- C Còpia parcial de començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 43-47, segons A'.

[Notum sit cunctis]<sup>a</sup> quod ego Raimunda, filia Petri [Catalani condam, et ego Guilelma, mater ejus, et ego Johannes de Alliardis, maritus]<sup>b</sup> dicte Raimunde, nos omnes insimul, per nos et per omnes [nostros successores ... bona]<sup>c</sup> fide, cum hac presenti carta in perpetuum valitura damus et laudamus [...]<sup>d</sup> tradimus Deo et domui Mansi Dei milicie Templi et tibi Guilelmo Amelio, procuratori [...]<sup>e</sup> preceptoris [...]<sup>f</sup> fratribus eidem domus ibidem presentibus atque futuris, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, quedam petiam vinee cum terra in qua est plantata, quam supradictus Petrus Catalanus dedit ac dimisit Deo et dicte domui pro anima sua remissione omnium peccatorum suorum et totius parentele sue. Que vinea est in terminio ville Perpiniანი, in adiecencia<sup>g</sup> Sancti Johannis ejusdem ville, et affrontat ab oriente in vinea Petri Donadani, a meridie in via publica, ab occidente in alia nostra vinea que cum hac eadem vinea se continet, ab aquilone in campo Sancti Martini. Sicut superius dictum est et in his predictis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic nos prenominati damus Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi Guilelmo Amelio, dispensatori ejusdem domus, et successoribus tuis, et fratribus ejusdem domus ibidem presentibus et futuris, totam predictam petiam vinee, integritur ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Et modo in presenti de nostro jure et de nostro posse in vestrum jus et in vestrum posse et vestrorum dictam petiam vinee tradimus cum omni plenitudine dominii, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam. Et si forte aliqua persona

157. El document està estripat per la part superior, per la banda esquerra a l'altura de les dues primeres línies, i a la dreta, a l'altura de les quatre primeres línies. Porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta de la vinya que dexa a la com<sup>da</sup> del Mas Deu en Pere Michala ... en la adiecencia de Sent Johan. – Sent Johan», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 368».

aliquid vel totum in dicta vinea vobis vel vestris inparaverit,<sup>h</sup> vel abstulerit aut placitaverit sive jure evicerit, nos et nostri erimus semper vobis et vestris fideles et legales deffensores et veri adjutores secundum nostrum posse. Et ego Guilelmus Amelius, preceptor dicte domus Mansi Dei, et ego Petrus de Sancto Genesio, et ego Forillus, fratres dicte domus, nos omnes insimul per nos et per omnes successores nostros, presentes ac futuros, convenimus atque bona fide promittimus tibi Raimunde et matri tue Guilelme et tibi Johanni de Alliardis, marito ejusdem Raimunde, prenominitis, et vestris, quod si aliqua persona aliquid vel totum inparaverit<sup>h</sup> vel abstulerit aut placitaverit sive jure evicerit in alia petia vinee vestra, quam cum supradicta petia vinee, quam nobis dedistis, se continet, nos et nostri successores, presentes ac futuros, erimus semper vobis et vestris fideles et legales deffensores et veri adjutores secundum nostrum posse. Et est manifestum. Actum est hoc V idus octobris, anno Incarnationis Domini M° C° LXXXX° VIII°. Sig+num Raimunde, Sig+num Guilelme, matris ejus, Sig+num Johannis de Alliardis, mariti dicte Raimunde, Sig+num Guilelmi Amelii, magistri dicte domus Mansi Dei, Sig+num Petri de Sancto Genesio, Sig+num Forrolli, fratrum dicte domus, qui omnes hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Petri Ferrerii. Sig+num Arnaldi Boquerii. Sig+num Jordani de Texneriis.

Poncius de Bajolis scripsit hoc vice Petri de Verneto et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Verneto, presbiter, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Llacuna de 35 mm A.      b. Llacuna de 135 mm A.      c. Llacuna de 120 mm A.  
 d. Llacuna de 105 mm A.      e. Llacuna de 25 mm A.      f. Llacuna de 10 mm A.  
 g. Sic A per adjacentia.      h. Sic A per imparaverit.

1200 (nou estil), 3 de gener

*Estranya, el seu marit el cavaller Ramon de Palaldà i llur filla Alamanda venen a Guillem Amell, comanador del Masdeu, i als frares de la milícia del Temple llur meitat d'un camp situat a Bages, al lloc anomenat Puig Tallat, l'altra meitat del qual*

*pertany als templers.*<sup>158</sup> *Com a preu d'aquesta venda reconeixen haver rebut 72 sous barcelonesos. Guillem de Santcliment, cavaller, i Saurina, germà i germana d'Estranya, han confirmat aquesta venda.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 175-176, acta núm. 297.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 243-244, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 315-320, segons *B*.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Extranea domina et maritus meus Raymundus miles de Palaudano et filia nostra Alamanda, nos omnes insimul, per nos et per omnes nostros presentes ac futuros, bona fide, sine omni enganno et sine omni retentu vendimus et damus et diffinimus et omnibus modis evacuamus domino Deo et beate Marie et domui milicie templi et tibi Guilelmo Amilii, preceptori Mansi Dei, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus, presentibus et futuris, totius predicte milicie Templi et jure perfecte ac vere venditionis et donationis et diffinitionis et evacuationis cum hac presenti carta imperpetuum valitura de meo jure et potestate in jus et potestatem Dei et domus predicte milicie et omnium fratrum ejusdem, presentium et futurorum, in presenti tradimus ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, sicut melius ac plenius ad bonam utilitatem domus predicte et milicie Templi et omnium fratrum ejusdem, presentium et futurorum, ac dici vel legi aut intelligi potest modo vel inantea jure perpetuo possidendum per alodium franchum et liberum, totam medietatem integram totius illius campi quem habemus vobiscum medium in termino Sancti Andree de Bagis, in loco dicto Podium *Talat*, et affrontat ab oriente in via qua itur de Manso Dei ad Bages, a meridie in campo Berengarii, militis de Bagis, et in campo Petri Simonis de Podio *Talat*, ab ocasu in campo *Astruga* femina, ab aquilone in via qua itur de Candello ad Bages. Quantum infra istas IIII<sup>or</sup> affrontationes superius scriptas nos predicti habemus et habere debemus jure vel consuetudine vel alio aliquo modo, totum, integriter ac generaliter, sine omni retentu, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis suis et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno, vendimus et damus et diffinimus et omnibus modis evacuamus domino Deo et beate Marie et domui predicte

154. Estranya i els seus havien venut una meitat d'aquest camp a la milícia del Temple el 1187; vegeu més amunt l'acta núm. 136.

milicie et tibi Guilelmo Amilii, preceptori Mansi Dei jam dicti, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus, presentibus ac futuris, totius predicte milicie Templi, ad omnem eorum voluntatem inde faciendam, pro LXXII solidis barchinonensium bonorum, quos omnes profitemur et recognoscimus habuisse ac recepisse de elemosinis domus predicte milicie sine omni diminutione. Pro quibus omnibus profitemur et recognoscimus a vobis et a domo predicte milicie Templi contentos esse imperpetuum cum omni integritate de omni predicta parte nostra integra totius predicti campi et de omnibus expletis que ab ea exituri sunt per secula cuncta. Et si hec predicta venditio modo plus valet vel inantea valebit magis quod pretium, illud plus totum integre et sine omni retentu damus, concedimus et laudamus Deo et beate Marie et domui predicte milicie jure et titulo firme ac vere donationis et remissione animarum nostrarum hoc eodem pretio imperpetuum irrevocabiliter. Et cum hac carta venditionis et donationis et diffinitionis perpetuo valitura transferimus omne jus quod habemus et habere debemus in predicta omni medietate tota integra totius predicti campi in domo milicie Templi et in vobis predictis et in omnibus vestris per venditionem et traditionem<sup>a</sup> domum milicie et vos et omnes fratres ejusdem, presentes ac futuros, hodie possessores et dominos plenarie constituimus per alodium franchum; ita scilicet quod ab isto die inantea nullo jure scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo contra predictam venditionem et donationem et diffinitionem venire possimus. Et renunciamus illi juri omni et legi ac consuetudini ex certa scientia pro quibus possemus contra predictum hoc venire. Et ut firmiter ac securius sit Deo et beate Marie et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem, presentibus ac futuris, per secula cuncta, ego Extranea predicta, bona voluntate et cum libenti animo, juro corporaliter supra sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, que tango meis propriis manibus, quod hoc nunquam corrumpam neque corrumpere dimittam.<sup>b</sup> Et est manifestum. Nullus hoc valeat dirumpere, set semper maneat firmum et incorruptum. Quod est actum III<sup>o</sup> nonas januarii, anno Christi M<sup>o</sup> (C)XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>.<sup>c</sup> Sig+num Extranee domine, que hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et tactis sacrosanctis Evangeliiis meis propriis manibus testes firmare rogavi. Sig++na Raymundi de Palaudano militis, mariti ejusdem Extranee, et filie nostre, qui hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Arnaldi, diaconi,<sup>d</sup> filii Guilelmi Gitardi de Palaudano. Sig+num Petri Guitardi. Sig+num Petri Rogerii de Super



vilam. Sig+num Guilelmi militis de Sancto Clemente, fratris jam dicte domine Extranee, qui hoc laudavi et confirmavi per bonam fidem, sicut superius resonat, sine omni enganno. Sig+num domine Saurine, sororis predictae domine Extranee et predicti Guilelmi de Sancto Clemente, que hoc laudavi et confirmavi per bonam fidem, sine omni enganno, sicut superius resonat.

Berengarius, levita, scripsit hoc cum litteris<sup>e</sup> suprapositis in II<sup>a</sup> linea et in VIII<sup>a</sup> duobus locis, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. traditionem B.    b. dimitam B.    c. L'escrivà del cartulari ha omès traslladar la xifra C.    d. diachoni B.    e. literis B.

## 181

1200 (nou estil), 14 de gener

*Un litigi havia enfrontat Ramon de Toluges, prior de la casa de Sant Salvador [de Cirà], d'una banda, i Gençana de Vilamulaca, vídua de Ramon Jover, d'altra banda, a propòsit de l'hort i de la vinya, amb tots els arbres que hi ha, que aquest matrimoni havia conreat i plantat al terme de Sant Julià de Vilamulaca. Les parts finalment s'han posat d'acord sota l'autoritat de Ramon, prior de Santa Maria del Camp, i d'altres prohoms. Per consegüent, Ramon de Toluges, amb el consentiment de tot el seu convent, confirma i dona en acapte tota la vinya a Gençana i a les seves filles, Ermessenda i Melior, salvat el dret de Sant Salvador. De llur banda, Gençana i les seves filles restitueixen l'hort al convent, per això reben 20 sous barcelonesos i la vinya. Si volen alienar aquesta vinya, primer hauran d'informar-ne el convent, que disposarà d'un termini de deu dies i deu nits per a exercir el dret de preempció; passat aquest termini, podran disposar d'aquesta vinya segons llur voluntat.*

A' Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la O, pergami mutilat, amplada 165/225 mm, alçada 120/160 mm, ADPO, Hp186.<sup>159</sup>

B Còpia parcial del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, f. 328, segons A'.

159. El document ha estat tallat en sentit longitudinal i la part esquerra ha estat amputada a una altura de 115 mm i una amplada de 15 a 20 mm. Porta al dors una menció del segle xv: «Vila mulaca», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2895».

Sit notum cunctis quod contencio fuit inter Ramundum de Tulugiis, ministrum domus Sancti Salvatoris, et Gensanam, feminam de Villa mulacca, uxor Ramundi *Jover* qui fuit, de quodam orto et de quadam vinea, quem ortum et quam vinea cum omnibus arboribus que ibi sunt, fructifferis et infructifferis,<sup>a</sup> predicta Gensana, cum predicto viro suo Ramundo, edificavit<sup>b</sup> et plantavit in terminio Sancti Juliani de Villa mulacca ortum scilicet ad Ortam ejusdem [... -am]<sup>c</sup> ad *Clot de Madero*. De qua contencione venerunt ad bonam concordiam et ad perfectum finem in potestate Ramundi, prioris Sancte Marie de Campo, [...-ni]<sup>c</sup> de *Banuls* et aliorum proborum ominum,<sup>d</sup> ita scilicet quod ego Ramundus de Tulugiis, minister domus Sancti Salvatoris, per me et per omnes successores meos, consilio et [voluntate ac]<sup>e</sup> laude totius conventus ejusdem domus, bona fide sine omni enganno, laudo et concedo et confirmo ac dono in presenti tibi, Gensane femine, et filiabus tuis, Ermessendi et Meliori, et [ne-... ...]<sup>e</sup> et omni vestre posteritati ac propinquitati, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas per secula cuncta, totam predictam vineam cum terra in qua est plantata, de [celo usque in]<sup>e</sup> abissum, per plantam et per acapitum et per tenedonem nunc et inperpetuum, ad bene currandum<sup>e</sup> et laborandum, salvo ac retento in omnibus jure Sancti Salvatoris. Que vinea [affrontat]<sup>e</sup> ab oriente in vinea milicie Templi, a meridie in vinea Ramundi Rippla de Villa mulacca, ab occasu in margine, ab aquilone in vinea Petri Josberti. Sicut in his predictae [quatuor]<sup>e</sup> affrontacionibus includitur et terminatur, sic ego predictus Ramundus de Tulugiis, bona fide sine enganno, ut superius resonat, laudo et concedo et in presenti confirmo et dono [...-tis]<sup>e</sup> et omnibus vestris, presentibus et futuris, totam predictam vineam, integritur ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis ac pertinentiis suis, et cum omnibus in se haben[tibus, sine omni]<sup>e</sup> vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius ac plenius a vobis vel a vestris dici vel legi aut intelligi potest modo vel inantea, ad utili[tatem vestram]<sup>e</sup> et vestrorum et ad vestrum bonum intellectum et vestrorum, salvo jure Sancti Salvatoris. Et ego Gensana femina, et ego Ermessendis et soror mea Melior, filie ejus, [per nos et]<sup>e</sup> per omnes nostros, presentes ac futuros, bona fide, sine omni enganno et sine omni retentu, diffinimus et relinquimus et omnibus modis evacuamus et in presenti damus domino Deo et domui [Sancti Salvatoris]<sup>e</sup> et tibi Ramundo de Tulugiis, procuratori ejusdem domus, et omnibus successoribus tuis, et omni conventu ejusdem, presenti ac futuro,

per nunc et in perpetuum, totum predictum [ortum, de]<sup>e</sup> celo usque in abissum, cum omnibus arboribus que ibi sunt vel erunt, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis ac pertinenciis suis, et cum omnibus in se haben[tibus et cum]<sup>e</sup> omnibus suis affrontacionibus, ita scilicet quod ab isto die inantea non liceat nobis vel nostris predictum ortum requirere vel clamare ullo jure scripto vel non [scri]pto, legis vel consuetudinis vel alio aliquo modo. Et pro hoc recipimus a vobis xx solidos barchinonensium bonorum et totam predictam vineam, de quibus omnibus profitemur et recognoscimus a [vobis] nos bene esse pacatas<sup>f</sup> per omne tempus vite et mortis. Et si predicta vinea nos, vel nostri, aliquo modo alienare voluerimus, primum ostendemus vobis vel vestris, et si infra decem dies et noctes volueritis nobis dare vendicioni vel tradere pignori precium illud quod alia persona nobis dare voluerit, habeatis predicta vineam; sin autem et hoc facere nolueritis, transactis X diebus cum noctibus, liceat nobis et nostris inde complere totam nostram voluntatem, salvo omni jure Sancti Salvatoris. Nullus hoc valeat disrumpere, set semper maneat firmum et incorruptum. Quod est actum X<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup> kalendas februarii, anno Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Ramundi de Tulugiis predicti ministri Sancti Salvatoris, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig++++na Petri, presbiteri, et Ramundi Pastoris, et Ramundi [Tonsi], et Ermengardis, fratrum ejusdem domus, qui hoc laudavimus et firmavimus. Sig++++na Gensane femine et filiarum mearum Ermessendis et Melioris, que hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Perpiniiani de Villa mulacca. Sig+num Guilelmi Dalmacii. Sig+num Petri de Pontiliano de Villa mulacca.

BERENgarius, levita, scripsit hoc rogatus atque jussus die et anno quo (SM) SUPRA.

a. Sic A per fructiferis et infructiferis. b. Sic A per edificavit. c. Part amb llacunes A. d. Sic A per hominum. e. Sic A per curandum. f. Sic A per pacatos.

1201 (nou estil), 11 de gener

*Arnau Tizoni de Toluges deixa a Pere de Calonge, comanador del Masdèu, i a tots els frares d'aquesta casa tot el que reclamava sobre un molí i el lloc on està implantat, al terme de Santa*

*Maria de Nils, a l'extrem dels horts d'aquest poble, cap a ponent. De la mateixa manera, cedeix als frares de la milícia del Temple tot el que pot tenir sobre llur estany Sabadell, amb la facultat d'evacuar les aigües de desguàs de l'estany per tota la seva honor i per tota l'honor que té prop d'aquest estany. Per aquesta concessió reconeix haver rebut 100 sous barcelonesos. Guillem Gaucelm de Tellet, oncle d'Arnau, ha confirmat aquesta transacció.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 195v-196v, acta núm. 342.
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 273-275, segons B.
- D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 321-327, segons B.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Arnaldus Tiçoni de Tulugiis, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, bona fide, sine omni enganno et sine omni retentu et contradictu alicujus viventis persone diffinio et relinquo et dono et laudo et firmiter concedo, et jure perfecte ac vere diffinitionis et donationis et concessionis et laudationis, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, in presenti corporaliter evacuo et omnibus modis derelinquo per secula cuncta domino Deo omnipotenti et beate Marie et domui milicie Templi et tibi Petro de Colonia, preceptori Mansi Dei, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus, presentibus et futuris, tocuis domus predicte milicie Templi, et omnibus vestris, et omnibus illis quibus volueritis, ad omnem vestrum vestrorumque intellectum et voluntatem, scilicet omnes clamores et petitiones et competitiones et<sup>a</sup> totum quantum clamabam et querebam et habebam vel habere debebam ullo modo, aliqua voce vel ratione, et totum quantum querere et clamare poteram juste vel injuste, vel jure vel consuetudine, vel alio aliquo modo in toto, uno vestro molendino et in toto loco in quo est situs et in tota sua tenencia et pertinentia sive pertinere debentia. Quod molendinum est in episcopatu Elne, in termino Sancte Marie de *Ainils*, ad capud ortorum ejusdem ville, versus occasum. Et hac eadem conditione dono, laudo et firmiter diffinio et concedo et in presenti corporaliter trado et evacuo et derelinquo amplius ego Arnaldus Tiçoni predictus per omne tempus vite et mortis Deo et beate Marie et domui predicte milicie et omnibus fratribus ejusdem, presentibus ac futuris, totum quantum habeo et habere debeo ullo modo, aliqua voce vel ratione, et totum quantum mihi pertinet et pertinere debet jure vel dominio vel consuetudine vel

alio aliquo modo in omni stagno vestro de Sabadello, in aqua vel in solo et in omnibus suis augmentis et melioramentis que ibi sunt vel fuerunt vel esse poterint. Quod stagnum est in ipso termino Sancte Marie de *Anils*, in loco dicto *Sabadel*, et affrontat ab oriente et occasu et aquilone in honore Guilelmi de Monte Exquivo, a meridie in alodio milicie Templi. Adhuc dono et concedo Deo et domui predicte milicie et omnibus fratribus ejusdem per secula cuncta licenciam et auctoritatem et libertatem et plenariam potestatem projiciendi<sup>b</sup> aquam de predicto suo stagno per totum meum honorem proprium et per totum illum honorem qui juxta ipsum stagnum tenetur vel teneri debet per me et per meos sine omni retentu et sine omni contradictu alicujus persone. Quantum infra omnibus terminis et pertinentibus sive pertinere debentibus et affrontationibus predicti molendini et predicti stagni, et in licencia et libertate dejectionis aque ipsius stagni, quam vobis superius dedi per supradictum honorem meum et quem tenetur per me, ego [habeo]<sup>c</sup> et habere debeo ullo modo aliqua vel ratione, et quantum juste vel injuste quero vel clamo vel querere vel clamare possum jure vel consuetudine vel alio aliquo modo, et totum quantum mei juris sive domini ibi est vel esse potest, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus sive habere debentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine omni retentu et sine ullo malo ingenio, sicut melius ac plenius et consultius dici vel legi aut intelligi potest modo vel inantea a quoquam sapienti ad bonam utilitatem domus predicte milicie et omnium fratrum ejusdem, sic ego Arnaldus Tiçoni predictus diffinio et relinquo, dono et laudo et firmiter concedo et de meo jure et potestate<sup>d</sup> in jus et dominium et potestatem Dei omnipotentis et beate Marie et domus milicie Templi et tui Petri de Colonia predicti et omnium tuorum successorum et omnium fratrum ejusdem milicie, presentium et futurorum, per alodium francum et liberum omni tempore habiturum in presenti corporaliter trado et irrevocabiliter, ad omnes voluntates predicte milicie inde complendas et faciendas per secula cuncta, et ita scilicet firmiter et expressim quod ab isto die inantea nullo jure scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo contra predictam diffinitionem et donationem venire possim ego vel aliquis nomine meo. Et ex certa sciencia mea renuncio illi juri omni et legi et consuetudini pro quibus possem contra hec predictum venire. Et per confirmationem hujus diffinitionis et donationis ha-

bui et accepi meis propriis manibus de elemosinis ipsius milicie Templi C solidos barchinonensium bonorum, de quibus omnibus profiteor et recognosco me bene esse pacatum<sup>e</sup> et sum integre et sine omni diminutione. Que diffinitio et donatio si modo plus valent vel inantea plus hujus pretii valiture sunt, illud plus totum integre et sine omni retentu laudo et concedo et dono imperpetuum irrevocabiliter domui predicte milicie et omnibus fratribus ejusdem per secula cuncta pro amore Dei et remissione anime mee et patris mei et matris mee et omnium parentum meorum. Nullus hoc valeat dirumpere, set omni tempore maneat firmum et incorruptum. Quod est actum III<sup>o</sup> idus januarii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup>. Sig+num Arnaldi Tiçonis predicti, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Guilelmi Gaucelmi de Telleto, avunculi supradicti Arnaldi Tiçonis, qui hoc laudavi et firmavi firmarique rogavi. Sig+num Martini, presbiteri, filii Martini Blancheti. Sig+num Petri, presbiteri de *Reglella*. Sig+num Guilelmi Arnaldi de Palacio. Berengarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. et *repetit per error B.*    b. *prociendi B.*    c. *habeo omès B.*    d. *potesta B.*  
e. *paccatum B.*

### 183

1201, 12 de juliol

*Perpinyà Gras i el seu germà Joan Gras venen a la casa de la milícia del Masdèu i a Ramon de Gurb, mestre major de la milícia del Temple a Hispània i comanador del Masdèu, i als altres freres d'aquesta casa, tota l'honor que tenen a la vila de Tesà i a la parròquia Sant Pere de Tesà, és a dir, l'honor que el difunt Bernat Pagès havia venut al difunt Joan Gras, llur pare, com està estipulat a l'acta de venda que lliuren ara als templers, excepte la vinya que tenen en penyora de Pere Ramon per 350 sous. Fan aquesta venda pel preu de 800 sous barcelonesos, dels quals es consideren pagats Ricsenda, esposa de Perpinyà, i la seva germana Adelaida, esposa de Joan, confirmen aquesta venda.*

A Original, pergami mutilat, amplada 305 mm, alçada 270 mm, ADPO, Hp189.<sup>160</sup>

160. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció al cartulari al final del segle XIII; una anotació del segle XIV: «[...] de la

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 66-67, acta núm. 106, segons A.
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 269-271, segons B.
- D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 329-336, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Perpinianus<sup>a</sup> Grassi et ego Johannes Grassi, frater ejus, nos duo simul per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non inducti dolo neque vi nec circumventi<sup>b</sup> in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta in perpetuum<sup>c</sup> valitura, titulo perfecte et vere vendicionis vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus Deo et domui milicie Templi ac domui Mansi Dei et tibi Raymundo de *Gurbs*, majori magistro ex partibus Yspanie milicie Templi ac preceptori dicte domus Mansi Dei, omnibusque successoribus vestris, et tibi Raymundo de *Mirapeyx*<sup>d</sup> et tibi Petro Porcelli et tibi Petro Milito, fratribus insimul prefate domus Mansi Dei, omnibus aliis fratribus ejusdem domus Mansi Dei, presentibus ac futuris, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam, omnem illum honorem nostrum heremum scilicet et condirectum, quem habemus et habere debemus in villa de Teçano<sup>e</sup> et in suis terminis, in omni adjecencia<sup>f</sup> Sancti Petri ejusdem ville de Teçano,<sup>g</sup> scilicet totum illum honorem quem Bernardus *Pages* condam vendidit patri nostro Johanni Grasso qui fuit olim, ut melius et plenius in carta<sup>h</sup> vendicionis quam vobis in presenti tradimus continetur, per liberum et franchum alodium. Sicut superius dictum est, sic vendimus vobis predictis et vestris, et cui volueritis totum predictum honorem, quem Bernardus *Pages* qui fuit vendidit patri nostro, ut dictum est, et totum quantum in villa de Teçano<sup>g</sup> et in suis terminis, in omni predicta adjecentia<sup>f</sup> habemus et habere debemus jure vel consuetudine, preter unam vineam quam ibi habemus, que ab hac vendicione excludimus. Totum aliud, ut superius prenominatum est, que ad dictum honorem pertinent et que ibi habemus, vendimus vobis et vestris, scilicet et homines nostros<sup>i</sup> et feminas ibi presentes ac futuros, mansos et masadas,<sup>j</sup> casas et casalia, ortos et ortalia, arbores fructiferas et infructiferas, campos et vineas, herema et condirecta, census et usaticos, quistas et toltas, fortias et alberguas,<sup>k</sup> justicias et fir-

garriga»; una altra del segle xv en català: «Carta donacio»; un regist: «Perpinianus Grassi et Joannis Grassi [...] domui Mansi Dei honorem [...] habebam in castro de Tesano [...] et feminis et ceteris juribus [...] in mense julii», i la menció «Thesa».

mancias, accapita et forischapia,<sup>l</sup> servicia et adempriva, quartos, quintos et agraria et terramerita et dominia et [omnes]<sup>m</sup> compras et accapita, et rupta, prata et pratalia, paschua, aquas et aqualia, et omnia jura et omnia hic expressa vel non expressa, que nobis ibi pertinent vel [pertinere debent],<sup>m</sup> jure vel consuetudine, preter predictam vineam, quam ex hac vendicione excludimus, totum integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et [cum omnibus]<sup>m</sup> in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. [Hanc]<sup>m</sup> autem vendicionem vobis et vestris, et quibus volueritis, facimus precio octingentorum solidorum barchinonensium, de quibus omnibus a vobis ex bonis Mansi Dei milicie Templi profiteamur nos bene esse paccatos, et expressim exceptioni non numerate peccunie renunciamus. Cedimus etiam et damus et laudamus vobis predictis et vestris, et quibus volueritis, omnes actiones et [petitiones]<sup>m</sup> et exceptiones et jura, que adversus aliquas personas pro<sup>n</sup> predictis omnibus habemus vel habere debemus aliquo modo, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam. Et modo in presenti de nostro jure et de nostra potestate in vestrum jus et in vestram potestatem et vestrorum tradimus irrevocabiliter totum quantum habemus et habere debemus in dicta villa de Teçano<sup>g</sup> et in suis terminis, in predicta adjecentia,<sup>f</sup> ut superius dictum est, preter predictam vineam, quam excludimus de hac vendicione. Et de toto vos hodie [in possessionem mitimus, cum omni]<sup>m</sup> plenitudine domini, per liberum et franchum alodium, ad omnem vestram vestrorumque<sup>o</sup> voluntatem omni tempore faciendam. Et si hec predicta vendicio modo plus val[et de predicto precio vel inantea]<sup>m</sup> est valitura, quicquid est illud seu illam magis valenciam vobis et vestris damus et laudamus nomine simplicis et vere donationis nostre, ad omnem [vestram vestrorumque voluntatem faciendam]<sup>m</sup> in eternum. Totum hoc, ut superius dictum est, nos duo simul laudamus et confirmamus vobis predictis et vestris. Et quod contra non veniamus vel [venire faciamus]<sup>m</sup> bona fide per stipulationem promittimus,<sup>p</sup> et omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generali vel speciali, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum, ex scerta<sup>q</sup> scientia renunciamus. Et ita totum, ut in hac carta continetur, vobis et vestris attendemus et observabimus, bona fide per stipulationem promittimus.<sup>p</sup> Omnia vero superius scripta ego<sup>r</sup> Ricssendis,<sup>s</sup> uxor dicti Perpiniani Grassi,



et ego Aladaydis, uxor prenominati Johannis Grassi, nos due simul, per nos et per omnes heredes nostros, cum hac eadem carta in perpetuum<sup>c</sup> valitura, gratis, sine forcia, laudamus et confirmamus vobis predictis emptoribus et vestris, et cui dare vel dimittere volueritis, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem faciendam in eternum. Et quod contra hanc cartam non veniamus vel veniri faciamus bona fide per stipulationem promittimus.<sup>p</sup> Et omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generali vel speciali, legi et consuetudini, cujus auxilio contra<sup>t</sup> venire possemus, specialiter beneficiis legum quibus mulieres juvari solent, vel si nos deffendere possemus, quia in potestate virorum sumus constitute vel quia permissum est mulieribus ignorare jura, et beneficio restitutionis in integrum et omni alio legitimo auxilio, et expressim exceptioni non numerate peccunie, ex scerta<sup>q</sup> sciencia, quisque ex nobis duabus, renunciamus. Et ita totum, ut in hac carta continetur, vobis et vestris attendemus et observabimus, bona fide per stipulationem promittimus.<sup>p</sup> Et est sciendum quod predicta vinea, quam excludimus nos predicti venditores ex hac vendicione, habemus in pignore a Petro Ramundo<sup>u</sup> pro CCCL solidis barchinonensium. Et est manifestum. Actum est hoc IIII idus julii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. Sig+num Perpiniani Grassi, Sig+num Johannis Grassi, fratris ejus, Sig+num Ricssendis,<sup>s</sup> uxoris ejusdem Perpiniani Grassi, Sig+num Adalaydis, sororis ejus, uxoris dicti Johannis Grassi, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Petri Boni pueri. Sig+num Bernardi Grossi. Sig+num Guilelmi Bajuli de Sancto Stephano. Raymundus de Verneto, levita, scripsit hoc vice Petri de Verneto et suprascriptiv<sup>v</sup> in XI<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Verneto, presbiter, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Epinianus B. b. circumventus B. c. imperpetuum B. d. Mirapex B. e. Tetzano B. f. adjacencia B. g. Tesano B. h. in hac carta B. i. nostros *afegit a la interlínia* A. j. mansadas B. k. albergas B. l. foriscapia B. m. *Forat en* A. n. pro *omès* B. o. vestrorum B. p. promittimus B. q. certa B. r. ego *omès* B. s. Ricssendis B. t. cotra A. u. Raymundo B. v. subscripsit B.

1201, 2 d'agost

*Pere de Toluges, encara en possessió de les seves facultats, encomana la seva esposa Ermessenda i el seu fill Pere Berenguer, amb*

*la seva honor i els seus béns mobles i immobles, a Pèire de Rasigueres, fill de la seva germana Guilà, perquè els protegeixi tot al llarg de la seva vida. Revoca definitivament el seu testament anterior, en el qual el seu nebot no figurava. Lliura tota la seva honor, els seus feus i els seus alous a la seva esposa Ermessenda perquè en tingui la senyoria mentre visqui. Després de la mort d'aquesta, el seu patrimoni revertirà al seu fill Pere Berenguer, i si aquest darrer morís sense descendència legítima, tot revertiria a Pèire de Rasigueres. Arnau, ardiaca de Fenolleda confirma aquest codicil amb Ermessenda i Pere Berenguer.*

A Original, pergamí mutilat, amplada 280/300 mm, alçada 115 mm, ADPO, 1B53.<sup>161</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus de Tulugiis, dum habeo totum meum sensum et meam plenam memoriam et loquelam, comendo tradoque tibi nepoti meo Petro de *Radigueras*, filius<sup>a</sup> sororis meę Guila, et mito tibi in potestate et in custodia et in defensione uxor mea Ermessendis et filius meus Petrus Berengarii et totus meus honor et omnes meas res mobilia et immobilia, in quocumque loco sint, ideoque quod tu non fuiti ad ipsum testamentum quod ego Petrus de Tulugiis condam feci, et dicognosco et abnego ipsum testamentum pro omni tempore, quod aliquam potestatem neque valitudine non habeat, et ut bene manuteneas et defendas secundum tuum posse uxor mea et filius meus et totus meus honor et omnes meas res in omni vita tua. Et dimito totus meus honor,<sup>b</sup> fevos, alodios domine uxori mee Ermessendi, ut ipsa sit domina in omni vita sua; post mortem vero suam, remaneat filio meo Petro Berengario. Et si filius meus Petrus Berengarii obierit sine infante ex legitimo conjugio, totus meus honor,<sup>b</sup> fevos, alodios dimito, dono, laudo firmiterque concedo tibi, nepoti meo Petro de *Radigueras*, et omnibus tuis successoribus, ad omnes tuas voluntates faciendas in eternum. Et totum hoc facio ad extremam meam voluntatem, cum omni meo sensu, pro nomine testamenti, et hoc tenuerim et non dimitaverim per Deum et per ista sancta IIII Evangelia. Actum est hoc IIII nonas augusti, anno M° CC° I°. Sig+num Petri de Tulugiis, qui hanc cartam fieri jussi firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Arnaldi, archidiachoni de Fenoletto, Sig+num domine uxoris meę Ermessendis et filii mei Petri Berengarii, qui

161. El document porta al dors un regest del segle xv en català: «Testament Pera de Toluges», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2682».

hoc laudant et firmant et testes firmare rogant. Sig+num Bernardi de *Viver*. Sig+num Berengarii de *Albars*. Sig+num Guilelmi At de *Sorian*. Sig+num Geraldi Dat[...].<sup>c</sup>

[...]<sup>c</sup> sacerdos, rogatus, scripsit hec die et anno (SM) quo supra.

- a. *Sic A per filii.*    b. *Sic A per totum meum honorem.*    c. *Forat a A.*

## 185

1201, 7 d'agost

*Ponç Bernat de Vilaclara cedeix als frares de la milícia del Temple i a Pere Radulf, comanador del Masdéu, tota l'honor que el difunt Berenguer Despuig tenia al terme de Santa Maria de Palau [del Vidre], així com tots els drets i recursos que té sobre aquesta honor per raó del seu difunt oncle Sicard i en nom de la filla d'aquest, Flor, esposa de Berenguer Despuig. Renuncia a totes les querelles i reclamacions que tenia en contra de la casa de la milícia del Temple a causa d'aquesta honor. Com a preu d'aquesta renúncia, reconeix haver rebut 600 sous barcelonesos, un poltre d'un any i tot el feu que Berenguer Despuig tenia per Berenguera de Sobreporta, és a dir, tres rompudes que té una dona anomenada Alamanda. Pere Bernat, fill de Ponç Bernat, ha confirmat aquesta transacció.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 96v-97 v, acta núm. 155.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 301-302, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 337-342, segons B.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Poncius Bernardus de Villa Clara, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, non coactus ulla vi nec deceptus fraude nec dolo aliquo circumventus, set bona ac spontanea voluntate et bona fide, sine omni enganno et malo ingenio, diffinio et relinquo et dono et jure perfecte ac vere diffinicionis et donacionis, cum hac presenti carta imperpetuum valitura in presenti corporaliter et irrevocabiliter, scienter et expressim, evacuo et derelinquo per secula cuncta Deo et Beate Marie et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem, presentibus et futuris, et tibi, Petro Radulfi, preceptori Mansi Dei, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris,<sup>a</sup> omnem illum honorem

heremum et condirectum, quicumque sit et ubicumque sit, quem tenebat Berengarius quondam de Podio in omni termino Sancte Marie de Palacio, et insuper omnia jura et omnes voces et rationes et omnes actiones et competitiones que mihi competant<sup>b</sup> sive competere poterant jure avunculi mei Siccardis quondam sive nomine consanguinee mee Floris, filie ejus, in omni ipso honore, quem predictus Berengarius de Podio tenebat et habebat et possidebat et expletabat tempore mortis, sive jure et nomine et voce et intuitu predictae Floris, uxoris ejus. Totum hoc quod in omni supradicto honore ego Poncius Bernardus predictus, clamabam et querebam sive querere et clamare poteram, juste vel injuste, jure vel consuetudine vel alio aliquo modo, et insuper omnes clamores et querimonias, quas per predictum honorem habui adversus domum milicie Templi et fratres, totum insimul cum omni supradicto honore, dono et diffinio et in presenti evacuo et derelinquo per secula cuncta domino Deo et Beate Marie et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem, presentibus et futuris, et tibi, fratri Petro Radulfi, preceptori Mansi Dei, et omnibus successoribus tuis, et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris,<sup>a</sup> totum, integriter ac generaliter et plenarie, cum ingressibus et egressibus, et terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus sive habere debentibus vel ad se pertinentibus, sicut melius ac plenius et consultius ad bonum intellectum et ad bonam utilitatem predictae domus milicie et omnium fratrum ejus dici vel legi aut intelligi potest modo vel inantea. Et per noticiam et confirmationem hujus diffinicionis et donacionis et evacuationis, nomine transactionis me habuisse a te, fratri Petro Radulfo predicto, et recepissem profiteor et recognosco DC solidos barchinonensium bonorum, et quendam pullum equinum<sup>c</sup> unius anni et totum illud fevodum quod predictus Berengarius de Podio tenebat per dominam Berengariam de Super porta, scilicet III ruptas: ruptam de *Lar* et ruptam *Gener* et ruptam de Palaciolo, quem tenet Alamanda femina. De quo fevodo predicto et de quo pullo predicto et de quibus DC solidis barchinonensium bonorum predictis, profiteor et recognosco me bene esse pacatum<sup>d</sup> et sum integre et sine omni diminucione. Que donacio et diffinicio et evacuacio, si modo plus valent vel inantea plus hujus predicti pretii valiture sunt, illud plus totum integre et sine omni retentu cum omni suo melioramento dono et firmiter laudo et concedo Deo et Beate Marie et domui predictae milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem, inviolabiliter et irrevocabiliter, per secula cuncta,

pro amore Dei et remissione peccatorum meorum. Et si quo jure, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo contra hanc diffinicionem et donacionem venire [potero],<sup>e</sup> illi juri et illi legi et illi consuetudini et illi modo, ex certa sciencia mea, scienter et consulte ego jam dictus Poncius Bernardus, renuncio, et excepcioni non numerate peccunie, et actioni in factum que dicitur recissoria renuncio. Promittens<sup>f</sup> in mea bona fide per firmam stipulacionem, me contra hanc diffinicionem et donacionem nunquam venturum nec aliquem vel aliquos nomine meo, et ad majorem cautelam, juro coporaliter, gratis et sine vi, supra sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, tangendo mea propria manu, quod predictam diffinicionem et donacionem non corrupam per Deum et hec sancta. Quod est actum VII idus augusti, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. Sig+num Poncii Bernardi predicti, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Petri Bernardi, filii predicti Poncii Bernardi, qui hoc laudavi et firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num Raymundi Amblardi de Palacio. Sig+num Bernardi Jacobi. Sig+num Bernardi de Sancto Martino. Sig+num Guilelmi Marcucii. Sig+num Petri Curvi.

Berengarius, levita, scripsit hoc rogatus atque jussus, cum litteris<sup>g</sup> suprapositis in XIII<sup>a</sup> linea, die et anno quo supra (SM).

a. Sic B.    b. compebant B.    c. aquinum B.    d. paccatum B.    e. potero omès B.  
f. promitens B.    g. literis B.

## 186

1202, 14 de maig

*Bernat Armiger es dóna al Temple i a Pere Radulf, comanador del Masdèu, com a donat i servidor abnegat de la milícia. Dóna tot el que percep sobre el dret de mesuratge del blat de tota la vila de Perpinyà, així com el quartó sobre una vinya tinguda pel Temple a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al vinyar de les Arenes. Es compromet a no desdir-se del seu compromís casant-se o incorporant-se a un altre orde o establiment religiós. Bernat Armiger continuarà gaudint d'aquests drets tot al llarg de la seva vida, mentre no abandoni el segle. I si vol entrar a l'orde en vida seva, que els templers el rebin com un de llurs frares segons llur costum i seguint les prescripcions del mestre, i si la mort el sorprèn en el segle, que sebolleixin el seu cos al cementiri de Santa Maria del Masdèu, per tal que participi*

*a perpetuïtat de tots els béns espirituals de l'orde. A la seva mort, els templers posseiran tot el que els dona, així com tot el que els llegui d'aquí a llavors.*

- A'* Original, en forma de carta partida par la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la K, pergamí, amplada 245/265 mm, alçada 120 mm, ADPO, Hp188.<sup>162</sup>
- B* Còpia parcial del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 48-53, segons *A'*.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Bernardus Armiger, bona ac spontanea voluntate ductus, et bona fine,<sup>a</sup> sine omni enganno, et pro remissione peccatorum meorum dono, laudo et firmiter concedo, et jure perfecte ac vere donationis cum hanc presenti carta in perpetuum valitura in presenti affirmo et trado, sine omni contradictu alicujus viventis persone, domino Deo, et beate Marie, et domui milicie Templi, et tibi fratri Petro Radulfi, preceptori Mansi Dei, et omnibus successoribus tuis, et omnibus fratribus, presentibus et futuris, totius predicte milicie Templi, me ipsum per donatum et per devotum conservum Dei, et beate Marie, et eidem milicie. Et dono eidem milicie, pro anima mea, et omnibus fratribus eidem, totum hoc quod habeo et accipio et habere et accipere debeo in mensuratico bladi totius ville Perpiniani, et amplius totam illam meam vineam quod habeo et teneo, et habere et tenere debeo pro eadem milicia in episcopatu Elnensis, in terminio Sancte Marie de Malleolis, in vineto de Arenis, que affrontat ab oriente in vinea Berengarii Ramundi de Malleolis, a meridie in campo Guilelmi Amalrici de Malleolis, ab occasu in vinea mea, quam teneo pro Sancta Eulalia Elnensis, ab aquilone in campo pauperum ospitalis<sup>b</sup> Perpiniani. Sicut in hiis predictis III<sup>or</sup> affrontacionibus predicta vinea includitur et terminatur, et sicut superius resonat, et sicut melius ac plenius et consultius et utilius a fratribus, presentibus et futuris, predicte milicie dici vel legi aut intelligi potest modo vel inantea, totum, integre ac generaliter et plenarie, ad bonam utilitatem domus predicte milicie et omnium fratrum ejusdem, sic facio totam supradictam donationem Deo, et beate Marie, et domui predicte milicie, et tibi fratri Petro Radulfi predicto, et omnibus successoribus tuis et omnibus

162. El document porta al dors una menció del segle xiv: «Bernad Scuder de Perpiniano»; una anotació del final del segle xv en català: «Com se fa home del Temple e dona lo mesuratge de la plaça del blat e qua vinya a Mallols»; un regist del segle xvii en català: «Lo dret del mesuratge del blat de la vila de Perpinya y vinya de Malloles», la signatura topogràfica «n° XXXXV», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 371».

fratribus, presentibus et futuris, totius predictae milicie, ad omnem suam voluntatem omni tempore complendam et faciendam, et ita scilicet scienter et expressim quod ab isto die inantea, nulla excusatione falsi vel veri, liceat me de hoc jam amplius extraere, nec ullo modo uxorem duxerit, nec possim dare vel relinquere me alio ordini vel alie religioni. Et hoc promito in bonam fidem et per firmam stipulacionem adimplere et atendere Deo, et beate Marie, et domui predictae milicie, et omnibus fratribus ejusdem, per omne tempus vite et mortis. Et hoc totum tali sit pacto quod predictum mensuraticum bladi et predictam vineam et quartum, quod in ea habetis, teneam et habeam in omni vita mea dum in seculo manebo ad meum proprium; et si vivus ad ordinem vestrum intrare voluero cum hac donatione et cum alio beneficio quod vobis facere voluero et potuero, recipiatis me per fratrem ad consuetudinem vestri ordinis et ad faciendum mandatum domini magistri, et si, stante in seculo, mors michi advenerit, recipiatis corpus meum honorifice ad seppeliendum<sup>c</sup> sicut de vestro fratre in cimiterio<sup>d</sup> beate Marie Mansi Dei; et infra et ultra sim particeps<sup>e</sup> et consors de omnibus bonis vestris spiritualibus<sup>f</sup> per secula cuncta; et habeatis predictam donationem per totum tempus cum omni alio beneficio averis sive honoris que tunc vobis facere potuero, totum pro amore Dei et pro salute anime mee. Verum tamen si quo jure, scripto vel non scripto, divino vel humano, generali vel speciali, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo contra hoc supradictum venire potero, vel aliquem vel aliquos nomine meo, illi juri et illi legi et illi consuetudini et illi modo adhuc etiam et omni actioni in factum que dicitur recissoria scienter et consulte ac spontanee renuncio. Qui hoc dirumpere voluerit, in duplo componat, et postea firmum maneat. Quod est actum II idus maii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> II<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi Armigeri, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num fratris Petri Radulfi, preceptoris Mansi Dei, qui jussu et voluntate domini magistri P(oncii) de Rigaldo, et fratris Poncii Menescale, et fratris Petri de Colonio, et omnium fratrum Mansi Dei, hanc cartam fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Bernardi Ortulani. Sig+num Bertrandi Armigeri. Sig+num Pauci et Boni sutoris.<sup>g</sup>

BERENGarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. Sic A per fide.    b. Sic A per hospitalis.    c. Sic A per honorifice ad seppeliendum.    d. Sic A per cimiterio.    e. Sic A per particeps.    f. spiritalibus A.    g. Sic A.

1203 (nou estil), 7 de març

*Soriguer, amb el consentiment de Sança, la seva esposa, empenyora i obliga per 35 sous barcelonesos una vinya a Beatriu, esposa de Pere de Sant Llorenç, amb totes les oliveres que hi ha, que té per Pere de Sant Llorenç i el seu germà, Berenguer de Palasol, a la parròquia de Sant Hipòlit, al lloc anomenat les Closes, mitjançant la quarta part dels fruits. Li empenyora aquesta vinya per la durada d'una collita. El termini del pagament està fixat a l'u de gener consecutiu a aquesta collita; passat aquest termini, si no ha estat pagada, Beatriu tindrà la collita següent, i així d'un any a l'altre fins a l'extinció del deute, en el pagament del qual no entrarà el producte. Pere de Sant Llorenç i Berenguer de Palasol confirmen aquesta transacció, per la qual declaren haver rebut llur foriscapi.*

A Original, pergami, amplada 270/280 mm, alçada 110 mm, ADPO, 1B42.<sup>163</sup>

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 302-303, segons A.

a Noy, Francisco, «Estudio histórico sobre el trovador Berenguer de Palou», *BRALB*, XXXVI, 1975-1976, doc. XIV, pp. 98-99.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego *Soriguer*, per me et per omnes meos, voluntate et concensu et laude uxoris mee *Sanxe*, bona fide et sine omni enganno, inpignoro et obligo et in presenti trado jure veri pignoris tibi *Beatrici*, uxori *Petri* de *Sancto Laurentio*, et omnibus tuis, et cui dimittere vel inpignorare vuleris, pro avere tuo subscripto, scilicet unam meam vineam, cum omnibus olivariis que intus sunt, quam teneo pro marito tuo, *Petro* de *Sancto Laurentio*, et per fratrem suum, *Berengarium* de *Palasolo*, ad quartum, in adjacencia *Sancti Ypoliti*, in loco qui vocatur ad *Clauses*, que affrontat de oriente in honore *Petri Chabau* et de aliis heredibus, de meridie in honore *Petri Rigaldi* et de aliis heredibus, de circio in honore *Ramundi Bada* et *Guilelmi* condam *Stephani*, de aquilone in honore de predictus<sup>a</sup> senioribus. Sicut iste affrontaciones predicte includunt, sic inpignoro tibi *Beatrici* predicte, et omnibus tuis, jam dictam vineam, cum omnibus olivariis que intus sunt, et totum quantum juris et racionis ibi habeo et habere debeo, cum ingressibus et egressibus suis, et pertinentiis et terminis

<sup>163</sup>. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2680».



suis, et omnibus in se habentibus, integriter, sine omni enganno et sine omni mali<sup>b</sup> ingenio, et ut melius dici vel intelligi potest ad tuam tuorumque hutilitatem,<sup>c</sup> per XXXV solidos barchinonensium uno expleto, de quibus profiteor bene me esse paccatum, salvo jure dominorum. Et post I expletum in potestate tua collectum, si ego vel mei persolverim tibi predictae vel cui jusseris jam dictos XXXV solidos barchinonensium bonos et rectos, sine omni enganno, inantea ad kalendas januarii predictum pignus sit solutum, si transierit, remaneat alio expleto, et sic de expleto in expletum et de anno in annum stet inter nos et vos per convenienciam, fructus aut pignis hujus non computatur in *paga* nec in husuris<sup>d</sup> predicti averis. Si predicta monta minaverit<sup>e</sup> vel pejoraverit de lege vel de pensu, reddemus vobis, vel cui jusseritis, morabatinos marinos vel melechinos boni auri et fini, ad rectum pensum Perpeniani, ad computum unumquemque VII solidorum barchinonensium, et sic de omnibus hac racione usque ad sumam predicti averis. Et est manifestum. Siquis hoc inde dirumpere voluerit, facere non valeat, set in duplo componat, et postea firmiter maneat. Actum est hoc nonas marcii, anno Christi MCCII, regnante Filippo rege in Francia. Sig++na Soriguerii et uxoris sue, Sanxe, qui hoc fieri jussimus, laudamus, firmamus et testes firmare rogamus. Sig++na Petri de Sancto Laurencio et fratris sui Berengarii de Palasolo, qui hoc laudamus et testes firmare rogamus, et habuimus inde nostrum forischapium. Sig+num Bernardi Rossi. Sig+num Petri Bernardi. Sig+num Gilelmi *Adroer*. Arnaldus, presbiter, scripsit, jussus et rogatus, die et anno (SM) quo supra.

a. Sic A per predictis. b. ut esborrat. c. Sic A per utilitatem. d. Sic A per usuris. e. Sic A per moneta minuaverit.

## 188

[1202, 15 de maig - 1203 (nou estil), 25 de març]<sup>164</sup>

*Guillem Jordà de Canet es dóna en cos i ànima a la milícia del Temple, amb la condició d'entrar a l'orde i de prendre'n els hàbits dins de l'any següent a la festa de Tots Sants vinent. I si la mort el sorprengués en el segle, hauria d'ésser sebollit en llur cementiri i els frares del Temple haurien d'oficiar per a ell*

164. El predecessor de Bernat de Gunyoles, Pere Radulf, actua com a preceptor del Masdèu el 14 de maig de 1202; vegeu més amunt l'acta núm. 186.

*en llur església el mateix servei que per a un dels seus. Dóna als templers l'honor que té al castell de Tesà i al seu terme. Els dóna a més a més dos masos que fan cada any quaranta salmes de sal. Aquesta acta ha estat feta en presència de fra Ponç de Rigaud, mestre de l'orde a Itàlia, Provença i Hispània, fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdeu, fra Pere de Calonge, comanador d'Osca, fra Pèire de Cabrespina, comanador de Montpeller, fra Juners, tresorer, fra Pere Porcell i fra Guillem d'Albesa, capellà.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 130v-131, acta núm. 210.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 271-273, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 343-345, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis, presentibus et futuris, quod ego Guilelmus Jordani de Caneto pro salute et remedio anime mee, dono et offero corpus meum et animam meam Deo omnipotenti et beate Marie et domui milicie Templi et fratribus ejusdem domus, tali scilicet conditione [quod a proxime venturo]<sup>a</sup> festo Omnium sanctorum usque ad sequens festum Omnium sanctorum veniam ad ordinem domus Templi et habitum illius recipiam. Preterea vero, si mors mihi in hoc seculo existenti supervenerit, debeo in cimiterio<sup>b</sup> jam dicte domus sepeliri, et fratres Templi debent pro me in ecclesiis suis servicium facere sicut pro uno fratre. Sciendum tamen est quod ego Guilelmus Jordani prenominate, pro salute anime mee dono, concedo et laudo Deo omnipotenti et domui milicie Templi et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, cum hoc [...]<sup>c</sup> omnem honorem quem habeo vel habere debeo in castello de Teçiano nec in ejus terminis, excepto [honore ...]<sup>d</sup> de Palaciolo. Item, dono predictae domui Templi duos mansos, scilicet mansum Petri de [Corren- ...]<sup>e</sup> mansum Raymundi Ruffati, cum omnibus que ad predictos mansos pertinent de istis duobus mansis [...]<sup>f</sup> domus [...]<sup>g</sup> singulis annis accipere XL saumatas salis. Et hec omnia superius dicta dono, concedo et laudo ego Guilelmus Jordani predictus, domui milicie Templi et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, sicut melius [possit dici ac intelligi] ad honorem et comodum predictae domus, et juro, sacrosanctis tactis Evangeliiis, quod hec omnia superius dicta [...]<sup>h</sup> mee firmiter teneam et observem. Actum fuit hoc anno dominice Incarnacionis M° CC° II, mense [...]<sup>i</sup> in presencia fratris Poncii de Rigaldo domorum Templi in Ytalia, Provincia et Yspania magistri,

et fratris Bernardo de Ceguinnolis, preceptoris Mansi Dei, et fratris Petri de Colonia, preceptoris Osche, et fratris Petri de Cabrespina, preceptoris Montispessulani, et fratris Juneriis, tresaurerii, et fratris Petri Porcelli et fratris Guilelmi de *Albesa*, capellani. Et est sciendum quod ego Guilelmus Jordani de Caneto supradictus, liber et immunis ab omni debito et ab omni [contradictione], debeo ad ordinem domus milicie Templi venire, et fratres debent me liberum et immunem a debito et ab alia contradictione in fraternitate sua recipere.

Guilelmus, notarius magistri hanc cartam scripsit cum rasura octave et terciodecime linee et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *El pergami està mutilat B.* b. ciminterio B. c. *Passatge il·legible, llacuna de 20 mm B.* d. *Passatge il·legible, llacuna de 50 mm B.* e. *Passatge il·legible, llacuna de 40 mm B.* f. *Passatge il·legible, llacuna de 25 mm B.* g. *Paraula il·legible B.* h. *Passatge il·legible, llacuna de 30 mm B.* i. *Passatge il·legible, llacuna de 20 mm B.*

## 189

1203, 19 d'abril

*Guillem, vescomte de Castellnou, deixa a la milícia del Temple i a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, tot el que reivindicava i contestava sobre uns béns situats a la vila de Montboló que el difunt cavaller Udalgar de Sala havia donat a la milícia, i confirma ara aquesta donació.*<sup>165</sup>

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 141r-v, acta núm. 227.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 329-330, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 346-349, segons B.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Guilelmus, vice comes Castri novi, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, non coactus ulla vi nec deceptus fraude nec dolo aliquo circumventus, set bona ac spontanea voluntate ductus et bona fide, sine omni enganno et malo ingenio et sine omni retentu et contradictu alicujus viventis persone, diffinio et solvo et relinquo et desemplo et dono et laudo et firmiter concedo inviolabiliter et irrevocabiliter Domino omnipotenti Deo et beate Marie et domui milicie Templi et tibi, fratri Bernardo de Gunolis, preceptori Mansi

165. El 7 de juliol de 1170; vegeu més amunt l'acta núm. 79.

Dei, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus, presentibus ac futuris, tocius ejusdem milicie, et jure perfecte ac vere donationis et diffinicionis et desemparacionis cum hac presenti carta imperpetuum valitura in presenti omnibus modis evacuatio integritate ac generaliter et specialiter et plenarie vobis predictis et omnibus vestris et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates complendas et faciendas per secula cuncta, per alodium franchum et liberum, scilicet omnem meum jus et omnem actionem, que habebam et me habere dicebam vel habere putabam, et totum quantum aufererebam et clamabam et querebam et querere et clamare poteram vel auferre juste vel injuste, jure vel consuetudine, aliqua voce vel racione vel alio aliquo modo, in omni illa donatione, de celo usque in abyssum,<sup>a</sup> quecumque sit et ubicumque sit et quodcumque sit et cujuscumque modi sit, quam Uçulgarius miles condam de Sala fecit et dedit pro anima sua Deo et domui predictae milicie, sicut melius ac plenius habetur et continetur in vestra carta donationis quam ipse vobis inde fecit et laudavit. Quam cartam ego ipse hic laudo et confirmo totum integritate ac generaliter et specialiter et plenarie, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis ac pertinentiis suis et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus et ad se pertinentibus, sicut melius ac plenius et consultius et utilius a vobis vel a vestris sive a quoquam vivente viro sapienti dici vel legi aut intelligi potest modo vel inantea, ad bonam utilitatem vestram et omnium vestrorum, et sicut melius predicta donatio habetur et continetur infra fines et terminos ville de *Mont Balon*. Et ita scilicet scienter et firmiter et expressim, quod ab isto die inantea nulla excusacione nec ullo jure divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo contra hoc venire possim ego vel aliquem vel aliquos nomine meo. Et ex certa sciencia mea, scienter et consulte ac spontanee renuncio illi juri omni et illi legi et consuetudini [et illi] modo adhuc etiam et omni actioni in factum que dicitur recissoria, pro quibus ego vel mei possemus contra hoc [...]<sup>b</sup> venire. Et hoc totum facio pro amore Dei et remissione peccatorum meorum et parentum meorum. Quod est actum XIII<sup>o</sup> kalendas madii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi, vicecomitis Castri Novi predicti, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Bernardi Olibe de *Baynuls*. Sig+num Mathei Ful[choni] de Bagis. Sig+num Uçalgarii, presbiteri de Reglella.

Berengarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. habissum *B.*    b. *Paraula il·legible B.*

## 190

1203, 30 de maig

*Un litigi enfrontava Bernat de Gunyoles, comanador i els altres frares del Masdéu a propòsit del canal que va del mas de la milícia del Temple al mas de Guillem de Santa Maria [a Perpinyà]. Per a resoldre aquest assumpte, les parts s'han remès a l'arbitratge de Pere Paüc, Guillem Gallard i Pere Ramon de Tolosa. Aquests darrers, després d'haver escoltat els arguments de les dues parts, han deliberat que d'ara endavant Guillem de Santa Maria i els seus recollirien en llur mas l'aigua que s'escorre des del Temple, que Guillem de Santa Maria i els seus tindrien el dret de càrrega sobre tots els murs del mas del Temple que estan al voltant del seu, que cada part hauria de veïllar pel manteniment de les parets corresponents i que si aquestes últimes s'esfondressin haurien de reconstruir-les pagant les despeses en comú. Les dues parts es consideren satisfetes i confirmen aquest arbitratge.*<sup>166</sup>

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 293v, acta núm 523.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 334-335, segons *B.*

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 350-352, segons *B.*

Notum sit cunctis quod controversia<sup>a</sup> et placitum fuit inter Bernardum de *Seguinoles*, preceptorem domus Mansi Dei, et fratres ejusdem domus, ex una parte, et Guilelmum de Sancta Maria, ex altera parte, videlicet de aqueductu que cadit de manso milicie Templi in manso dicti Guilelmi de Sancta Maria.<sup>b</sup> De qua contentione et placito venerunt in potestate Petri Pauci et Guilelmi Gallardi et Petri Raymundi de *Tolosa*, qui, auditis rationibus ex utraque parte, ita posuerunt<sup>c</sup> quod dictus Guilelmus de Sancta Maria et sui omni tempore recolligant per suum mansum totam aquam que modo cadit in suo manso de manso milicie Templi a

<sup>166</sup>. Aquest arbitratge no aturà definitivament aquest conflicte de veïnatge, ja que els successors de les dues parts hagueren de recórrer a una segona conciliació per a resoldre aquesta qüestió el 1233; vegeu més endavant l'acta núm. 328.

summo usque deorsum; et Guilelmus de Sancta Maria et sui omni tempore habeant honus in omnibus parietibus dicti mansi milicie Templi que circa suum mansum sunt, et unusquisque custodiat eas ex sua parte ab omni damno.<sup>d</sup> Et si fregerint vel ceciderint, reficiantur communiter. Et ego Bernardus de Suguinolis, preceptor Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio fratrum ejusdem domus Mansi Dei, et ego Guilelmus de Sancta Maria predictus, consilio et voluntate uxoris mee Cerdane et filii Bernardi, nos omnes insimul laudamus et confirmamus hanc predictam positionem et de ea nos tenemus bene per pacatos.<sup>e</sup> Et est manifestum. Actum est hoc III<sup>o</sup> kalendas junii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi de Suguinolis, preceptoris Mansi Dei. Sig+num Guilelmi de Sancta Maria, Sig+num Cerdane, uxoris ejus, Sig+num Bernardi, filii eorum, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++na Ermengaudi de *Rusticans* et Bernardi Ortolani, fratrum milicie, qui hoc laudaverunt. Sig+num Petri Boneti de Alinnano. Sig+num Poncii de Paderno. Sig+num Bertrandi Escuderii milicie.

Raymundus de Verneto, levita, publicus scriptor, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. contraversia B.    b. Marie B.    c. possuerunt B.    d. dampno B.    e. pacatos B.

## 191

1203, 7 de juliol

*Pere Ramon Coc reconeix que, a petició seva, Pere Bonfill, fill de Joan Pelegrí, ha gastat 100 sous barcelonesos per a realitzar obres en quatre bordes i un camp situats a Perpinyà, que Pere té en penyora de Pere Ramon i la seva esposa Ramona per 400 sous barcelonesos, com està estipulat a l'acta d'empenyorament que Pere Ramon confirma ara. Pere Ramon li garanteix els 100 sous així gastats sobre aquestes mateixes bordes i camp, de tal manera que el creditor els tindrà d'un Nadal a l'altre fins al pagament total dels 500 sous.*

A Original, pergami, amplada 350 mm, alçada 70 mm, ADPO, 1B59.<sup>167</sup>

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, p. 335, segons A.

167. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2880».

Notum sit cunctis quod ego Petrus Ramundi *Coc*, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, bona fide et sine omni enganno recognoscho<sup>a</sup> firmiterque concedo tibi Petro Bono puero, filio Johannis Peregrini, et tuis, et cui dare vel dimittere<sup>b</sup> aut impignorare volueris, pro tuo subdicto averi, quod tu, mandato ac prece mea, fecisti missiones de C solidis barchinonensium in ipsis IIII<sup>or</sup> bordis, quas tu habes in pignore a me et ab uxore mea intus Perpinianum, cum uno campo qui est in terminio ville Perpiniani. Quas bordas predictas et predictum campum habes a me et ab uxore mea Raimunda in pignore in adjecencia<sup>c</sup> Sancti Johannis predictae ville Perpiniani pro CCCC solidis barchinonensium, ut in carta tua pignoraticia continetur, quam tibi laudo et confirmo. Omnes istos predictos C solidos quos misisti in condireccione et melioratione dictarum IIII bordarum mandato ac prece mea, ut dictum est, dono et laudo firmiterque concedo nomine pignoris tibi Petro Bono puero predicto, et tuis, et cui dare vel dimittere<sup>b</sup> aut impignorare volueris, pro tuo predicto averi, super easdem predictas IIII bordas et super predictum campum, in tali modo quod totum habeas et teneas, ac pro pignore tuo possideas tamdiu de anno in annum, scilicet de I festo Natalis Domini ad aliud, fructibus et redditibus inde a te vel a tuis habitis in sortem non computatis, quousque de omnibus predictis D solidis barchinonensium, scilicet ex ipsis C solidis barchinonensium quos misisti in melioratione predictarum bordarum, ut dictum est, et de predictis CCCC solidis barchinonensium pro quibus habes in pignore dictas bordas et dictum campum, ut in tua carta pignoraticia sonat, bene paccatus<sup>d</sup> sis tu vel tui ad tuum intellectum et tuorum. Et est manifestum. Actum est hoc nonas julii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig+num Petri Ramundi Cuqui, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Petri Vitalis. Sig+num Bernardi de Alliarde. Sig+num Poncii de Aleinano. Ramundus de Verneto, levita, publicus scriptor, scripsit hoc, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

- a. *Sic A per* recognosco.    b. *Sic A per* dimittere.    c. *Sic A per* adjacencia.  
d. *Sic A per* pacatus.

1203, 24 de desembre

*Fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdéu, amb el consentiment de Ramon de Mirapeis, sotscomanador, Pere Cavaller, Ramon*

*de Pontellà, Berenguer, capellà, Guillem Torner, preceptor de Palau, i dels altres frares de la milícia del Temple, dóna en acapte i tinença a Ramon Menestral, de Cotlliure, i a Maria, la seva esposa, un mas situat a Cotlliure, amb les possessions que en depenen. El terratgers hauran de tenir aquest mas en les mateixes condicions que el tenia el difunt Pere Descoll, home del Temple, llur predecessor. Aquesta donació només esdevindrà efectiva després de la mort de Bella, dona del Temple, que té aquest mas; Ramon Menestral i els seus hauran de pagar aleshores al Temple els censos, drets d'usos i servituds en espècie deguts per aquest. Dins de l'any que segueixi el decés de Bella, hi hauran d'establir habitants sense lligams de servitud envers d'altres senyors, que seran homes i dones del Temple, els quals conservaran i explotaran el mas i hauran d'estar en condicions, quan sigui necessari, d'allotjar-hi de dos a quatre frares amb llurs muntures. Aquests estaran exempts de quèstia durant els dos primers anys, i després hauran de donar al Temple quatre sous cada any, per Tots Sants, i, al mes de maig, un marrà de dos anys o la quantitat de dos sous, i un pernil, si maten un porc entre Sant Miquel de setembre i la setmana que precedeix la Quaresma o, si no en maten però en venen un, la cinquena part del preu de la venda. Deuran igualment l'agrèr per totes les terres, l'agrèr i el braçatge pels horts, el quint per les vinyes situades al lloc anomenat Doci i el quart per totes les altres. Els templers reconeixen haver rebut 100 sous barcelonesos per aquesta concessió.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 108r-v, acta núm. 171.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 330-334, segons A.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 306-313, segons B.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego frater Bernardus de Ceguyniolis, preceptor Mansi Dei, per me et per omnes successores meos<sup>a</sup> et per omnes fratres domus milicie Templi, presentes ac futuros, non coactus ulla vi nec deceptus fraude nec dolo aliquo circumventus, set bona ac spontanea voluntate ductus et bona et firma ac tuta fide, sine omni enganno et malo ingenio, consilio tamen et assensu et voluntate ac laude fratrum nostrorum, Raymundi de Mira pice, subpreceptoris, et Petri Cavalerii, et Raymundi de Pontiliano, et Berengarii, capellani, et Guilelmi Tornerii, preceptoris Palacii, et omnium aliorum, damus, laudamus, concedimus tibi, Raymundo *Ministral* de Cocco Libero,



et uxori tue, Marie, et omnibus vestris et omni vestre posteritate ac propinquitate, et jure perfecte ac vere donacionis, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, de meo jure et tenore ac potestate in vestrum jus et tenorem et potestatem, et omnium vestrorum, in presenti, tradimus et in plenam<sup>b</sup> possessionem mittimus,<sup>c</sup> per accapitum et per tenedonem, imperpetuum, totum unum nostrum mansum, cum omni sua tenencia et pertinencia, herema et populata, quecumque sit et ubicumque, quem habemus et habere debemus in episcopatu Elne, in termino Sancte Marie de Coco Libero, et ipsam villam; qui mansus affrontat ab oriente in manso Poncii Guifredi, a meridie in manso Petri Textoris, ab occasu in manso Arnaldi de Porta qui fuit, ab aquilone in via publica. Sicut in hiis predictis IIII<sup>or</sup> affrontacionibus includitur et terminatur et sicut superius est dictum, sic damus vobis predictis et omnibus vestris totum predictum mansum, cum omni sua tenencia et sibi pertinencia, de celo usque in abyssum,<sup>d</sup> scilicet cum casis et casalibus, et ortis et ortalibus, et campis et vineis, et heremis et condirectis, quecumque sint et ubicumque sint, ad eundem mansum accidentia et pertinencia, sive ullo modo vel aliqua voce vel racione competitura, cum omnibus arboribus fructiferis et infructiferis que ibi sunt vel erunt, totum, integriter ac generaliter, potenter ac secure, et specialiter et plenarie, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis ac pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus et ad se pertinentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius ac plenius Petrus de Collo, homo noster qui fuit condam, hec supradicta omnia habuit et tenuit et possedit, sicut melius ac plenius et consulcius et utilius a vobis vel a vestris sive a quoquam vivente viro sapienti dici vel legi aut intelligi potest, modo vel inantea, ad bonam utilitatem vestram et omnium vestrorum, videlicet ad augmentum et ad melioramentum et ad bene laborandum et possidendum et expletandum et ad usufructuandum per secula cuncta, salvo ac retento in omnibus jure milicie Templi et fratrum ejusdem. Tali tamen pacto<sup>e</sup> facimus vobis et vestris predictam donacionem, quod post mortem *Bellem*, femine nostre, que hec predicta omnia tenet et possidet, imparetis et accipiatis eam donacionem, et, post acceptionem et imparacionem, teneamini vos et vestri domui predicte milicie et fratribus de omnibus censibus<sup>f</sup> et usaticis et terremeritis ejusdem donacionis juste exituris; et, infra unum annum post mortem predicte femine *Bellem*, statuatis et introducatis, vos vel vestri,

in predicto manso, in honore, tales habitatores qui sint homines et feminas proprii et solidi Dei et Beate Marie et domus milicie Templi et fratrum ejusdem, et qui sint liberi et absoluti ab omni servitute aliorum dominorum, et qui sint nobis et nostris fideles et recti in omnibus, de omnibus juribus nostris, et qui teneant ipsum mansum ita paratum et condirectum, semper, ut duo vel tres vel quatuor fratres, si necesse fuerit, cum suis equitaturis et cum sua expensa, possint intus hospitare et jacere quantum necesse habuerint; et stabunt ipsi habitatores II annos sine questia, et ad tercium annum, in festo Omnium sanctorum, dabunt nobis et nostris III<sup>or</sup> solidos de questia. Et sic erit inter domum milicie et illos per secula cuncta, ut II annos stent sine questa et ad tercium donent questiam, ut dictum est, et semper, in unoquoque anno, in mense madii, I arietem *majench* de duobus annis vel duos solidos; et si porcum occiderint a festo sancti Michaelis septembris usque ad Carniprivium XL,<sup>e</sup> dabunt nobis et nostris pernam, si vero infra hoc terminum ipsum porcum vendiderint et non occiderint, dabunt V partem precii; et de omnibus terris, agrarium; et de ortis, similiter agrarium et braciaticum; et de omnibus vineis que sunt in loco dicto *Doçin*, pertinentibus<sup>g</sup> ad predictum mansum, totum quintum; et de omnibus aliis, ubicumque sint, totum quartum. Et de jam dicta donacione nec de melioramento quod ibi faceretis vos vel vestri, salvo in omnibus jure milicie Templi, nequeamus nos extrahere nec defendere<sup>h</sup> ullo modo, ullo jure vel ulla lege, vel aliqua racione. Et convenimus vobis et vestris, per bonam fidem et per firmam stipulacionem, quod de jam dicta donacione nec de melioramento quod ibi faciatis, vos nec vestros non engannemus nec ullo modo engannari paciamur, set hec omnia predicta faciemus vobis et vestris bona habere et tenere et possidere et expletare et usufructuare, semper et ubique, per secula cuncta, et potenter ac secure, salvo ac retento in omnibus jure milicie Templi. Et per noticiam et confirmacionem hujus predicte donacionis, habuimus et accepimus a vobis C solidos barchinonensium bonorum de accapite, de quibus omnibus C solidis profitemur et recognoscimus a vobis nos bene esse pacatos,<sup>i</sup> ita quod omni exceptioni non numerate pecunie<sup>l</sup> scienter renunciemus, ideoque, ut hec predicta donacio firma et stabilis simplexque et vera semper maneat inter vivos omni tempore et non corrumpatur. Que est facta VIII<sup>o</sup> kalendas januarii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig+num fratris Bernardi de Ceginolis, preceptoris Mansi Dei, predicti, qui, consilio et voluntate omnium supradictorum fratrum, hoc fieri jussimus, firmavimus,

laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num fratris Guilelmi Turnerii, preceptoris castri Palacii. Sig+num Bernardi Jacobi. Sig+num Boneti de Elna.

Berengarius, levita, scripsit hoc rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. et per omnes successores meos *repetit per error B.* b. plenam in B. c. mitimus B. d. habissum B. e. pacto B. f. scensibus B. g. pertinentes B. h. deffendere B. i. paccatos B. j. peccunie B.

### 193

1204, 26 de maig

*Palasol Menestral de Palol es dóna a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, i a fra Pere Porcell, comanador del Mas de la Garriga, com a donat i servidor abnegat i fidel de la milícia del Temple i per a home propi amb tota la seva progenitura i tots els seus béns mobles i immobles. I a títol recognitiu d'aquesta entrada en homenatge, dóna als templers 50 sous barcelonesos i un mas siti a la vila de Palol, que havia comprat a Arnau Matfre, amb el consentiment de Guillem d'Ortafà, bisbe d'Elna,<sup>168</sup> com en dóna fe l'acta de venda que els lliura ara. Es reserva l'ús vitalici d'aquest mas, pel qual farà un cens anual de 12 diners de moneda corrent al Rosselló el dia de Nadal. Si quan morís tingués un o diversos fills naturals, podria designar-ne un per a succeir-lo en aquest mas; en canvi, si no tingués cap successor viu, tot revertiria a la milícia del Temple. Fa aquesta donació amb la condició que, si vol entrar a l'orde, els templers el rebin com un dels seus amb tots els seus béns i, si mor en el segle, que sebolleixin el seu cos al cementiri de Santa Maria del Masdèu com un de llurs donats amb 100 sous i el seu llit guarnit amb els seus llençols, i que participi de tots els béns espirituals de l'orde, i que, en vida seva, el protegeixin segons els bons costums del Temple. Fra Pere Porcell el rep en nom del comanador del Masdèu.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 139v-140, acta núm. 225.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 345-348, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 353-359, segons B.

168. Guillem d'Ortafà, bisbe d'Elna: 1202-1209.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego *Palaçol Menestral* de Palaciolo, bona ac spontanea voluntate ductus et pie devotionis affectu et bona et firma ac tuta fide, sine enganno et sine omni malo ingenio et sine omni retentu et contradicto alicujus ordinis et alicujus religionis et alicujus domini et dominorum et domine, dono, laudo firmiterque concedo Domino omnipotenti Deo et beate Marie et domui milicie Templi et nominatim domui Mansi Dei et tibi fratri Bernardo de Ceguínolis, preceptori Mansi Dei predicti, et tibi fratri Petro Porcelli, preceptori domus milicie de Garriga, et omnibus successoribus vestris et omnibus fratribus ejusdem milicie, presentibus et futuris, et jure perfecte ac vere donacionis cum hac presenti carta imperpetuum valitura corporaliter et manualiter trado et offero me ipsum per donatum et per devotum conservum et per fidelem servitorem et per hominem proprium et solidum et omnem progeniem<sup>a</sup> que ex me egressa sive egressura est, et omnes res meas mobiles et immobiles, adquisitas et adquisituras, quecumque sint et ubicumque sint, mihi accidentes et pertinentes, ad bonum intellectum et ad bonam utilitatem domus milicie et omnium fratrum ejusdem, presentium et futurorum, per totum tempus vite et mortis; et ita quod jam amplius non valeam hanc meam voluntatem mutare nec possim dare nec relinquere me ipsum alio ordini nec alia religioni nisi domui predictæ milicie et fratribus ejusdem, quibus obligo me in corpore et in anima per totum tempus vite et mortis integriter ac generaliter et specialiter et plenarie et omni excusacione cessante. Et modo in presenti, pro introitu et per noticiam et confirmationem hujus mei hominatici et hujus mee donacionis, dono et trado Deo et domui predictæ milicie et vobis fratribus predictis L solidos barchinonensium bonorum et totum unum mansum meum de alodio, quem comparavi in villa de Palaciolo ab Arnaldo [Mafredo et] suis, voluntate ac laude domini Guilelmi de Ortafano, Elnensis episcopi, sicut carta mea venditionis inde facta et laudata resonat et dicit; quam cartam vobis in presenti trado pro tenedone ipsius mansi. Et ego retineo eum ad meum servitium et meorum in omni vita mea, et faciam inde de censu domui predictæ milicie annuatim XII denarios bonos monete curribilis in Rossilione in festo Natalis Domini. Si vero ad diem obitus mei infantes vel infantem liberos vel naturales habuero, quecumque ex illis voluero et etiam unum ex eis post alium, liceat mihi heredem constituere, salvo vestro censu. Si vero liberos et naturales infantes ex toto mihi deffuerint, post mortem meam deveniat et revertatur totum predictum mansum Deo et domui predictæ

milicie per totum tempus per franchum et liberum alodium. Sub tali pacto hoc facio quod si seculum relinquere voluero, et libere et sine omni clamore ad ordinem vestrum [venero], recipiatis me per fratrem, omni excusacione cessante, ad bonam consuetudinem vestri ordinis et ad faciendum mandatum domini magistri, cum omnibus rebus meis honoris et averis que tunc omnibus locis habeo. Sin<sup>b</sup> vero, stante in seculo, mors mihi advenerit, recipiatis corpus meum honorifice ad sepeliendum in cimiterio<sup>c</sup> Beate Marie Mansi Dei, sicut de vestro donato cum C solidorum et cum meo lecto munito de meis pannis, et sim particeps et consors de omnibus bonis vestris spiritualibus<sup>d</sup> per secula cuncta. Et dum vixero, custodiatis et defendatis<sup>e</sup> et manuteneatis me et omnia jura mea semper et ubique secundum bonam consuetudinem vestri ordinis et sicut res vestras proprias et vestri hominis et vestri donati omni posse vestro ab omnibus hominibus. Siqua vero excusacione vel quo jure, divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis vel alio aliquo modo, jam amplius contra hoc venire potero, vel aliquis vel aliquos nomine meo, illi excusacioni et illi juri omni et legi et consuetudini et illi modo scienter et consulte et ex certa sciencia mea renuncio. Et ita totum, ut in hac carta continetur, me de toto observaturum bone fidei et contra nunquam venturum per bonam fidem et per firmam stipulationem promitto.<sup>f</sup> Et ego frater Petrus Porcelli, supradictus preceptor domus milicie de Garriga, bona fide sine omni enganno et sine malo ingenio, loco fratris Bernardi de Ceguinalis, preceptoris Mansi Dei predicti, et jussu et mandato et voluntate ipsius, per nos et per omnes successores nostros et per omnes fratres domus milicie Templi predicti, presentes et futuros, recipimus te Palacium *Menestral* predictus per donatum et per devotum conservum et per fidelem servitorem et per hominem proprium et solidum, et omnes descendentes ex te, Dei omnipotentis et beate Marie et domui milicie Templi et omnium fratrum ejusdem, presentium et futurorum, et nostrum et omnium successorum nostrorum et per participem et consortem de omnibus bonis nostris spiritualibus<sup>d</sup> per totum tempus vite et mortis. Et insuper attendemus et supplebimus<sup>g</sup> tibi omnia [hec ...] supradicta in omnibus, sicut tu ipse superius dixisti integre et omni excusacione cessante ad tuam [voluntatem] et ad tuum bonum intellectum et tuorum quocumque modo tu ipse melius volueris. Nullus hoc valeat disrumpere. Quod est actum VII<sup>o</sup> kalendas junii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>. Sig+num Palacioli *Menestral* predicti, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi

et testes firmare rogavi. Sig+num fratris Petri Porcelli predicti, qui, mandato et loco et voluntate supradicti fratris Bernardi de Ceginolis, preceptoris Mansi Dei, hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Raymundi Calvera de Palaciolo. Sig+num Udulgarii *Salçich* de Caneto. Sig+num Raymundi de Rivis, filii predicti Udalgarii.

Berengarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, cum literis suprapositis in [X<sup>a</sup>] linea, die et anno quo (SM) supra.

a. projenies B.    b. sine B.    c. sepelliendum in ciminterio B.    d. spiritualibus B.  
e. deffendatis B.    f. promito B.    g. suplebimus B.

## 194

1205 (nou estil), 17 de febrer

*Un litigi enfrontava Bernat, abat de Fontfreda,<sup>169</sup> i els frares del seu monestir, d'una banda, a Ponç de Rigaud, mestre de la milícia del Temple a les províncies d'Hispania i de Provença, i els templers del Masdeu, d'altra banda, a propòsit de la renda perpètua en pans sostreta dels forns de Perpinyà que Girard II, comte de Rosselló, havia constituït a favor de Vidal, abat de Fontfreda, i de la qual els monjos havien de beneficiar-se totes les vegades que farien estada a Perpinyà. L'abat Bernat exigia que li fos donada una quantitat de pa suficient per a ell i per als seus, cosa que els templers refusaven de fer argüint que a l'origen aquest ús només s'aplicava a un nombre limitat de frares de Fontfreda, però que el considerable augment de llur nombre, consecutiu a l'acreixement del patrimoni de l'abadia al Rosselló, gravava els drets sobre els forns que el comte Girard els havia llegat,<sup>170</sup> fins al punt de fer-los-en la possessió quasi inútil. Els templers es queixen que l'abat de Fontfreda abusi del seu dret i sostregui molt més pa que els seus predecessors, i afirmen que no estan obligats a una tan important prestació en pans. Després d'haver dipositat cada una una fiança de 100 peces d'or, les parts s'han remès a l'arbitratge de Guillem, bisbe d'Elna, de P., metge del rei d'Aragó, i de Bernat Amell.*

168. Bernat III, abat de Fontfreda: 1193-1217.

170. Mitjançant el seu testament del 4 de juliol de 1172; vegeu més amunt l'acta núm. 86.

*Aquests últims han transigit que l'abat i els monjos de Fontfreda renunciïn definitivament a llur renda en pans, i que, a canvi, els templers, o els posseïdors dels forns, els donin una renda anual de 80 sous barcelonesos el dia de l'Assumpció. Bernat, abat de Fontfreda, confirma aquest acord en nom del seu monestir. Ponç de Rigaud, mestre provincial, i Folques de Montpesat, comanador del Masdèu, confirmen aquest acord en nom de tots els frares.*

- B* Còpia de l'últim decenni del segle XIII o del començament del segle XIV, Cart., f. 445r-v, acta núm. 845.
- C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 350-355, segons *B*.
- D* Còpia parcial de començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 54-61, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis hec audientibus quod controversia erat ex una parte inter dompnum Bernardum, Dei gracia abbatem Fontis frigidi, et alios fratres ejusdem monasterii, et ex altera parte inter dominum Poncium de Rigaldo, Dei gracia magistrum domus milicie Templi in Yspania et partibus Provincie, et alios fratres ejusdem domus, scilicet super solucionem<sup>a</sup> panum quos Guirardus, bone memorie comes Rossilionis, constituerat doni super furnos Perpiniani Vitali, abbati Fontis frigidi, et omnibus aliis abbatibus ejusdem domus imperpetuum et omnibus sociis eorum et servitoribus, quocienscumque<sup>b</sup> venissent Perpinianum, et quamdiu ibi starent, sicut in carta inde facta que per vera fuit recepta plenissime continetur. Postulabat itaque dompnus abbas predictus panes sibi dari sufficienter et etiam de furnimento, et sociis suis et servitoribus omnibus, quod fratres domus milicie Templi in pace facere recusabant, allegantes<sup>c</sup> quod monasterium Fontis frigidi sollempniori numero solito<sup>d</sup> fratrum gaudens, et ipse abbas sepius rediens propter auumenta possessionum que ipsi et fratribus Fontis frigidi in partibus Rossilionis Deus concesserat, et cum majori sociorum katerva incedens, ita jus sibi a Guirardo comite concessum gravabat, quod fere furni Perpiniani domui milicie Templi fiebant inutiles, quos eidem domui Guirardus comes predictus, pro salute anime sue, reliquid. Dicebant etiam quod sepius accipiebat panos de furnis ipse abbas, et in majori cantitate quam fecisset predecessor ipsius temporibus Guirardi comitis, qui fecerat hanc donacionem, quare constanter affirmabant quod ad illam inmensam et inmoderatam panum prestacionem non tenebantur. De hac lite et controversia, datis pignoribus C aureorum, compromiserunt in dominum Guilelmum, Dei gracia Elnensis

episcopum, et magistrum P., domini regis medicum, et Bernardum Amelium, qui, auditis rationibus utriusque partis et perfecto instrumento, voluntate et assensu utriusque partis precedente, sic inter eos amicabiliter composuerunt: videlicet, quod ipse abbas Fontis frigidi et fratres ejusdem domus solvent et diffiniant<sup>e</sup> et remitant imperpetuum supradictam panum exactionem, videlicet quod decetero a fratribus milicie Templi panes non exigant de furnis Perpiniani, nec ratione furnorum a quibuscumque possessoribus ipsorum furnorum, set ne aliqua questio possit emergere, vel inter eos aliqua murmuracio suboriri. Et pro emenda panum, det domus milicie Templi, vel possessores furnorum, monasterio Fontis frigidi imperpetuum singulis annis in festo Assumptionis sancte Marie Augusti absque omni impedimento et contradictione LXXX solidos barchinonensium in pace, et nullo facto vel occasione in hoc possint fratres milicie Templi ipsos fratres Fontis frigidi pignorare vel molestare. Si forte aliqua occasione fratres milicie Templi, vel possessores furnorum Perpiniani differrent ultra diem pretaxatum solucione predictorum LXXX solidorum, fratres Fontis frigidi possint auctoritate sua, sine alicujus persone contradictione, predictos furnos prohibere coquere<sup>f</sup> donec solucio predictorum denariorum ad plenum eis fiat. Si forte Barchinonensis moneta mutaretur lege vel penso, dabit domus milicie Templi, vel possessores furnorum, fratribus Fontis frigidi marcham argenti fini ad rectum pensum Perpiniani pro XLVIII solidis, et sic de residuo quousque totum debitum sit eis solutum. Et ita utraque pars se teneat per contentam. Ego itaque, dompnus Bernardus, abbas Fontis frigidi, per me et successores meos omnes, et per fratres meos, presentes et futuros, omnia supradicta, ut melius intelligi possint, laudo et confirmo tibi, domino Poncio de Rigaldo, Dei gracia magistro domus milicie, et tibi, Fulchoni de Monte Pesato, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et quod ita teneam et contra non veniam bona fide per stipulacionem promitto,<sup>g</sup> renuncians scienter et consulte omni legi et omni consuetudini et omni beneficio cujus auxilio contravenire possem, et hac compositione me contentum teneo, et ad perennem<sup>h</sup> rei memoriam hanc nostre compositionis paginam sigilli mei auctoritate munio. Idcirco ego Poncius de Rigaldo, magister domus milicie Templi, et ego Fulcho de Monte Pesato, preceptor domus Mansi Dei, per nos et per omnes nostros fratres, presentes et futuros, omnia supra dicta laudamus et confirmamus tibi, dompni Bernardo, Dei gracia Fontis frigidi, et



successoribus tuis imperpetuum, et omnibus aliis fratribus ejusdem monasterii, presentibus et futuris; et quod ita teneamus et contra non veniamus, nec venire sustineamus, per nos et successores nostros omnes bona fide per stipulacionem promittimus,<sup>i</sup> renunciantes ex certa sciencia omni juri scripto et consuetudinario<sup>j</sup> ad hec revocanda vel predictorum aliquid nobis competenti vel competiruo, et ita hujus compositionis instrumentum ad majorem facti auctoritatem ego Poncius de Rigaldo, magister milicie Templi, sigillo meo corroboro.

Quod est manifestum. Actum est hoc XIII kalendas marcii, anno Incarnacionis Domini M° CC° IIII°. Sig+num Bernardi, abbatis Fontis frigidi, Sig+num Poncii de Rigaldo, magistri domus milicie Templi, Sig+num Fulchonis de Monte Pesato, preceptoris domus Mansi Dei, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Guilelmi de *Canaveles*, cellarerii Fontis Frigidi. Sig+num fratris Bernardi de Codaletto, Sig+num fratris A(rnaldi) de Burgato, Sig+num fratris A(rnaldi) Augerii, Sig+num fratris Stephani, fratrum dicti monasterii Fontis frigidi, qui hec omnes in simul laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig+num fratris Guilelmi de Albera, capellani milicie Templi, Sig+num fratris Bernardi, Sig+num fratris Balagerii, Sig+num Bernardi Ortolani, fratrum domus milicie Templi, qui hoc totum laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Raymundi de Villa longa, canonici Elne. Sig+num Arberti. Sig+num Guilelmi de Vila rasa. Sig+num Johannis Andree. Sig+num Petri Boni pueri, filii Johannis Peregrini. Poncius de Bajolis scripsit hoc vice Petri de Verneto et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Verneto, presbiter, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. solucione B.    b. quociensqumcque B.    c. allgantes B.    d. solito *afegit a la interlínia* B.  
 e. difiniant B.    f. quoquere B.    g. promito B.    h. perhemnem B.  
 i. promitemus B.    j. consutudinario B.

1205 (nou estil), 14 de març

*Pere I, rei de Catalunya-Aragó, dóna tot el seu estany de Bages, situat a la parròquia de Sant Andreu de Bages, a fra Ponç de Rigaud, mestre de la milícia del Temple a Provença i a Hispània, i a fra Folc de Montpesat, comanador del Masdèu.*

*El rei concedeix al Temple la totalitat de l'estany, així com la quarta part de les collites i els drets de senyoria que el seu pare s'havia reservat antigament.<sup>171</sup> Pere I atorga a més a més als templers el dret d'assecar i de drenar l'estany, de conrear-lo i de disposar-ne lliurement segons llur voluntat.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 1r-v, acta núm. 1.  
*C* Vidimus del 6 de juny de 1510, pergami antigament conservat a l'arxiu de l'església del Temple de Perpinyà, perdut, segons *B*.<sup>172</sup>  
*D* Còpia del segle XVII, *Privilèges de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem*, ADPO, Hp182, ff. 56-57v, segons *C*.<sup>173</sup>  
*E* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 349-350, segons *B*.  
*F* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 360-365, segons *B*.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Petrus, Dei gracia rex Aragonum, comes Barchinone, Montispezzulani dominus, per me et per omnes meos qui sunt vel erunt et per totam meam successionem, non coactus ulla vi nec deceptus fraude nec dolo aliquo circumventus, set bona et spontanea voluntate ductus et bona et firma ac tuta fide et pie devotionis affectu,<sup>a</sup> sine omni enganno et malo ingenio, bono animo et ex certa sciencia et de mera liberalitate, amore et intuitu Dei omnipotentis et pro salute

171. Vegeu més amunt l'acta núm. 161.

172. «Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumento in prima facie apparebat publico continuato in quodam libro pergameneo, postis et pellis nigrae cohopto et duabus zonis sincto, continente in se quadringentas quinquaginta cartas, in quo sunt descripta privilegia comandae domus Mansi Dei terrae Rossilionis, videlicet a prima carta seu folio dicti libri quod est thenoris sequentis: [Segueix la transcripció de la donació del 14 de març de 1205]. Sig+num mei, Hugonis Pujol, auctoritate regia nottarii publici villae Perpinyani, testis. Sig+num mei, Raymundi Mercer, auctoritate regia nottarii publici villae Perpinyani, hujusmodi translato testis. Sig+num mei, Joannis Romaguere, auctoritate regia nottarii publici villae Perpinyani, qui predictum translatum a quodam libro comandae Mansi Dei in pergameneo scripto, postis et pelle nigre cohopto, translatare feci, et cum eodem unacum prenominatis connottariis pro testibus bene et fideliter correxi et concordare inveniens clausi Perpinyani die sexta mensis junii, anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo».

173. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in villa Perpinyani, Elnensis diocesis, sumptum a quodam alio transumpto in pergameneo scripto, intus archivum ecclesiae Beatae Mariae de Templo ejusdem villa Perpinyani de membris et pertinentiis comandae magistralis Mansi Dei ordinis et religionis Sacrae Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitanis, ubi omnia privilegia et aliae scripturae tam dictae comandae quam aliarum comandarum in comittatu Rossilionis existentium reponuntur et custodiuntur; recondito et custodito, non viciato, non cancellato nech in aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vitio et suspicione carente. Cujus quidem transumpti thenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum: [Segueix la transcripció del vidimus del 6 de juny de 1510]».

et remedio anime mee et domini Ildefonsi regis bone memorie condam patris mei et omnium parentum meorum, sine dolo et fraude et sine omni retentu et contradictu alicujus viventis persone, pluralis vel singularis, dono, laudo firmiterque concedo Domino omnipotenti Deo et beate Marie et domui milicie Templi et tibi fratri Poncio de Rigaldo, ejusdem milicie magistro in partibus Provincie et Yspanie, et nominatim ac specialiter domui Mansi Dei que est in Rosselione et tibi, fratri Fulconi de Monte *Pesat*, preceptorum ejusdem domus, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus totius milicie Templi, tam presentibus quam futuris, et jure perfecte ac vere donationis et laudationis cum hac presenti carta imperpetuum valitura, titulo munificentie fidelitatis, de meo jure et dominio et tenore<sup>b</sup> ac potestate, et omnium meorum, in vestrum jus et dominium et tenedonem ac potestatem, et omnium vestrorum et totius domus milicie vestre,<sup>c</sup> in presenti trado et in plenam et perpetuam possessionem mitto per alodium franchum et liberum, ad omnes vestras vestrorumque voluntates in omnibus et per omnia complendas et faciendas per secula cuncta, scilicet totum meum stagnum de Bagis, quod habeo et habere debeo in Rossellione, in episcopatu Elne, in termino Sancti Andree de ipsis Bagis. Quod stagnum affrontat ab oriente in via que discurrit de Bagis ad Villam novam, a meridie in *tameriguer* Berengarii de Bagis et in ortis de Bagis, ab occidente in campo Bernardi Johannis condam de Bagis quem tenebat per Sanctam Eulaliam Elne, et in campo Mathei quondam quem tenebat per miliciam Templi et per Arnaldum de *Beyra* quondam, et in defensam ejusdem milicie, ab aquilone in via publica que exit de Riardo et ducit ad Avalrinum. Sicut superius est dictum et sicut in hiis supradictis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur et terminatur, sic dono Deo et beate Marie et domui predictae milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem et nominatim vobis prenominationis fratribus et omnibus successoribus vestris, et cui vel quibus vos vel vestri volueritis, totum predictum stagnum, de celo usque in abyssum,<sup>d</sup> integre ac generaliter, potenter ac secure et specialiter et plenarie, cum omni loco et terra in qua est, et cum aquis et aqueductibus et agotamentis aquarum, et cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis ac pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, et cum cultis et incultis, et cum omnibus ad ipsum stagnum sive ad jus ipsius stagni pertinentibus. In qua etiam donatione et concessione expressim mitto<sup>e</sup> et dono et constituo et intelligo et esse semper [et contineri] volo totum quartum illud integre et dominationem

illam, quam olim bone memorie dominus Ildefonsus pater meus predictus rex Aragonum in ipso stagno vel de ipso vel per ipsum stagnum sibi et suo juri sive dominatui retinuerat, et generaliter omnia mea jura quecumque<sup>f</sup> ibi habeo et habere debeo juste jure, consuetudine sive successionis propinquitatis vel alio aliquo modo, quod stagnum predictum totum liceat vobis et domui milicie vestre propria auctoritate vestra exciccare et agotare et ad jus et dominium vestrum et domus milicie Templi ibi excolere,<sup>g</sup> rumpe-re et laborare et facere quicquid volueritis sine omni inquietudine et sine omni appellatione. Et totam hanc donationem, per me et per omnes heredes et successores meos, firmam et stabilem, cum omnibus suis augmentis et melioramentis, vobis et omnibus successoribus vestris et domui milicie<sup>h</sup> Templi et omnibus fratribus ejusdem imperpetuum manere volo. Promitens vobis firmiter per firmam stipulationem quod hec omnia et singula particulariter et totaliter rata et firma et incommote<sup>i</sup> semper manere faciam ad vestram bonam recognitionem et omnium vestrorum et nullo loco vel tempore contra hec vel aliquid horum veniam vel venire faciam. Ad majorem<sup>j</sup> autem firmitatem habendam et perennem<sup>k</sup> rey memoriam, presentem cartam sigilli nostri inpositione comunimus; et ita scilicet scienter et expressim quod jam amplius ab isto presenti die inantea nulla occasione vel excusatione nec ullo jure divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo contra hanc predictam donationem venire liceat nobis vel successoribus nostris, set de ea semper et ubique et omni excusatione cessante erimus Deo et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem legales guirentes et deffensores et bone fidei observatores contra omnes homines. Siquis hanc cartam donationis, nostre proprio sigillo nostro confirmatam, infringere presumpserit,<sup>l</sup> procul dubio iram et indignationem nostram et omnium nostrorum incurret. Nullus hoc valeat disrumpere, set omni tempore maneat firmum et incorruptum. Quod est actum II<sup>o</sup> idus marcii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>.

Sig-m.-num Petri, Dei gracia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispeessulani. Sig+num Rostagni de Sabrano. Sig+num Guilelmi de Duro forti. Sig+num Bernardi Amelii. Sig+num Ramundi Arbrandi. Sig+num Berengarii de Concas. Sig+num Petri *Tropassen*. Sig+num Petri de Stagno. Sig+num Guilelmi de Conchis. Sig+num Assalliti. Sig+num Bernardi. Sig+num Johannis de *Saragoza*.

BERENGarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, mandato Petri, domini regis scriptoris, die et anno quo (SM) supra.

a. pre donationis effectu *D.*    b. thenore *D.*    c. magistri *D.*    d. habissum *B D.*  
 e. mito *B.*    f. quecumque *repetit per error B.*    g. colere *B D.*    h. miliccie *B.*  
 i. incomota *B D.*    j. mayorem *D.*    k. perhennem *B D.*    l. presumerit *B.*

## 196

1205, 12 d'abril

*Ramon de Vilallonga, xantre d'Elna i prebost de Trullars, dóna en acapte i tinença perpètua al convent de Sant Salvador de Cirà, a Bernat de Pineda, capellà, i a tots els frares i fraresses d'aquesta comunitat tot el tamariguer, amb el bosc i el sòl, que l'Església d'Elna posseeix a la parròquia de Sant Aciscle de Trullars, sota el marge de Coma Oriola, més avall d'aquest monestir. Mentre tinguin aquest tamariguer en el seu estat actual, els monjos de Sant Salvador donaran a l'església d'Elna una oca de cens anual per Sant Joan Baptista, i si en conreen el tot o la meitat, donaran aleshores una part dels fruits que hi siguin collits, una gallina de cens en lloc de l'oca i la quarta part de les olives, si se'n fan. Per aquesta concessió, el prebost de Trullars reconeix haver rebut 10 sous barcelonesos. La comunitat de Sant Salvador tindrà aquest lloc de la mateixa manera que Ramon de Toluges i els seus predecessors el tenien abans d'ella.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 13v-14, acta núm. 26.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 376-377, segons *B.*

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Raymundus de Villa longa, precentor Elne et prepositus de *Trulars*, per me et per omnes successores meos, non coactus ulla vi nec deceptus fraude nec dolo aliquo circumventus, set bona ac spontanea voluntatis ductus et bona et firma ac tuta fide, sine omni enganno et malo ingenio et sine omni contradictu alicujus viventis persone, inspecta etiam utilitate Sancte Eulalie Elne, dono, laudo, firmiterque concedo Deo et domui Sancti Salvatoris de Sirano et tibi Bernardo de Pineda, monacho dispensatori ejusdem domus, et omnibus successoribus tuis, et omnibus fratribus et sororibus ejusdem domus, presentibus et futuris, et jure perfecte ac vere donationis et laudationis, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, de meo jure et dominio et tenore ac potestate, et omnium meorum suc-

cessorum, in vestrum jus et dominium et tenorem et potestatem, et omnium vestrorum, in presenti trado et plenam possessionem mitto<sup>a</sup> per acapitum et per tenedonem imperpetuum, ad omnes vestras vestrorumque voluntates in omnibus complendas et faciendas per secula cuncta, salvo in omnibus jure Sancte Eulalie Elne, scilicet totum illud *tamariguer*, cum ligno et solo, de celo usque in abyssum,<sup>b</sup> quem Sancta Eulalia Elne habet vel habere debet in episcopatu Elnensis, in termino Sancti Aciscli de *Truyllars*, subtus ripam Cumbe Auriole que est subtus domum vestram, et affrontat ab oriente in tamariguerio Petri Grossi de Candello, a meridie in campo Petri Borrelli senioris, ab occasu<sup>c</sup> in campo Sancte Eulalie quem tenet Petrus Jotzberti de Villa mulaca, ab aquilone sursum in ripis Sancte Eulalie Elne. Sicut in hiis predictis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur et ambitur et sicut superius est dictum, sic dono vobis et vestris et cui volueritis totum predictum *tamariguer*, cum ligno et solo, de celo usque in abyssum,<sup>b</sup> integre ac generaliter, potenter ac secure, et specialiter et plenarie, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis ac pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus et ad se pertinentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius ac plenius et consultius<sup>d</sup> et utilius a vobis vel a vestris successoribus sive a quoquam vivente viro sapiente dici vel legi aut intelligi potest modo vel inantea, ad bonam utilitatem vestram et domus vestre et omnium vestrorum. Et ita, scilicet, quod de hac donatione nec de melioramento quod in ea feceritis, vos vel vestri ego vel mei successores nequamus nos extrahere unquam, ullo jure vel ulla lege vel ulla ratione nec ulla consuetudine nec alio aliquo modo, set faciemus eam vobis et vestris bonam et liberam ab omni emparatore et contradicente, et de toto erimus vobis et vestris et cui volueritis legales guirentes et defensores<sup>e</sup> et bone fidei observatores, semper et ubique, et omni excusatione cessante, ad vestram bonam recognitionem, et omnium vestrorum, per bonam fidem et per firmam stipulationem promito. Et quamdiu in eodem statu, in quomodo est, tenebitis predictum *tamariguer*, dabitis inde nobis de censu<sup>f</sup> in unoquoque anno, in festo sancti Johannis Babtiste, unam anserem recipientem. Si vero totum vel medium laboraveritis, dabitis inde mihi vel meis successoribus omnia terre merita, et de ansere ultra nobis non teneamini, set de una gallina recipiente, quam inde nobis dabitis de censu in unoquoque festo sancti Johannis Babtiste, et de illo quod ibi laboraveritis nostra terremerita, et de olivis, si ibi fuerint, quartum.

Et hoc totum ponimus in arbitrio et voluntate vestra et vestrorum si laborabitis predictum *tamariguer*, in partem vel totum, vel si tenebitis eum in eodem statu in quo est modo, sicut dictum est. Et per notitiam et confirmationem hujus donationis, habui et accepi a vobis de elemosinis domus Sancti Salvatoris X solidos barchinonensium bonos de accapito, de quibus omnibus plenarie mihi satisfacistis ad meam voluntatem, ideoque, ut hec predicta donatio, cum suis augmentis et melioramentis, firma et stabilis simplexque et vera semper maneat inter vivos omni tempore et nunquam possis corrumpi, salvis ac retentis in omnibus juribus Sancte Eulalie Elnensis. Quam donationem facio vobis et vestris cum omni integritate, sicut melius ac plenius Raymundus quondam de Tulugiis et sui antecessores eam tenuerunt et habuerunt et possederunt in eodem loco. Que donatio est facta II idus aprilis, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Sig+num Raymundi de Villalonga, precentoris<sup>g</sup> Elne et prepositi de *Trulars*, qui, salvo in omnibus jure Sancte Eulalie Elnensis, hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num A(rnaldi) de Sirico, presbiteri Mansi Dei. Sig+num A(rnaldi) G(uilelmi), monachi et presbiteri de Cerviano. Sig+num G(uilelmi) Gamelli, diaconi.<sup>h</sup>

Berengarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. mito *B.*    b. habissum *B.*    c. ocasu *B.*    d. colsultius *B.*    e. deffensores *B.*  
f. scensu *B.*    g. preceptoris *B.*    h. diachoni *B.*

## 197

1205, 15 de maig

*Ramon de Castell-rosselló, la seva esposa Saurimunda i llur fill Ramon venen a la casa del Temple del Masdéu i a Folc, el seu comanador, llur terç del delme de tots els productes recaptats als termes de Santa Maria de Palau [del Vidre], Sant Pere de Vilaclara i Sant Andreu de Sureda i a altres llocs dependents del delme de la vila i del castrum de Palau. Fan aquesta venda pel preu de 1.200 sous barcelonesos. Les dues altres terceres parts d'aquest delme pertanyen respectivament al bisbe d'Elna i a Gueraua de Sobreporta.*

*B*    Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 58-59, acta núm. 94.

- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 374-376, segons B.
- D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 314-323, segons B.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Raymundus de Castro Rossilione, et ego domina Saurimunda, uxor ejus, et filius noster, Raymundus, nos omnes insimul, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, et per totam nostram successionem, non inducti dolo neque vi circumventi in aliquo, set bona fide, sine omni enganno et malo ingenio et sine omni retentu et contradictu alicujus viventis persone, vendimus et damus et diffinimus et laudamus firmiterque concedimus domino omnipotenti Dei et Beate Marie et domui milicie Templi et nominatim domui Mansi Dei et tibi, fratri Fulconi, preceptori ejusdem domus, et omnibus successoribus tuis et omnibus fratribus totius milicie Templi, presentibus et futuris, et jure perfecte ac vere vendicionis et donacionis et diffinicionis et laudacionis, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, de nostro jure et dominio et tenore ac potestate et omnium nostrorum in jus et dominium et tenorem ac potestatem Dei et Beate Marie et vestrum et domus milicie vestre et omnium fratrum ejusdem qui sunt vel erunt, in presenti tradimus, et in plenam possessionem mittimus,<sup>a</sup> ad omnes vestras vestrorumque voluntates complendas et faciendas in omnibus et per omnia, per alodium francum et liberum, per secula cuncta, scilicet totam illam decimam nostram omnium rerum integre, quam habemus et accipimus et colligimus et habere et colligere et accipere debemus qualicumque voce vel racione, juste jure vel consuetudine vel alio aliquo modo, in omni termino Sancte Marie de Palacio et Sancti Petri de Villaclara et Sancti Andree de Sureda et in omnibus aliis quibuslibet locis ad eandem decimam ville et castro Palacii accidentibus et pertinentibus sive competituris ullo modo, integre ac generaliter, potenter ac secure et specialiter et plenarie, cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus et ad se pertinentibus, et cum omnibus suis augmentis et melioramentis, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius ac plenius et consultius et utilius a vobis vel a vestris fratribus qui sunt vel erunt, sive a quoquam vivente viro sapienti dici vel legi aut intelligi potest, modo vel inantea, ad bonam utilitatem vestram et omnium vestrorum successorum, libere et quiete. Hanc autem vendicionem facimus Deo et vobis et dicte domui Mansi Dei et



omnibus fratribus ejusdem, per liberum et franchum alodium, precio mille CC solidorum barchinonensium bonorum, quos omnes a vobis ex bonis<sup>b</sup> dicte domus Mansi Dei nos habuisse et accepisse concedimus; et de omnibus a vobis profitemur et recognoscimus nos bene pacatos<sup>c</sup> esse. Concedimus etiam et damus vobis et vestris et dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem omnes actiones et exceptiones et jura que adversus aliquas personas pro predictis omnibus habebamus et habere debebamus aliquo modo ad omnem vestram<sup>d</sup> vestrorumque voluntatem omni tempore complendam et faciendam. Et si hec predicta vendicio modo plus valet, vel inantea plus valet predicti precii valitura est,<sup>f</sup> illud plus totum integre et sine omni retentu, cum omnibus suis augmentis<sup>g</sup> et melioramentis, damus, concedimus et laudamus et firmiter affirmamus Deo et domui predictae milicie et omnibus fratribus ejusdem pro amore Dei et remedio animarum nostrarum, per secula cuncta, inviolabiliter et irrevocabiliter, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem faciendam. Et cum hac eadem carta vendicionis et donacionis et diffinicionis perpetuo valitura transferimus totam predictam decimam, scilicet totam terciam partem totius illius decime, que dividitur per tercium in tercium inter nos et ecclesiam Elnensis et dominam Geraldam de Super porta, de nobis et de omnibus nostris in vobis et in omnibus vestris et in omnibus illis quibus volueritis, et per vendicionem et donacionem et tradicionem et diffinicionem vos et domum milicie Templi et omnes fratres ejusdem hostie integre ac generaliter et possessores et dominos de toto constituimus, et ita scilicet scienter et expressim<sup>h</sup> quod jam amplius ab isto presenti die inantea nulla occasione magis valencie vel melioramenti nec ullo jure divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo, contra hanc predictam vendicionem venire possimus nec aliquis nec aliqui nomine nostro, et ex certa sciencia nostra renunciamus illi juri omni et illi legi et illi occasione et illi consuetudini et illi modo pro quibus possemus contravenire nos vel nostri. Ad majorem cautelam, renunciamus omni excepcioni non numerate pecunie<sup>i</sup> et omni actioni in factum que dicitur recisoria et omni illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justi precii. Hanc predictam vendicionem nos et nostri faciemus bonam habere et tenere et possidere et expletare et colligere et accipere domui predictae milicie et omnibus fratribus ejusdem et cui vel quibus voluerit, semper et omni tempore, in bona pace, sine omni blandimento alicujus persone magne vel parve, per bonam fidem

et per firmam stipulacionem promittimus.<sup>l</sup> Et si jure a vobis evinceretur et inde missionem vel missiones vobis vel vestris evenerint sive incurrerint, incontinenti restituemus eas vobis vel vestris ad plenum, ad vestram bonam recognicionem et vestrorum, integre et omni excusacione cessante, de quibus missionibus sitis semper crediti solo simplici verbo et sine omni juramento et sine testibus, quod nisi ita fecerimus, pro illis missionibus et pro illa evictione, subjugamus et obligamus vobis et successoribus vestris et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem omnes res nostras, honoris et averis, ubique adquisitas et adquisituras, integre et plenarie, et omni excusacione cessante. Omnia vero superius scripta ego Saurimunda predicta, uxor Raymundi de Castro Rossilione, per me et omnes heredes meos, cum hac eadem carta imperpetuum valitura, gratis et sine vi, laudo et confirmo vobis, predictis emptoribus, et omnibus vestris et cui dare vel dimittere volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas<sup>k</sup> per secula cuncta, per franchum et liberum alodium, et expressim manifesto quod non est meum sponsalicium nec est mihi in aliquo obligatum; et quod contra hanc cartam non veniam nec veniri faciam jure mei sponsalicii seu nomine dotis vel donacionis propter nuptias, per bonam fidem et per firmam stipulacionem promitto,<sup>l</sup> et omni juri, divino et humano, generali vel speciali, scripto et non scripto, legis et consuetudinis, cujus auxilio contravenire possem, et specialiter beneficiis legum quibus mulieres juvari solent, vel si me defendere<sup>m</sup> possem, quia in potestate viri sum constituta vel quia permissum est mulieribus ignorare jura, et beneficio restitutionis in integrum et omni alio legitimo auxilio et expressim omni excepcioni non numerate peccunie, ex certa sciencia mea renuncio; et ita totum, ut in hac carta continetur, omni tempore vobis et omnibus vestris attendam et observabo, bona fide et per firmam stipulacionem promitto.<sup>l</sup> Siquis hoc disrumpere voluerit, agere non valeat, set in duplo componat, et postea firmum maneat omni tempore et numquam possit corrumpi. Quod est actum XVII<sup>o</sup> kalendas junii, anno Christi M<sup>o</sup> CCV<sup>o</sup>. Sig+num Raymundi de Castro Rossilionis, Sig+num domine Saurimonde, uxoris ejus, Sig+num Raymundi, filii eorum, qui omnes hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num domini Guilelmi, Elnensis episcopi. Sig+num Guilelmi Jordani de Sancta Maria, archidiaconi. Sig+num Guilelmi Jordani de Villa franca, archidiaconi. Sig+num Raymundi de Villa longa, precentoris<sup>n</sup> Elnensis. Sig+num Petri de Aladerno. Sig+num Guilelmi de Sancto Clemente, de Avalrino. Sig+num *Espra Guerra*.

Berengarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. mitimus *B.*    b. boni *B.*    c. paccatos *B.*    d. vestrarum *B.*    e. vestrum *B.*  
 f. Sic *B.*    g. auementis *B.*    h. expresim *B.*    i. peccunie *B.*    j. promitimus *B.*  
 k. faciendas *repetit per error B.*    l. promito *B.*    m. deffendere *B.*  
 n. preceptoris *B.*

## 198

1205, 2 d'agost

*Bernat de Pineda, administrador de la casa de Sant Salvador [de Cirà], prop del Masdéu, amb el consentiment de fra Ramon Toss i dels altres frares i fraresses d'aquesta casa, empenyora a Pere de Siurana una vinya que té per Sant Salvador a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà per 150 sous barcelonesos. El creditor tindrà aquesta penyora durant els quatre anys que seguiran la festa de Sant Miquel de setembre vinent; passat aquest termini, si no ha pagat, conservarà aquesta penyora d'un any a l'altre fins a l'extinció del deute.*

*A*<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergami, amplada 205 mm, alçada 165 mm, ADPO, Hp186.<sup>174</sup>

*B* Còpia parcial del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, f. 366r-v, segons *A*<sup>1</sup>.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Pineda, minister domus Sancti Salvatoris juxta Mansum Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et voluntate Raymundi Toss,<sup>a</sup> fratris ipsius domus, et aliorum fratrum et sororum ejusdem domus, bona fide et sine omni enganno inpignoro tibi Petro de Surana, et tuis, et cui dare vel dimitere<sup>b</sup> aut inpignorare volueris, pro tuo subdicto averi, I vineam, quam habeo et teneo per predictam domum Sancti Salvatoris in adjecencia Sancti Johannis Perpiniiani, et affrontat ab oriente in vinea domus milicie, a meridie in via publica, ab occidente in vinea Guilelmi Cuqui, quam tu habes in pignore, et in malleolo Arnaldi Garrigue, ab aquilone in via publica. Sicut in his IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic inpignoro tibi et tuis dictam vineam, cum terra in qua est plantata, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis

174. El document porta al dors una menció il·legible que sembla que és del final de l'edat mitjana, i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2106».

et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, pro CL solidis barchinonensium, de quibus omnibus a te profiteor me bene esse paccatum,<sup>c</sup> quos omnes versos esse in utilitate dicte domus recognosco. Et habeas et teneas tu vel tui dictum pignus ex hoc presenti die inantea usque de isto primo venienti festo sancti Michaelis septembris usque ad IIII annos completos; et deinde, si hoc terminus transierit quod predictos CL solidos barchinonensium tibi vel tuis non essent persolutos, de anno in annum, scilicet de I festo sancti Michaelis septembris ad aliud, fructibus et redditibus inde a te vel a tuis habitis in sortem predicti averis tibi vel tuis non computatis, et sic tamdiu quousque de predictis CL solidis barchinonensium bene paccatus<sup>d</sup> sis tu vel tui ad tuam noticiam et tuorum. Et post terminum completum sit semper terminus redimendi hoc pignus omni anno in festo sancti Michaelis septembris, et averi persoluto in dicto termino pignus sit solutum. Si vero monete hec Barchinonensis diminuta fuerit de lege vel penso, reddemus ego vel mei successores tibi vel tuis marcham argenti fini ad rectum pensum Perpiniani, ad computum XLVIII solidi barchinonensium, et sic de omnibus hac ratione. Et si forte aliqua persona aliquid vel totum imparaverit vel abstulerit tibi vel tuis in dicto pignore, et ideo inde aliquid perdideris tu vel tui, totum illud dono tibi et tuis in hoc eodem pignore simul cum omni predicto averi, et in omnibus aliis meis rebus que habeo et teneo per domum predictam Sancti Salvatoris omnibus locis quousque de toto bene paccatus<sup>d</sup> sis tu vel tui ad tuum intellectum et tuorum. Et convenio tibi et tuis quod totum predictum pignus faciam tibi et tuis bonum habere et tenere in pace dum tuum pignus fuerit et tuorum, salvo jure domini. Et est manifestum. Actum est hoc IIII nonas augusti, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi de Pineda, ministri domus Sancti Salvatoris, Sig+num Raymundi *Toss*<sup>a</sup> fratris ipsius domus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Guilelmi de Candello. Sig+num Bernardi de Alliardis. Sig+num Petri *Sabors*.

Raymundus de Verneto, levita, publicus scriptor, scripsit hoc rogatus, et dapnavit<sup>e</sup> in II<sup>a</sup> linea et in XXIII<sup>a</sup> et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Després d'aquesta paraula l'escrivà ha esborrat un membre de la frase llarg, de prop de 35 mm A<sup>1</sup>.* b. *Sic A<sup>1</sup> per dimittere.* c. *Sic A<sup>1</sup> per pacatum.* d. *Sic A<sup>1</sup> per pacatus.* e. *Sic A<sup>1</sup> per damnavit.*

## 199

1205, 20 de setembre. Cotlliure

*Cedint a les instàncies de Guillem Gras, prior de l'Hospital, al qual ha donat el castrum de Cotlliure, i considerant que això els pertoca per dret, Pere I, rei de Catalunya-Aragó, dona i confirma a favor de Folc de Montpesat, comanador, i dels frares del Masdèu tota l'honor, les tinences i les possessions situades a Tatzó d'Amunt i altres llocs no precisats, que Berenguer d'Orla havia llegat en testament als templers perquè els tinguin després de la mort de la seva esposa.<sup>175</sup> El rei promet no intentar accions en contra dels templers a propòsit d'aquestes possessions.*

- A Original, pergami antigament proveït d'un segell penjant, amplada 250/255 mm, alçada 155/160 mm, ADPO, 1B8.<sup>176</sup>
- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 2, acta núm. 3.
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 378-379, segons B.
- D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 367-373, segons B.

Indicat: MIRET I SANS, Joaquim, *Itinerario del rey Pedro I de Cataluña, II en Aragón*, BRABLB, t. III (1905-1906), p. 370.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod nos Petrus, Dei gracia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, ad preces Guilelmi Crassi, cui castrum de Caucolibero dedimus, et quia cognoscimus quod jus vestrum est, donamus, laudamus atque presenti scripto imperpetuum concedimus Deo, et beate Marie, ac domui milicie Templi de Manso Dei, et Fulchoni de *Montpesat*, ejusdem domus preceptori, et omnibus fratribus, presentibus et futuris, omnem illum honorem, tenedones et possessiones, que Berengarius de Orle dimisit domui milicie in testamento suo, post mortem uxoris sue, ut, sicut in ipso testamento plenius continetur, ita habeatis vos fratres presentes et futuri, ubicumque sint, possessiones ille et tenedones in Tozone Subirano<sup>a</sup> et aliis locis, sicut in ipso testamento scriptum est. Et promittimus vobis Fulcho, preceptor, et aliis fratribus, quod decetero non moveam vobis questionem, vel faciam moveri, unquam super dictis honoribus et possessionibus, immo ad vestrum bonum intellectum donamus, laudamus et concedimus vobis et in pace dimittimus. Datum apud

175. El 30 d'abril de 1190; vegeu més amunt l'acta núm. 146.

176. El document porta al dors una signatura topogràfica del segle xv: «DXXXVII».

Cauchumliberum per manum Columbi, domini regis notarii, XII° kalendas octobris, anno Domini M° CC° V°.

Testes: Guilelmus Crassus, prior Hospitalis, Guilelmus Durfortis, Guilelmus Adalberti.

a. Tozone et Jusano B.

## 200

1206 (nou estil), 15 de febrer

*Ramon de Tatzó i la seva mare Garsenda restitueixen a la milícia del Temple i a Folc de Montpesat, comanador, i als frares del Masdèu, tres camps que Berenguer d'Orla havia llegat al Masdèu el dia de la seva mort. Dos d'aquests camps són a la parròquia de Sant Martí de Tatzó i el tercer a la parròquia de Sant Vicenç de Tatzó. Renuncien a totes les diligències i accions que havien entaulat en contra de la milícia del Temple a propòsit d'aquests camps. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 500 sous barcelonesos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 134v, acta núm. 216.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 379-381, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Taçono et ego Garsendis, mater ejus, nos duo simul, per nos et per omnes nostros presentes ac futuros, non coacti ulla vi nec decepti fraude, set bona ac gratuita voluntate, damus et diffinimus atque omnino derelinquimus cum hac presenti carta imperpetuum valitura in presenti irrevocabiliter tradimus Deo et domui milicie Templi et tibi Fulchoni de Monte Pesato, preceptori Mansi Dei, et omnibus tuis successoribus omnibusque aliis fratribus ejusdem domus ibidem modo presentibus atque futuris, ad omnes vestras voluntates faciendas imperpetuum, omnes ipsos tres campos, quos Berengarius de Orleo qui fuit dimisit pro amore Dei predictæ domui Mansi Dei ad diem obitus suis. Ex quibus III campis predictis sunt duo in adjacencia Sancti Martini de Taçono, scilicet Campus longus et Campus de Maura, et tercius campus est in adjacencia Sancti Vincencii de Taçono, ad locum qui dicitur ad Petram albam. Et affrontat predictus campus longus ab oriente in honore milicie Templi, a meridie in honore Sancte Marie Fontisfrigidi, ab occidente in honore Bernardi de Pulcro vespere qui fuit, ab aquilone in nostro campo et in campo Raimundi Ot. Et predictus

campus de Maura affrontat ab oriente in nostro campo, a meridie in honore Beatricis de *Joc* et in campo Bernardi de Pulcro vespere qui fuit, ab occidente in honore Guilelmi Petri de Lausa qui fuit, ab aquilone in honore Ermengaudi de Insula qui fuit et in honore Petri de Rechis. Et predictus campus Petre albe affrontat ab oriente in honore Berengarii de Taçono, a meridie in via publica, ab occidente in campo Petri Siffredi de Perpiniano, ab aquilone in campo Patavi qui fuit et in campo Berengarii de Taçono. Sic in omnibus hiis predictis affrontationibus includitur et superius dictum est, sic damus et diffinimus Deo et predictae domui milicie Templi et tibi Fulchoni predicto, preceptori ejusdem domus, et omnibus tuis successoribus omnibusque aliis fratribus ejusdem domus ibidem modo presentibus atque futuris, omnes predictos III campos et omnia jura et voces et rationes que ibi habemus et habere debemus ulla voce vel aliqua ratione, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, libere et quiete, absque aliquo retentu, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem predictae domus milicie Templi. Et amplius diffinimus Deo et predictae domui et tibi Fulchoni predicto et omnibus successoribus tuis omnibusque aliis fratribus ejusdem domus imperpetuum, omnes querimonias et petitiones et actiones quas faciebamus sive facere peteramus juste vel injuste sive ullo alio modo predictae domui pro predictis tribus campis, ita quod decetero nos vel nostri sive ulla alia persona pro nobis in predictis tribus campis neque in hoc, ut superius dictum est, in aliquo vel in toto aliquid non requiremus nec petemus neque requirere nec petere faciemus ullo modo nec dimitemus,<sup>a</sup> set totum, ut superius dictum est, sit diffinitum a nobis et a nostris Deo et predictae domui imperpetuum per franchum alodium. Et quando facimus hanc predictam diffinitionem predictae domui nullam aliam querimoniam faciebamus nec movebamus in ipsa ora predictae domui de ulla alia re. Et propter hanc predictam donationem et diffinitionem quam facimus predictae domui, ut dictum est, habuimus et accepimus a te Fulchone predicto de bonis predictae domus milicie Templi D solidos barchinonensium, de quibus omnibus a te profitemur nos bene esse paccatos, ita quod excepcioni non numerate pecunie<sup>b</sup> renunciamus, ideoque ut omnis hec predicta donatio et diffinitio firmior et stabilior habeatur predictae domui imperpetuum. Et si aliqua lege vel aliquo jure aut more sive ullo alio modo contra hanc predictam donationem et diffinitionem venire poterimus, illi legi

et juri ac mori scienter renunciamus; et etiam actioni in factum que dicitur recissoria expressim renunciamus. Et si hec predicta donatio et diffinitio modo plus valet, vel inantea est valitura, quicquid est illud totum damus Deo et predicte domui pro amore Dei imperpetuum per franchum alodium. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas martii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Sig++na Raymundi de Taçono et matris ejus Garsendis, qui hoc fieri jussimus firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++++na Guilelmi de Crexello, et Berengarii de Malleolis, et Raymundi Ministralis de Caucolibero, et Mathei *Alsen*, ejusdem ville, et Petri Enardi de Taçono inferiori.

Jacobus, sacerdos, scripsit hoc, rogatus, die et anno quo (SM) supra.

a. dimitemus *B*.      b. peccunie *B*.

## 201

1207, 29 d'abril

*Ponç Ramon de Bages, el seu germà Pere Arnau, llur germana Maria i llur mare Adelaida cedeixen a fra Folc de Montpesat, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa tot el que tenen, per dret i per costum, sobre una vinya de la milícia del Temple situada al terme de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Coma de Darnac. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous barcelonesos.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 171v-172, acta núm. 290.

*C* Còpia del començament del segle XX, ALBON, Cart. gén., nouv. acq. lat. 26, ff. 374-377, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Poncius Raymundi de Bagis et ego Petrus Arnaldus, frater ejus, et ego Maria, soror eorum, et ego Adalaidis, mater eorum, nos omnes insimul, per nos et per omnes nostros presentes ac futuros, non coacti ulla vi nec decepti aliqua fraude, set bona fide, sine ullo malo ingenio damus et diffinimus et solvimus atque penitus derelinquimus et omnino evacuamus et remittimus<sup>a</sup> domino Deo et domui milicie Templi et tibi fratri Fulchoni de Montepesato, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, totum quicquid habemus et habere aliquo modo debemus jure vel consuetudine vel alio aliquo modo sive petebamus vel petere aliquo modo poteramus aut clamabamus, et omnia jura et voces et



rationes que habebamus vel habere debebamus in ipsa vinea vestra metipsa que fuit Raymundi Lupasti condam in termino Sancte Eugenie de Ortafana, in loco qui vocatur ad Comes de Arnis; et affrontat ab oriente in alia vinea vestra metipsa, a meridie in terra Petri Miri de Bagis, ab occidente in Comam de Arnis, ab aquilone in terra Bernardi de Area de Bagis. Sicut in istis prenominationibus III<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic nos prenominationibus diffinimus et damus et solvimus domino Deo et domui milicie Templi et tibi fratri Fulchoni de Monte Pesato, preceptori Mansi Dei predicto, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, totum quicquid in predicta vinea habemus et habere aliquo modo debemus jure vel consuetudine vel alio aliquo modo, et totum quicquid ibi petebamus vel petere aliquo modo poteramus sive clamabamus, et omnia jura et voces et rationes que ibi habemus et habere debemus aliquo modo, totum, integritate ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi, dici, legi ac scribi potest ad bonum intellectum<sup>b</sup> et ad bonam utilitatem vestram et vestrorum. Et modo in presenti de nostro jure et de nostro posse in vestrum jus et vestrum posse et vestrorum totum quicquid in predicta vinea habemus vel habere aliquo modo debemus tradimus et transferimus ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas. Et pro hac definitione et absolute, quam vobis et vestris facimus, habuimus et accepimus ex bonis et ex elemosinis predictae domus XL solidos barchinonensium bonorum, de quibus omnibus a vobis profiteamur nos bene esse pacatos<sup>c</sup> et expresse renunciamus exceptioni non numerate pecunie.<sup>d</sup> Et est manifestum. Actum est hoc III<sup>o</sup> kalendas maii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Poncii Raymundi de Bagis, Sig+num Petri Arnaldi, fratris ejus, Sig+num Marie, sororis eorum, Sig+num Aladaidis, matris eorum, qui hoc omnes fieri ita jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Guilelmi Bernardi de Sancto Ypolito. Sig+num Bernardi de Furchis, pelliparii. Sig+num Raymundi Saumalerii. Sig+num Poncii Furchis de Bagis. Sig+num Bernardi, filii Petri Furchis de Bagis.

Johannes Rotbertus, subdiaconus,<sup>e</sup> scripsit hoc, rogatus, et suprascriptum in VI<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. remitimus B.    b. intellectum *repetit per error* B.    c. paccatos B.    d. pecunie B.    e. subdiachonus B.

## 202

1207, 8 de juny

*Guillem de Canet promet a Guillem de Montesquiu ésser el seu fiador si la seva muller Cerdana o algú en nom seu li espoliés l'honor que ha venut a la parròquia de Sant Esteve d'Orla, i per això li obliga tots els seus béns.*

A Original, pergamí, amplada 150 mm, altura 125/140 mm, ADPO, 1B63.<sup>177</sup>

Notum sit cunctis quod Guilelmus de Caneto, per me et per meos, presentes atque futuros, bona fide ac per firmam stipulacionem promito<sup>a</sup> tibi Guilelmo de Monte Esquivo, et tuis, et quibus vuleris, quod si uxor mea Cerdana, vel sui, vel aliquis nomine ejus, evinceret tibi aliquid vel totum in toto illo honore quem ego tibi vendidi in adjacentia Sancti Stephani de Orulo, sim tibi legitimus auctor et tuis. Et ob eviccionem jam dicti honoris me et meos et omnia mea bona presentia atque futura tibi et tuis obligo. Actum est hoc VI idus junii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi de Caneto, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Guilelmi de Sancto Martino. Sig+num Raimundi d'Atsati. Sig+num Guilelmi de Burgo. Sig+num Raimundi de Sancto Martino. Sig+num Guitardi de Aleinano. Berengarius de Gassa,<sup>b</sup> publicus scriptor, hoc scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Sic A per promitto. b. Sic A per Grassa.

## 203

1207, 30 de juny

*Berenguer de Palasol, malalt, fa testament. Designa Ramon Negre i Joan Roig marmessors testamentaris. [1] Elegeix sepultura al cementiri de Santa Maria del Masdéu. [2] Llega una aimina d'ordi a Sant Hipòlit i una altra aimina als preveres d'aquesta església. [3] Llega 40 sous barcelonesos a Santa Maria de la Garriga. [4] Llega al seu nebot Bertran tot el feu que té per Clara, més dos camps. [5] Llega al Masdéu i a la milícia del Temple tota l'honor que ha heretat dels seus pares i tot el feu que tenia pel difunt Pere de Sant Hipòlit, excepte el camp de la Vassa, que deixa a Ponç del Vernet així com una feixa*

177. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2459».

*de terra. [6] Llega igualment al Masdèu el que té en penyora a la vila de Garrius, tal com ho tenia amb el seu germà, el difunt Pere de Sant Llorenç, tots els ingressos de l'any procedents de la seva honor, i tots els seus béns mobles i immobles, la seva vaixella vinera i els seus estris a fi que els templers paguin tots els seus danys, deutes i deixes. [7] Demana que els templers donin 200 sous a les seves dues nodrisses, a les quals deixa una vaca amb una vedella. [8] Llega 100 sous barcelonesos a la seva germana Ermessenda, i una vinya i un mallol a Pere Cabot.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 32r-v, acta núm. 52.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 424-427, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 378-380, segons *B*.  
*a* Noy, Francisco, «Estudio histórico sobre el trovador Berenguer de Palou», *BRALB*, XXXVI, 1975-1976, doc. XV, pp. 99-100.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest. Idcirco ego Berengarius de Palaciolo, gravi detentus egritudine facio meum testamentum in meo bono sensu et in mea plenam memoria, in quo dispono et divido honorem meum totum et omnes meas res mobiles et immobiles, electis prius manumissores meis, scilicet R(aymundus) Nigri et Johannem Rubei, a quibus hec omnia dividantur post mei obitum,<sup>a</sup> sicut in hoc meo testamento scriptum invenerint.

[1] In primis, dimitto<sup>b</sup> animam meam et corpus ad sepeliendum<sup>c</sup> Deo et Beate Marie Mansi Dei et milicie Templi.

[2] Et dimitto<sup>b</sup> Sancto Ypolito unam eiminam ordei, et presbiteris qui ibi sunt constituti aliam eiminam ordei.

[3] Et dimitto<sup>b</sup> Sancte Marie de Garriga XL solidos barchinonensium.

[4] Item, dimitto<sup>b</sup> meo nepoti Bertrando omnem meum fevodum, quem teneo per dominam Claram; et amplius dimitto<sup>b</sup> ei unum meum campum, quem habeo in loco nominato ad VII Molina, et amplius unum campum meum, quem habeo in loco nominato ad *Bolidor* et quem tenet Petrus *Gros* pro me.

[5] Item, dimitto<sup>b</sup> Mansi Dei et milicie Templi omnis meus honor, qui mihi evenit ex parte patris mei et matris mee, et amplius omnem fevodum, quem teneo per Petrum de Sancto Ypolito qui fuit, excepto illum campum, quem habeo in loco nominato ad Vassam de super viam, quem dimitto<sup>b</sup> Poncio de Vernetto per

liberum alodium; et amplius dimitto<sup>b</sup> ei, prefato Poncio, unam faxiam terre, in loco vocato ad *Trial*, per liberum alodium.

[6] Item, dimitto<sup>b</sup> amplius Mansi Dei et milicie Templi omnem pignus meum, quod habeo in villam de Garricis, sicut melius ego et frater meus de Sancto Laurencio Petrus, qui fuit, tenuimus et habuimus, et amplius omnia expleta mea mei honoris hujus anni, et omnia mea mobilia et immobilia, tinas et vaixilla et supellectiles<sup>d</sup> mea, ubique, ad persolvendum mea debita, tali quidem condicione quod domus Mansi Dei et milicie Templi persolvat omnia mea injuria et omnia mea debita, que jure possint recitari, et meam manumissionem.

[7] Et donet predicta domus meis nutricis A. et Clemencie CC solidos barchinonensium. Et amplius dimitto<sup>b</sup> nutricis meis predictis unam vacham cum *vedela*.

[8] Item, dimitto<sup>b</sup> sorori mee Ermessendi C solidos barchinonensium; item, Petro Caboti et suis, unam vineam, loco vocato ad *Pug*, et amplius unum maleolum, in loco vocato ad Baltoni, ad faciendas omnes suas suorumque voluntates imperpetuum, et per liberum alodium.

Hoc testamentum meum predictum laudo et confirmo ego Berengarius de Palaciolo predictus, et volo illud valere jure testamenti; si vero jure testamenti non valeret, volo illud valere jure codicilli, si vero jure codicilli non valetur, volo illud valere jure tale qualis ultime voluntatis parentis inter filios. Et hec est ultima mea voluntate. Et est manifestum. Actum est hoc II<sup>e</sup> kalendas julii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>, regnante in Francia Philipo. Sig+num Berengarii de Palaciolo, qui hoc testamentum ita fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Poncii, presbiteri. Sig+num Francii, presbiteri. Sig+num Guilelmi *Traver*. Sig+num Berengarii *Traver*. Sig+num Johannis Rofini.

Arnaudus, levita, scripsit, rogatus, cum litteris<sup>e</sup> suprascriptis in VIII<sup>a</sup> linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. obidum B.    b. dimito B.    c. sepelliendum B.    d. superlectilia B.    e. litteris B.

1207, 19 d'agost

*Joan Ferrana de Bages cedeix a la milícia del Temple i a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdéu, i als altres frares*

*d'aquesta casa tot el que té i tot el que pogués reclamar, per dret i per costum, sobre una vinya que els templers tenen al terme de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Coma de Darnac. Per aquesta concessió, reconeix haver rebut 10 sous barcelonesos.*<sup>178</sup>

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 171r-v, acta núm. 289.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 381-384, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Johannes Ferrana de Bagis, per me et per omnes meos presentes ac futuros, non inductus dolo<sup>a</sup> neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, sine omni enganno, dono et diffinio atque penitus derelinquo domino Deo et domui milicie Templi et tibi fratri Bernardo de Ceguínolis, preceptori Mansi Dei,<sup>b</sup> et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, totum quicquid habeo vel habere debeo et totum quicquid petebam sive petere vel clamare poteram jure vel consuetudine, vel alio aliquo modo successionis<sup>c</sup> parentum meorum in una vinea vestra, qua habetis in termino Sancte Eugenie de Ortaphano, in loco vocato ad Comam de Arnis; et affrontat ab oriente et ab aquilone et ab occidente in vestris vineis metipsis, a meridie in vinea Deus lo salvi. Sicut in hiis prenominatis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic dono et diffinio atque penitus derelinquo domino Deo et predictae domui milicie et tibi fratri Bernardo de Ceguínolis, preceptori Mansi Dei predicto, et omnibus aliis fratribus ibidem presentibus atque futuris, totum quicquid habeo vel habere debeo et totum quicquid petebam sive petere vel clamare poteram, jure vel consuetudine, vel alio aliquo modo sive successione parentum meorum in predicta vinea, totum, integritè ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio,<sup>d</sup> sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, pro X solidis barchinonensium bonorum, de quibus omnibus a vobis profiteor me bene esse pacatum,<sup>e</sup> et expressim renuncio exceptioni non numerate pecunie.<sup>f</sup> Et modo in presenti de meo jure et de meo posse in vestrum jus et in vestrum posse et vestrorum totum quicquid in predicta vinea habeo vel habere

178. Els templers del Masdèu havien obtingut uns quants mesos abans una concessió similar a propòsit d'una altra vinya situada al terme; vegeu més amunt l'acta núm. 201.

debeo, jure vel consuetudine, vel alio aliquo modo sive successione parentum meorum, et totum quicquid petebam sive petere vel clamare ibi poteram trado ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et si predicta donatio vel diffinitio modo plus valet prescripto pretio, vel inantea est valitura, quicquid est illud seu illam magis valentiam vobis et vestris dono ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et est manifestum. Actum est hoc XIII<sup>o</sup> kalendas septembris, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Johannis Ferrane de Bagis, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Petri de Petra alba, presbiteri. Sig+num Guilelmi Cocci Mansi Dei. Sig+num Raymundi de Torrente.

Johannes Rotbertus, subdiaconus,<sup>g</sup> scripsit hoc, rogatus, et suprascriptus in II<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dolo omès B.    b. Dei omès B.    c. succession B.    d. ingenio B.    e. pacatum B.    f. pecunie B.    g. subdiachonus B.

## 205

1207, 26 d'agost. Masdèu

*Pere I, rei de Catalunya-Aragó, amb el consentiment de Guillem Durfort, castlà de Cotlliure, dona a fra Folc de Montpesat, comanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa una peça de terra alodial situada més avall del castrum de Cotlliure, compresa entre la torre mestra del castell, a l'est, els cellers del castell i de Joan Rossell, al sud, l'actual porta del castrum i el mas de Pere Enard, a l'oest, i el mar, al nord, per a edificar-hi cases i els edificis que vulguin. El rei els concedeix el dret d'obrir una porta a les muralles del castrum per la qual podran accedir lliurement a aquesta plaça. Es compromet a traslladar la porta d'entrada del castrum si els templers ho sol·liciten, i els autoritza a tancar les dues portes actuals.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 1v-2, acta núm. 2.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 429-432, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 385-388, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonem, comes Barchinone, cum consilio et voluntate

Guilelmi Durfortis, castelani castris Cocolibri, per nos et per omnes successores nostros, amore Dei et remissione peccatorum nostrorum, damus et tradimus imperpetuum domino Deo et domui milicie Templi et vobis fratri Fulconi de Montepesato, preceptori domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, quandam plateam terre infra castrum Cocolibri ad edificandum<sup>a</sup> et construendum domos et quecumque edificia<sup>b</sup> facere volueritis, a sala castelli usque ad portam per quam modo ingressus sive introitus est. Affrontat autem predicta platea ab oriente in mari et in patuo domini regis et in sala castelli, a meridie in cellario castelli et in cellario Johannis Rosselli, ab occidente in porta castris et in manso Petri Enardi et in mari, ab aquilone in mari, et abinde quantum infra mare construere vel edificere<sup>c</sup> volueritis vel poteritis. Quantum istis affrontationibus includitur et ambitur, sic damus et in presenti tradimus vobis predictis fratribus et successoribus vestris imperpetuum predictam plateam, cum ingressibus et egressibus et omnibus suis pertinentiis et meliorationibus, de celo usque in abyssum,<sup>d</sup> francham et liberam et quietam et ab exactione et servitute immunem, ad cunctas inde vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas sicut de vestro proprio alodio francho, sicut melius dici et intelligi potest ad vestrum vestrorumque commodum et salvamentum. Et iterum damus et concedimus vobis totam illam plateam que est a muro usque mare, ut in ea cum volueritis similiter construatis. Concedimus etiam vobis et donamus ut infra hanc donationem possitis facere portam in muro, in qualibet<sup>e</sup> parte volueritis ad vestram voluntatem, unde liberum introitum habeatis. Nos item faciemus portam et mutabimus introitum castris ab alia parte castelli ad vestram commonitionem,<sup>f</sup> dantes vobis licenciam claudendi illas portas duas que modo ibi sunt. Et ego Guilelmus Durfortis, castellanus prefati castelli, per me et per successores meos, hanc donationem vobis predictis fratribus et successoribus vestris laudo et concedo imperpetuum per alodium franchum absque omni retentu meo et meorum. Datum per manum Petri de Blandis, notarii nostri, apud Mansum Dei, et mandato ejus scripta a Raymundo Suavi.

Sig-m.-num Petri, Dei gracia regis Aragonum et comitis Barchinone. Sig+num Guilelmi Durforti.

Factum est hoc VII<sup>o</sup> kalendas septembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII. Ego Ferrarius, notarius domini regis.

Sig+num Garcie Romei, Sig+num Artalli de Alagone, Sig+num Guilelmi de Podio, Sig+num Blaschi Romei, Sig+num Martini<sup>g</sup> de

Caneto, Aragonensium. Sig+num Gauffredi de Rochabertino, Sig+num Bernardi de Portella, Sig+num Raymundi Gaucerandi, Sig+num Arnaldi de Fuxano, Sig+num Guilelmi de Creixello, Sig+num Uguonis de Turre rubea, Sig+num Uguonis de Mataplana, Chatalanorum.

Sig-(SM)-num Columbi, domini regis notarii.

Sig-(SM)-num Petri de Blandis, notarii domini regis, qui, mandato ejus, scripsi fecit supradicta die, loco, mense et anno quibus supra.

a. hedificandum B.    b. hedificia B.    c. hedificere B.    d. habissum B.    e. quilibet B.    f. comonitionem B.    g. Maranus B.

## 206

1207, 22 d'octubre

*Bernat de Vilamulaca, havent superat l'edat de la pubertat, per la salvació de la seva ànima, de la dels seus pares, Bernat de Vilamulaca i Saurina, i més particularment de la del seu oncle Guillem de Santcliment, dóna a Sant Salvador de Cirà, a Bernat de Pineda, el seu comanador, i a tots els frares i fraresses d'aquest priorat el delme de tots els fruits collits en aquestes dues vinyes situades al vinyar anomenat de l'Era, a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, així com el delme recaptat sobre una vinya situada més avall de les anteriors que la seva àvia Ermessenda havia donat a Sant Salvador. Paga igualment el deute de 5 sous barcelonesos que deu a aquest cenobi mitjançant una renda que s'ha de percebre sobre els fruits collits en aquestes vinyes. Berenguera, germana de Bernat, ha confirmat aquesta donació.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 14r-v, acta núm. 27.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 427-428, segons B.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Villa mulaca, jam annos puberatis excellens, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, non coactus ulla vi, nec deceptus fraude, nec dolo aliquo circumventus, set bona ac spontanea voluntate ductus, et bona et firma ac tuta fide, sine omni enganno et malo ingenio, inspecta etiam et desiderata utilitate anime mee et anime patris mei, Bernardi quondam de Villa mulaca, et matris mee, Saurine, et specialiter avunculi mei condam, Guilelmi de



Sancto Clemente, et omnium parentum meorum, dono, laudo firmiterque concedo domino Deo et isti suo loco Sancti Salvatoris de Sirano et nominatim tibi Bernardi de Pineda, ejusdem loci procuratori, et omnibus successoribus tuis, et omnibus fratribus et sororibus ejus loci, presentibus et futuris, et cui vel quibus volueritis, et jure perfecte ac vere donationis et laudationis, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, de meo jure et dominio et tenore ac potestate, et meorum, in jus et dominium, tenorem et potestatem Dei et Sancti Salvatoris et tui, predicti Bernardi de Pineda, et omnium tuorum successorum, in presenti trado et offero et in plenam possessionem mitto,<sup>a</sup> ad omnes vestras vestrorumque voluntates complendas et faciendas per secula cuncta, per franchum et liberum alodium, omnem decimam, cum omni integritate, duarum mearum vinearum et terrarum in quibus sunt site, de omnibus fructibus inde exientibus de vindemia, scilicet, et de pane, si evellebantur, et etiam de omnibus aliis fructibus, integre ac generaliter, potenter ac secure et specialiter et plenarie, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis ac pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus et ad se pertinentibus, sine omni vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius ac plenius et consultius et utilius a vobis vel a vestris sive a quo vivente viro sapienti dici vel legi aut intelligi potest, modo vel inantea, ad bonam utilitatem domus Sancti Salvatoris et omnium fratrum et sororum ejus, presentium et futurorum; et ita scilicet, scienter et expressim, quod jam amplius ab isto presenti die inantea nulla occasione vel excusatione nec ullo jure, divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo contra hec predicta vel aliquid horum venire possim, nec aliquis nec aliquid nomine meo. Et ex certa scientia mea renuntio omnibus illis beneficiis et jurium et legum pro quibus in judicio vel extra judicium venire possem vel aliquis per me, et faciam vobis et vestris semper predictam decimam totam habere et tenere et colligere et accipere in bona et quieta pace, omni excusatione cessante, simul cum omni alia decima illius vinee que est infra predictas vineas, quam avia mea, Ermessendis condam, Sancto Salvatore dedit et dimisit. Et de toto ego et mei erimus Deo et domui Sancti Salvatoris legales guirentes et defensores<sup>b</sup> et bone fidei observatores, semper et ubique, per bonam fidem et per firmam stipulationem vobis et vestris promitto.<sup>c</sup> Quas vineas habeo et teneo et habere et tenere debeo in episcopatu Elenensis, in termino Sancti Julia-

ni Ville mulace et in vineto vocato Area. Quarum I affrontat ab oriente in condamina Mansi Dei, a meridie in malleolo Mansi Dei, ab occasu in vinea Arnaldi Stephani de Campo, ab aquilone in vinea Raymundi Guilelmi et Petri de Pontiliano. Alia affrontat ab oriente in vinea dicti Arnaldi Stephani, et ab occasu<sup>d</sup> similiter, a meridie in vinea milicie, ab aquilone in vinea Bernardi Adalberti quondam. Et confiteor me habuisse et recepisse a vobis de bonis Sancti Salvatoris V solidos barchinonensium bonorum, quos etiam dono et affirmo vobis et vestris super omnia expleta predictarum vinearum mearum donec vobis restituerentur plenarie Si predicta decima aliquo jure evinceretur a vobis. Nullus hoc valeat dirumpere. Quod est hactum XI<sup>o</sup> kalendas novembris, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>.<sup>e</sup> Sig+num Bernardi de Villa mulaca predicti, qui hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num Berengarie, sororis ejus, que hoc laudavi. Sig+num Raymundi, presbiteri, capellani de Candello. Sig+num Johannis, presbiteri de Sancto Salvatore Villarmilani. Sig+num Petri *Marrelans* de Cantello.<sup>f</sup>

Berengarius, levita, scripsit hoc, cum litteris<sup>g</sup> suprapositis in III<sup>a</sup> linea, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. mito B.    b. deffensores B.    c. promito B.    d. ocasu B.    e. CC<sup>o</sup> repetit per error, B.    f. Sic B, *llegiu* Candello.    g. literis B.

## 207

1207, 18 de desembre

*Fra Bernat de Gunyoles, preceptor del Masdéu, amb el consentiment dels frares d'aquesta casa, dóna en acapte a Guillem Deulofeu de Sant Feliu d'Avall i a la seva esposa Ricsenda la meitat de la borda que va ésser de Guillem Ramon de Sant Feliu, avi de Guillem Deulofeu, i que pertoca a aquest per dret de successió i per l'adquisició dels drets de Guillem Ramon de Pollestres, fill del seu cosí, el difunt Bernat Ramon de Pollestres. Fra Bernat fa aquesta donació amb la condició que, d'aquí a cinc anys, els esposos institueixin en aquesta borda un home que serà home propi del Masdéu, i d'aquí a llavors, Guillem Deulofeu haurà d'ésser fidel als templers per tot el que els pertany en aquesta honor. Per aquesta donació, fra Bernat reconeix haver rebut 25 sous barcelonesos.*

- A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergamí, amplada 180 mm, alçada 210/215 mm, ADPO, Hp189.<sup>179</sup>
- A<sup>2</sup> Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergamí, amplada 170/180 mm, alçada 210 mm, ADPO, Hp189.<sup>180</sup>
- B Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, f. 389, segons A<sup>1</sup> et A<sup>2</sup>.

Notum sit cunctis quod nos frater Bernardus de Ceguinalis, preceptor Mansi Dei, per nos et per omnes nostros successores, consilio<sup>a</sup> et voluntate fratrum Mansi Dei, bona fide et sine omni enganno damus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter cum hac presenti carta in perpetuum valitura tradimus per accapitum et tenedonem tibi Guilelmo *Deuslofe* de Sancto Felice subteriori, et uxori tue Ricssendi,<sup>b</sup> et omnibus vestris, et cui dare vel dimitere<sup>c</sup> volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis et militibus et domibus religionum, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus, omnem medietatem tocius illius borde que fuit Guilelmi Raimundi de Sancto Felice, avii tui dicti Guilelmi *Deuslofe*. Sicut superius dictum est, et sicut melius et plenius tibi pertinet sive pertinere debet pro successione avii tui predicti sive ullo alio modo, et sicut melius hoc adquisivisti a Guilelmo Raimundo de Pollestris, filio<sup>d</sup> condam Bernardi Raimundi de Pollestris, consanguineo tuo,<sup>e</sup> justo judico in meo posse dato, sic nos frater Bernardus de Ceguinalis, preceptor Mansi Dei predictus, damus ad accapitum<sup>f</sup> tibi Guilelmo *Deuslofe* predicto et uxori tue Ricssendi predicte, et vestris, omnem medietatem predicte borde, cum omnibus sibi pertinentibus et in se habentibus, scilicet cum casis, cum casalibus et ortis et ortalibus, cum campis et vineis et heremis et condirectis et cum omnibus aliis hic expressis vel non expressis ad medietatem predicte borde pertinentibus sive pertinere ullo modo debentibus, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. In tali vero modo damus ad accapitum<sup>f</sup> vobis et vestris omnem

179. El document porta al dors una anotació del segle xv: «Ia borda a Sent Pheliu», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1936».

180. El document porta al dors una anotació del segle xiv: «De Sant Feliu», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1936».

medietatem predicte borde cum omnibus sibi pertinentibus, sicut superius dictum est, ut vos habeatis in predicto honore usque ad V annos hominem institutum, qui sit homo noster proprius et solidus, bonus et fidelis nobis et dicte domui, et teneat predictum honorem et faciat censum que pro predicto honore fieri debet. Et inter predictum terminum tu sis bonus et fidelis de omni quod ad predictum honorem pertinet predicte domui. Et ego Guilelmus *Deuslofe* et ego Ricssendis uxor ejus, nos II<sup>o</sup> simul promittimus vobis fratri Bernardo de Ceguinalis predicto, et aliis fratribus Mansi Dei, bona fide quod totum, sicut superius dictum est, vobis et vestris attendemus et observabimus, et attendere et observare faciemus. Et nos frater Bernardus de Ceguinalis predictus recognoscimus quod pro hac donatione<sup>g</sup> quam vobis et vestris facimus, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XXV solidos barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse pccatos et expressim renunciamus exceptioni non numerate peccunie.

Et est manifestum. Actum est hoc XV kalendas januarii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>.

Sig+num fratris Bernardi de Ceguinalis, preceptoris Mansi Dei, qui hoc totum fieri jussi, laudavi, firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num fratris Flotardi, Sig+num fratris Bernardi de Citera, qui hoc laudavimus et firmavimus. Sig++na Guilelmi *Deuslofe* et Ricssendis, uxoris ejus, qui hoc laudavimus et firmavimus. Sig+num Deusde Rubei de Sancto Felice superiori. Sig+num Petri de Atssato. Sig+num Guilelmi Pelegrini.

Johannes Rotbertus, subdiachonus,<sup>h</sup> scripsit hoc, rogatus, et suprascripsit in X<sup>a</sup> linea et in XVI<sup>a</sup> linea<sup>i</sup> et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Sic A<sup>1</sup>, A<sup>2</sup> per concilio. b. Ricssendis A<sup>1</sup>. c. Sic A<sup>1</sup>, A<sup>2</sup> per dimittere. d. filii A<sup>1</sup>. e. *L'escrivà ha afegit una crida a la interlínia abans de filio a la qual correspon un segon senyal similar col·locat abans de consanguineo A<sup>2</sup>.* f. ad accapitum afegit a la interlínia A<sup>1</sup>. g. quod pro hac donatione afegit a la interlínia A<sup>2</sup>. h. subdiachonus omès A<sup>2</sup>. i. et suprascripsit in XX<sup>a</sup>III<sup>a</sup> linea A<sup>2</sup>.

1208, 10 de gener. Daroca

*Pere I, rei de Catalunya-Aragó, mana a tots els seus oficials i súbdits del regne d'Aragó, siguin els que siguin, que respectin les possessions, els ramats i els drets de l'orde del Temple, i que*

*els protegeixin i els ajudin. Qualsevol contraventor s'exposarà a una multa de 1.000 peces d'or.*

- A Original, pergami antigament proveït d'un segell penjant, amplada 340 mm, alçada 280 mm, ACA, Reial Patrimoni, Gran Priorat de Catalunya, carpeta 142, perg. núm. 138.
- B Còpia autèntica del 12 de maig de 1562 per Lluís Jorba, notari públic a Barcelona, pergami, amplada 290/300 mm, alçada 360 mm, ADPO, Hp183.<sup>181</sup>
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, pp. 505-507, segons A.

Indicat: MIRET I SANS, Joaquim, *Itinerario del rey Pedro I de Cataluña, II en Aragón, BRABLB*, t. III (1905-1906), p. 441.

Petrus, Dei gracia rex Aragonum et comes Barchinone, dilectis et fidelibus suis universis merinis, bajulis, zahalmedinis, justiciis, alchaldis, juratis et universis conciliis Cesarauguste,<sup>a</sup> Osce, Jacce, Exee, Lune, Barbastri, Ahynse, Belse, Berbegalis, Pertuse, Ayerbi, Bolee, Almudevari, Saranane, Zofere, Morelli, Tenne, Vallis etiam de Bergoth, et totius Suprarboris, et eorum omnium pertinentium, militibus etiam dominabus, infanzonibus et infanzonis, clericis etiam et viris religiosis et aliis universis Cristianis, Judeis et Sarracenis per regnum Aragonum constitutis, tam presentibus quam futuris, ad quos hanc cartam pervenire contigerit, salutem et sue gracie plenitudinem. Quoniam fratres milicie Templi divini amoris igni

181. «Hoc est exemplum fideliter Barcinone sumptum a quodam privilegio regio per dictum regem et per quam plurimos de suo regio consilio auctoritate et seu subsignato in archivo religionis sacre domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitanensis Barcinone constructo recondito et custodito in pergameneo exarato non viciato nec cancellato neque in aliqua ejus parte suspecta sed omni prorsus vicio et suspicione carente, cujusquidem privilegii tenor talis est: [Segueix la transcripció de l'acta del 10 de gener de 1202]. Sig-(SM)-num Honofrii Rialp auctoritate regia notarii publici Barchinone testis. Sig-(SM)-num Andree Fontova auctoritatibus apostolica et regia notarii publici Barchinone testis. Sig+num Andree Çacossta domicelli regentis vicariam Barcinone Agualate et Vallensis Modiliani et Modilianensis, qui huic exemplo ab ejus originali predicto et cum eodem veridice comprobatur ut eidem suo tamquam originali in iudicio et extra fides ab omnibus impendatur ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum appositum manu mei Joannis Dot civis Barcinone regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem suam scribeque maioris curie vicarie Barcinone pro honorabili Joannote Terre domicello, dominus utili scribanie ipsius curie, in cujus posse dictus honorabilis regens dictam vicariam hanc firmam fecit die duodecima mensis may anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, presentibus testibus discretis Joanne Castello et Thoma Guerdia, notariis, civibus Barcinone; et pro eo ego dictus notarius et scriba hec scripsi et meum apposui sig-(SM)-num. Sig-(SM)-num Lodovici Jorba apostolica atque regia auctoritatibus notarii publici Barchinone qui hujusmodi exemplum a suo originali predicto regio privilegio fideliter sumptum, et cum eodem ad verbum veraciter comprobatur scribi feci testificatumque, auctorisatum et decretatum clausi die XII<sup>a</sup> mensis madii millesimo D<sup>o</sup> sexagesimo secundo anno». El document porta al dors la signatura topogràfica «31 - A», la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 71» i anotacions modernes en català.

succensi sacre religionis feudiis vaccanti et bonis operibus inhe-  
rendo ubicumque terrarum locus et opportunitas se eis offerunt  
cristiani fidei deffensionem et propagationem, cum personis et rebus  
insudare et invigilare non cessant. Idcirco, licet omnes religiosos a  
malis omnibus deffendere teneamur, ipsos tamen et sua propensius  
confovere et a dampnis et molestiis universis comunire et custodire  
modis quibus possumus, et deffensare debemus contra incursus  
totius sevientis malicie temporalis. Quapropter ipsorum fratrum  
conversationem et opera attendentes, et predecessorum nostrorum,  
ut boni emulatores exempla sequentes, statuendo sanccimus cum  
presenti privilegio signi et bulle nostre plumbee in signum per-  
petue firmitatis munimine insignito ut nulla ecclesiastica secula-  
risve persona, sublimis vel infima, domos eorum, villas, cabannas  
gregum vel armentorum invadere, seu in eis per vim albergare,  
aut in aliquid per violentiam rapere, aut accipere aliqua ratione  
attemplet greges etiam eorum, vel armenta a pascuis aliquibus,  
que eis ubique concedimus, sine tala abigere vel ipsos fratres  
dehonestare, aut eos vel res eorum forciare, pignorarere, impedire,  
detinere aut perturbare presumant, dum modo ipsi velint et pa-  
rati sint satisfacere conquerenti. Unde volumus et sub ea pena et  
distractione qua possumus vobis omnibus precipimus et injugimus  
quatenus si aliquis nobilis aut ignobilis in tantum progressus fuerit  
malum, ut aliquid de predictis que in quantum possumus inhibe-  
mus prenominatis fratribus vel ipsorum hominibus, domibus, villis,  
cabannis, peccoribus aut armentis intulit eum quecumque sit, ab  
hoc penitus prohibere et arcere potenter et fideliter procuretis, et  
illata dampna recuperare de factis injuriis statim cum audieritis  
vindictam summere dignam totis viribus studeatis, et ipsos fratres  
honoretis et adjuvetis in omnibus et a molestiis omnibus deffendatis  
si de vobis et de gracia nostra unquam confidere vultis, omnes  
ergo ex vobis, qui bene et laudabiliter in hoc se habuerint, ita  
quod fratres predicti nobis inde copiosas de ipsis debeant reddere  
grates bonam a Deo remunerationem sine dubio consequentur. Et  
nos semper specialiter ob hoc in cunctis negociis suis sentient  
magis propicios magisque faciles et benignos, quicumque vero in  
hiis tepidus apparuerit vel remissus, et hoc mandatum nostrum  
adimplere neglexerit, vel distulerit, nos contrarios et cunctis sibi  
inveniet et habebit, et insuper iram et indignationem nostram se  
noscens perpetuo incurrisse a nobis pro contemptu mandati nostri  
in mille aureis sine aliquo remedio punietur. Prohibemus etiam  
ut nulla algamma Judeorum, vel aliquis de ea Judeos, militie

propter questias vel alia occasione possit excommunicare, quod qui faceret, penam supra scriptam, quicumque sit, se noverit sine dubio incursum.<sup>b</sup> Datum Daroche, IIII idus januarii, sub era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XL<sup>a</sup> sexta, per manum Ferrarii notarii nostri.

Testes hujus rei sunt: (1a columna) R(aimundus), Tarrachonensis archiepiscopus, G(uilelmus), Tirasonensis episcopus, (2a columna) P., prior Montis Aragonis, R., abbas Olivani, G., decanus Tirasonensis, (3a columna) Garcia Romei, Ex(iminis) Cornelii, Michael de Lusia, (4a columna) A(rtallus) de Alascone, Petrus *Goterriz*, majordomus, Assallitus de *Godal*.

Sig-m.-num Petri, Dei gracia regis Aragonensis et comitis Barchinonensis.

Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci, mandato ipsius, loco die et anno prefixis.

a. Cesarauguste *afegit a la interlínia A.* b. *La clàusula «Prohibemus ... incursum» afegida a la interlínia A.*

## 209

1208 (nou estil), 1 de febrer

*Guillem Marquès de Nils i la seva esposa Alamanda venen a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa, i més particularment al llantier de la família del Masdèu, un hort amb les oliveres que hi ha plantades, excepte dues oliveres que pertanyen als templers. Aquest hort, que tenen pel Masdèu, és al terme de Vilamulaca, a l'Horta d'Amunt. Els esposos fan aquesta venda pel preu de 27 sous barcelonesos. El comanador del Masdèu ha aprovat la venda per la qual declara haver rebut el foriscapi.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 189r-v, acta núm. 326.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 394-397, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Marchesius de *Anils* et ego Alamanda, uxor ejus, nos II simul, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, non coacti ulla vi nec decepti aliqua fraude, set bona fide, sine omni enganno vendimus et damus et cum hac presenti carta perfecte venditionis et donationis imperpetuum valitura de nostra potestate in vestra in presenti tradimus et diffinimus et ex toto relinquimus perpetuo jure pos-

sidendum et habendum domino Deo et beate Marie et domui milicie Templi et tibi fratri Bernardo de Ceguinalis, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, et specialiter lampadi familie Mansi Dei I ortum nostrum cum omnibus olivariis qui in predicto orto sunt, preter II olivarios qui sunt propriis Mansi Dei, quem ortum tenemus pro domo Mansi Dei in termino Sancti Juliani<sup>a</sup> de Villa mulacha, in orta superiori, et affrontat ab oriente in orto Johannis Celere, a meridie in orto Johannis [Gele], ab occidente in oliveta Sancte Marie de Campo, ab aquilone in orto Raymundi de Ripa. Sicut in hiis prenominatis III<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic nos prenominati vendimus et damus et in presenti tradimus Deo et dicte domui milicie et vobis dictis fratribus, presentibus et futuris, et specialiter dicte lampadi familie predictum ortum cum predictis olivariis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, pro XXVII solidis barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse pacatos,<sup>b</sup> et expressim renunciamus exceptioni non numerate pecunie.<sup>c</sup> Et modo in presenti de nostro jure et de nostro posse in vestrum jus et vestrum posse et vestrorum dictum ortum cum dictis olivariis tradimus et transferimus et nos de toto denudamus et vos investimus, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et si hec predicta venditio modo plus valet prescripto pretio, vel inantea est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia vobis et vestris damus et laudamus, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, per quod contra predictam donationem et venditionem venire poterimus, scienter et expressim omnibus modis renunciamus totumque imperpetuum diffinimus; et nos et omnes nostros omniaque nostra de jam dicta venditione et donatione vobis et vestris semper et ubique de omni evictione tenemur. Et est manifestum. Actum est hoc kalendis februarii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi Marchesii de Anils, Sig+num Alamande, uxoris ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num fratris Bernardi de Ceguinalis, preceptoris Mansi Dei, qui hoc laudavit et firmavit et habuit inde suum foriscapium. Sig+num



Berengarii de Cantalupis, Elnensis canonici. Sig+num Guilelmi Cocci. Sig+num Guilelmi Borrelli de Anils. Johannes Rotbertus, subdiaconus,<sup>d</sup> scripsit hoc, rogatus, et rasit et emendavit in VII<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Sancti Pauli B.    b. paccatos B.    c. peccunie B.    d. subdiachonus B.

## 210

1208 (nou estil), 15 de febrer

*Bertran, nebot del difunt Berenguer de Palasol, ven a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdéu, a fra Arnau, capellà, a fra Balaguer i als altres frares dos camps situats a Sant Hipòlit que el seu oncle li havia llegat.<sup>182</sup> Bertran i Berenguer Gausfred renunciien als drets i recursos que poden haver heretat de llurs pares en l'honor de llur oncle, excepte el feu que aquest tenia per Clara, que Bertran reté per ell. Per aquesta venda han rebut 140 sous barcelonesos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 19v-20, acta núm. 34.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 405-407, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 398-403, segons B.

a NOY, Francisco, «Estudio histórico sobre el trovador Berenguer de Palou», *BRALB*, XXXVI, 1975-1976, doc. XVI, pp. 101-102.

Notum sit cunctis quod ego Bertrandus, nepos Berengarii de Palaciolo condam, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide, sine omni enganno, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, vendo et dono et diffinio cum hac presenti carta perfecte venditionis imperpetuum valitura de mea potestate in vestra in presenti trado, perpetuo jure possidendum et habendum, domino Deo et domui milicie Templi et tibi fratri Bernardi de Ceguínolis, preceptori Mansi Dei, et tibi fratri Arnaldi, capellano, et tibi fratri Balaguerio et omnibus aliis fratribus Mansi Dei, presentibus atque futuris, per liberum et proprium alodium, II campos, quos Berengarius de Palaciolo predictus [...] <sup>a</sup> in sua ultima voluntate dimisit, sicut in suo testamento continetur. Qui campi sunt in termino et in adjacentia Sancti Ypolitii. Unius est

182. Per al seu testament del 30 de juny de 1207, vegeu més amunt l'acta núm. 203.

in loco vocato Septem Molina, et est meus proprius. Alius vero campus est in loco vocato a *Bolidor*, quem Petrus *Gros* de Sancto Laurentio pro me tenet, ex quo donat quartum et usaticos et annuatim I par [...] <sup>b</sup> in predicto campo expletum ordeï vel frumenti aderit I ancerem in festo sancti Johannis Bapstiste de junio [...] <sup>c</sup> Ego Bertrandus predictus et ego Berengarius Gaufredi, nos II, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, bona fide, sine omni enganno, damus, diffinimus et solvimus et omnibus modis reliquimus, et cum hac eadem carta in perpetuum valitura, in presenti tradimus, perpetuo jure possidendum et habendum, domino Deo et dicte domui milicie et tibi fratri Bernardo de Ceguïnolis, preceptorï Mansi Dei predicto, et fratri Arnaldo, capellano, et fratri Balaguerio, predictis, et aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, omnia nostra jura et voces et actiones, que habemus et habere debemus successione parentum nostrorum, sive ullo alio modo, in omni ipso honore qui fuit predicti Berengarii de Palaciolo, avunculi nostri, quicumque sit vel ubicumque sit, in cunctis locis, excepto feuvodo quod pro domina Clara tenebat, quod ego Bertrandus predictus mihi retineo. In tali vero modo nos II predicti vendimus et damus et diffinimus dicte domui et vobis predictis fratribus omnia predicta, ut predictum est, ut, ab hoc presenti die inantea, in predicto honore nos nec nostri nec aliquis nomine nostro ullam actionem facere vel movere non valeamus, set decetero omnis predictus honor, cum omnibus suis pertinentiis, sit solutus et diffinitus vobis et vestris a nobis et a nostris omni tempore, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et si forte aliqua persona aliquid vel totum evicerit vobis vel vestris in predictis II campis, ab omni evictione ego predictus Bertrandus, vobis et vestris teneor. Et obligo inde vobis et vestris omnia bona mea, presencia et futura, tam honoris quam averis, quecumque sint vel ubicumque sint. Et pro hac venditione et donatione et diffinitione, quam vobis et vestris facimus, habuimus et accepimus ex bonis et ex elemosinis predicte domus CXL solidos barchinonensium bonorum, et expressim renunciamus exceptioni non numerate peccunie. Et si predicta donatio, venditio <sup>d</sup> et diffinitio modo plus valet prescripto pretio, vel inantea est valitura, quicquid est illud seu illam magis valentiam, vobis et vestris damus et laudamus ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et si aliqua lege vel aliquo jure sive more contra hec venire poterimus, illi legi et juri ac mori ex certa scientia renunciamus. Et ita totum ut in hac carta continetur nos observaturos bona fide

per stipulationem convenimus, promittentes<sup>e</sup> vobis et vestris nos ex omni predicto honore bonos adjutores et defensores<sup>f</sup> et fideles garentes secundum nostrum posse esse; et hoc juramus per Deum hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, quod sacramentum quisque ex nobis corporaliter nostris propriis manibus facimus. Et est manifestum. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas marcii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Bertrandi, nepotis condam Berengarii de Palaciolo, sig+num Berengarii Gaufredi, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus, testesque firmare rogavimus. Sig+num Bernardi de Solatico. Sig+num Petri de Solario. Sig+num Guilelmi Mauratoni de Perpiniano.

Johannes Rotbertus, subdiachonus, scripsit hoc, rogatus, et rasit et emendavit in V<sup>a</sup> linea et suprascriptit in XII<sup>a</sup> linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Passatge il·legible B, llacuna de 35 mm.* b. *Passatge il·legible B, llacuna de 40 mm.* c. *Passatge il·legible B, llacuna de 15 mm.* d. *vendictio B.* e. *promittentes B.* f. *deffensores B.*

## 210 bis

1208, 5 de juliol

*Vidimus per Joan Robert, sotsdiaca, de l'acta d'arbitratge donada pel rei de Catalunya-Aragó Alfons I el 16-24 de març de 1195 (nou estil).*<sup>183</sup>

A. Original, pergami mutilat, amplada 220 mm, alçada 180 mm, ADHG, H120.

[*Fórmula d'autenticació després de la transcripció de l'acta d'arbitratge:*] Johannes Rotbertus, subdiachonus, fideliter atque legaliter translavit hoc translatum, puncto ad punctum, verbo ad verbum, nichil addens vel minuens, coram tribus testibus advocatis, scilicet fratre Arnaldo, capellano Mansi Dei, Bernardo Johanne, presbitero, et Boneto, presbitero, qui hoc translatum et originalem instrumentum viderunt et legerunt III nonas julii, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, et hoc sig-(SM)-num fecit.

183. Vegeu més amunt l'acta núm. 160.

## 211

1208, 9 de juliol

*Arnau de Llers ven a Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, i a tots els frares del Temple tot el que posseeix a la vila i al terme de Sant Julià de Terrats, al Vallespir, pel preu de 5.100 sous barcelonesos. Els ven també tots els homes i dones originaris d'aquest lloc, amb llurs fills i llurs béns, siguin on siguin, i la fortificació que hi té. Els permet legalment de prendre immediatament possessió d'aquesta vila i de la seva fortificació. Guillem de Cervià i els seus fills han confirmat aquesta venda.*

- A<sup>1</sup> Original, pergamí, amplada 225/235 mm, alçada 165 mm, ADPO, Hp190.<sup>184</sup>
- A<sup>2</sup> Original, pergamí, amplada 230/240 mm, alçada 155 mm, ADPO, Hp190.<sup>185</sup>
- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 73v, acta núm. 115, segons A<sup>1</sup> i A<sup>2</sup>.
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 435-437, segons B.
- D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 404-407, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Lercio, per me et per omnes meos presentes ac futuros, non coactus nec deceptus in aliquo, set spontanea voluntate ductus, vendo et cum hac presenti carta imperpetuum valitura trado corporaliter domui Mansi Dei et tibi fratri Bernardo de Ceguínolis, comendatori ejusdem domus, omnibusque fratribus Templi,<sup>a</sup> presentibus et futuris, quicquid habeo vel habere debeo in villa de *Terratz*,<sup>b</sup> que est sita in episcopatu Helenensi, in Valespirio,<sup>c</sup> et in omnibus terminis Sancti Juliani ejusdem ville, scilicet homines et feminas, mansos, masatas,<sup>d</sup> cum omnibus suis tenedonibus, dominia et adempriua et terremerita et justicias, questas, toltas, forcias, albergas, foriscapia, rivos et aquas et pascua, fevoda<sup>e</sup> et alodia, quartos, quintos et agrarios,

184. El document porta al dors: la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari al final del segle XIII; un regest del segle XIV: «Carta venditionis ville de Terratz»; un regest del segle XV en català: «Carta de compra que fen lo comanador d'alscunes coses a Terratz»; una menció del segle XVI: «Terrats», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 347».

185. El document porta al dors: la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari al final del segle XIII; un regest del segle XIV: «Carta venditionis ville de Terratz»; una menció del segle XVI: «Terrats», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 347».

campos et vineas, ortos et ortalia, joas et tras<sup>f</sup> et operas, census et usaticos et bordas et generaliter omnia jura, tam corporalia quam incorporalia, que dici vel nominari possunt, nullo jure ibi mihi vel meis retento. Que omnia predicta pro francho alodio<sup>g</sup> vendo vobis pro V milibus et C solidis bonorum barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profiteor me bene esse paccatum et sum, ita quod excepcioni non numerate peccunie scienter et expressim renuncio. Et si forte aliquid de predictis vel totum aliqua persona<sup>h</sup> a vobis vel a vestris evicerit, pro ipsa evictione domui Mansi Dei et tibi, fratri Bernardo de Ceguinalis, comendatori ejusdem domus, omnibusque ejusdem fratribus, obligo me et mea. Et si quo jure, legis vel consuetudinis contra jam dictam<sup>i</sup> vendicionem venire potuero ego vel mei, illi juri renuncio, et specialiter legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justi precii. Adhuc etiam<sup>j</sup> pro predicto precio vendo vobis omnes illos homines et feminas quicumque exierunt<sup>k</sup> de predicta villa, cum prole ipsorum, ubicumque sint, cum omnibus suis, et etiam et fortitudinem et municionem quam ibi habeo, et egressus et ingressus predicte ville de *Terratz*.<sup>b</sup> Et in presenti dono et concedo ut liceat vobis auctoritate vestra intrari in possessionem predicte ville et fortitudinis sive municionis ejusdem et omnium supradictorum. Et est manifestum. Actum est hoc VII<sup>o</sup> idus julii, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Arnaldi de Lercio, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Guilelmi de Cerviano, Sig+num Berengarii, Sig+num Bernardi, Sig+num Anglese,<sup>l</sup> filiorum ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus,<sup>m</sup> firmavimus testesque firmare rogavimus.<sup>n</sup> Sig+num Ermengaudi, Fluvianensis abbatis. (*Crux*) B. de Monte Palatio, Inpuritanensis archilevita.<sup>o</sup> Sig+num Bernardi de Villa franca, monachi Sancti Michaelis Coxanensis. Sig+num Berengarii de Cantalupis, Helenensis canonici. Sig+num Raymundi Arnaldi de Taciono. Sig+num Guilelmi Escuderii. Sig+num Raymundi<sup>p</sup> Pelliparii, armigeris fratris Rostaini.<sup>q</sup>

Johannes Rotbertus, subdiachonus, scripsit hoc rogatus et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Templi *omès B.* b. Terrats *B.* c. Vallespirio *B.* d. massatas *B.* e. et fevoda *B.* f. terras *B.* g. alodia *B.* h. pars *B.* i. predictam *B.* j. etiam *omès A<sup>2</sup> i B.* k. exierint *B.* l. Anglesie *B.* m. lavimus *B.* n. testesque firmare rogavimus *omès B.* o. *Subscripció autògrafa A<sup>1</sup> A<sup>2</sup>.* p. Bernardi *B.* q. Rostaing *B.*

## 212

1208, 28 de juliol

*Guillem Soriguer empenyora per 70 sous barcelonesos a Ramon de Pujol i a la seva mare, Garsenda Llorença, una vinya, amb totes les oliveres i els altres arbres que hi ha, que té per Ermessenda Rainarda a la parròquia de Sant Hipòlit, a les Clauses. Els creditors tindran aquesta vinya el temps d'una collita. Si Guillem Soriguer paga el seu deute abans de l'1 de gener, la penyora li serà restituïda; passat aquest termini, si no han estat pagats, els creditors tindran la collita següent, i així d'un any a l'altre fins a l'extinció del deute. Ermessenda Rainarda ha confirmat aquesta transacció per la qual declara haver rebut el foriscapi.*<sup>186</sup>

A Original, pergamí, amplada 270 mm, alçada 120 mm, ADPO, 1B42.<sup>187</sup>

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, p. 444, segons A.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus *Soriguer*, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno et absque aliquo retentu mali ingenii, inpignoro et obligo jure pignoris perfecte tibi Raimundo de Pujolo, et tibi Garsendi Laurentie, matri ejus, et vestris, et cuicumque dare vel dimittere aut inpignorare sive vendere verbo aut scripto volueritis, pro vestro subscripto averi, ipsam meam vineam, cum omnibus olivariis et aliis arboribus qui ibi sunt, et cum terra in qua plantatur. Quam vineam predictam habeo et teneo per dominam *Ermessen* Rainarda in adjacentia Sancti Ypoliti, supra villam, ad Clausas. Affrontat vero de oriente in honore Petri *Cabau* et aliorum heredum, de meridie in honore de Pisonibus et aliorum heredum et Petri Rigaldi, de occidente in honore filiorum Guilelmi Stephani condam et aliorum heredum, ab aquilone in honore predictorum filiorum Guilelmi Stephani condam et Petri *Cabau*. Sicut in his predictis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic inpignoro et obligo vobis predictis,

186. Els pares de Guillem Soriguer ja havien empenyorat aquesta vinya cinc anys abans a Beatriu, esposa de Pere de Sant Llorenç, mitjançant 35 sous. En aquella època, Pere de Sant Llorenç i Berenguer de Palasol en posseïen els drets de senyoria i per aquesta raó rebien el foriscapi; podem deduir-ne, per tant, que Ermessenda Rainarda ha heretat els drets d'aquests dos senyors finats en l'endemig. Vegeu més amunt l'acta núm. 187.

187. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2524».

et vestris, omnem predictum pignus, scilicet omnia jura et actiones meas, quas ibi habeo ullo modo, vel habere debeo, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et absque aliquo retentu mali ingenii, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi aut dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, propter LXX solidos barchinonensium, quos omnes habuisse et accepisse concedo, et de omnibus profiteor me a vobis bene esse paccatum,<sup>a</sup> et exceptioni non numerate peccunie<sup>b</sup> renuntio. Et habeatis et teneatis ac possideatis predictum pignus vos vel vestri, salvis juribus domine predicte et suorum, usque ad unum expletum, quo collecto in vestro posse vel vestrorum, si tunc ego vel mei persolverimus vobis predictis vel vestris omnes jam dictos LXX solidos barchinonensium in kalendis januarii, pignus sit solutum. Sin autem, deinde habeatis et teneatis ac pro vestro pignore possideatis vos vel vestri predictum pignus per eundem terminum et kalendarum, fructibus in sorte predicte peccunie non computantibus, et sic tamdiu quousque de omnibus predictis LXX solidis barchinonensium bene paccati (sitis)<sup>c</sup> vos vel vestri, ad vestrum intellectum et vestrorum; et sit semper terminus redimendi hoc pignus omni anno in kalendis januarii et peccunia<sup>d</sup> persoluta in predicto termino, pignus sit solutum. Si vero hec moneta barchinonensis diminuta fuerit de lege vel penso, reddemus vobis vel vestris marcham argenti fini ac puri ad rectum pensum Perpiniāni, ad computum XLVIII solidorum barchinonensium, et sic de omnibus hac ratione usque ad summam dicti averis. Et ex certa scientia renuntio omni juri, legis et consuetudinis quod contra venire poteram. Et ita hoc totum, ut in hac carta presens continetur, me observaturum promitto bona fide et per firmam stipulationem. Et si forte aliqua persona aliquid vel totum imparaverit vel abstulerit vobis vel vestris in predicto pignore propria mea culpa, et inde aliquid perdideritis, totum illud vobis et vestris dono atque laudo jure pignoris in hoc eodem pignore simul cum omni predicto averi et aut omnibus aliis nostris rebus, acquisitis et acquirendis, honoris et averis, que habeo vel habere debeo omnibus locis, sive decetero habebō, quousque de toto bene paccati<sup>e</sup> sitis vos vel vestri ad vestrum intellectum et vestrorum. Et est manifestum. Actum est hoc V<sup>o</sup> kalendas augusti, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup> . Sig+num domine Ermessende Rainarde, que hanc cartam laudavi, firmavi et meum foriscapium habui. Sig+num Guilelmi Sorigarii, qui hoc

ita fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++na Petri Rubei, et Bernardi Vitalis et Petri de Pujolio.

Arnaldus, levita, scripsit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per pacatum.* b. *Sic A per pecunie.* c. *sitis omès A.* d. *Sic A per pecunia.* e. *Sic A per pacati.*

## 213

1208, 1 de setembre

*Ponç d'Illa dóna a Bernat de Gunyoles, comanador i als frares del Masdeú tot el cens, ús i tot el que té en una casa, amb el seu cortal, que els templers tenen en penyora a la vila de Malloles, a la parròquia de Santa Maria.*

A Original, pergami deteriorat, amplada 190 mm, alçada 125/130 mm, ADPO, Hp186.<sup>188</sup>

C Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 408-410, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Pontius de Ynsula, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, non inductus dolo neque vi, nec circumventus in aliquo, set bona fide hac<sup>a</sup> remissionem peccatorum meorum, cum hac presenti carta in perpetuum valitura dono atque in presenti irrevocabiliter trado<sup>b</sup> tibi Bernardo de *Sugonoles*, preceptoris domus Mansi Dei, et successoribus tuis, et fratribus ejusdem domus, omnem censum et usaticum, et omnem quantum habeo vel habere aliquo modo debeo in unam domum, cum suo cortali, quem vos ipsi habetis in pignora,<sup>c</sup> et est intus villam Malleolis, in adjecentia<sup>d</sup> Sancte Marie ejusdem ville, et affrontat ab oriente in manso Erguluse, uxoris Guilelmi *Gaugis*, a meridie in via que ingreditur mansum Arnaldi de Bernardo Petri, ab occidente et ab aquilone in manso jam dicto Petri de Pontio Bernardo. Sicut in his prenomatis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic dono vobis et vestris, et laudo, omnem censum et usaticum, et omnem quantum habeo vel habere aliquo modo debeo in predicta domo cum suo cortali. Et modo in presenti de meo jure et de

188. El document porta al dors un regist modern en català: «Donacio per en Ponç de Insula d'un cens que prenje en una casa seu cortal a Malloles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2088».



meo posse in vestrum jus et in vestrum posse et vestrorum totum quantum habeo in dicta domo, cum suo cortali, mito<sup>e</sup> et dono, et hodie in plenariam possessionem vos constituo, ad omnes vestras voluntates faciendas in perpetuum. Et est manifestum. Actum est hoc kalendis septembris, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Pontii de Ynsula, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num Arnaldi Tolsani. Sig+num Bernardi Escuderii. Sig+num Bernardi Busqueti.

(SM) Raymundus Berengarii scripsit hoc vice Berengarii de Crassa, et rasiit et emendavit in III<sup>a</sup> linea.

Berengarius de Crassa, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Sic A.    b. trado escrit després de corregir A.    c. Sic A per pignore.    d. Sic A per adjacentia.    e. Sic A per mitto.

## 214

1208, 9 de setembre

*Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, i fra Balaguer, el seu lloctinent, d'una banda, i Guillem Cogombre de Malloles, d'una altra banda, es componen a propòsit de les tinences d'una masada que tenia el difunt Mallol Cogombre i de les tinences de Pere Cogombre, germà seu, que Ramon Sagristà havia donat al Masdèu.<sup>189</sup> Els templers confirmen i concedeixen a Guillem Cogombre tota aquesta honor mitjançant un cens anual de 18 diners a pagar el dia de Nadal. I si ven o empenyora aquesta honor, només deurà el foriscapi a aquells que hi recaptin servituds a més de fruits. Aquest compromís ha estat aprovat sota l'autoritat de Bernat Amiel.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 235, acta núm. 420.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 411-413, segons B.

Notum sit cunctis quod talis compositio est facta inter Bernardum de Suguinolis, preceptorem domus Mansi Dei, et fratrem Balagarium, tenentem locum ejus, ex una parte, et Guilelmum Cucumeri de Malleolis, ex altera parte, super tenedones mansade, quam Malleolus Cucumeri condam tenebat, quam massadam cum


189. El 26 de gener de 1181; vegeu més amunt l'acta núm. 108.

omnibus suis tenedonibus Raymundus Sacrista condam dedit Deo et domui Mansi Dei, et super tenedones fratris sui Petri Cucumeri. Tenedones quas Guilelmus Cucumeri tenet de dicta mansada que fuit dicti Malleoli Cucumeri tales sunt, scilicet malleolum de Cloto; et malleolum quod est juxta vineam Petri Russi Xatmaris ad Garrigolam; et quartam partem cujusdam vinea, que est ante ortos, et olivarios que ibi sunt; et quartam partem cujusdam orti, qui est ad Ortos Superiores. Et totum hunc prenominatum honorem ego Bernardus de Suguinolis, dictus preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Balagarius laudamus et concedimus tibi Guilelmo Cucumeri et tuis, ad omnem tuam tuorumque voluntatem faciendam in eternum, et ut tu et tui qui dictum honorem habebunt et tenebunt donetis dicte domui Mansi Dei annuatim in festo Natalis Domini XVIII denarios de censu monete curribilis per Rossillonem et nichil aliud. Et decetero nichil amplius tibi possimus petere pro Malleolo Cucumeri neque pro Petro Cucumeri, nisi tantum dictum censum et pro modo et quantitate et ratione tenedonum superiorum quas quis haberet daret partem censi. Et si dictum honorem vendideris sive inpignoraveris, non tenearis nobis dare foriscapium nisi illis qui terremerita habent et accipiunt. Et ego dictus Guilelmus Cucumeri promitto<sup>a</sup> bona fide per me et per meos in eternum dare predictum censum Deo et domui Mansi Dei annuatim in festo Natalis Domini. Hanc predictam compositionem ego dictus Bernardus de Suguinolis et ego frater Balagarius et ego Guilelmus Cucumeri, nos III prenominati per nos et per omnes successores nostros laudamus et confirmamus. Facta fuit hec compositio in potestate Bernardi Amelii. Et est manifestum. Actum est hoc V<sup>o</sup> idus septembris, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi de Suguinolis, Sig+num fratris Balagarii, Sig+num Guilelmi Cucumeri, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Bernardi Cuniame. Sig+num Raymundi Bonifacii. Sig+num Guilelmi Xatmarii sabbaterii.

Poncius de Bajolis, scriptor publicus, hoc scripsit vice Berengarii de Crassa et hoc signum (SM) fecit.

Berengarius de Crassa, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promito *B*.



## 215

1208, 29 de setembre

*Jordà de Mudagons promet a Bernat de Gunyoles, comanador, i als frares del Masdèu que, si Guillem Bernat [de Sant Hipòlit] ven als templers el castrum de Sant Hipòlit, farà confirmar l'acta de venda per Ermessenda de Mosset, germana d'Ademar de Mosset i muller de Guillem Bernat, i que procurarà que aquesta lliuri el seus capítols matrimonials als templers.*

- A Original, pergami, amplada 260 mm, alçada 65 mm, ADPO, Hp189.<sup>190</sup>  
 B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén. ms.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 14-15.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Jordanus de Mutacionibus, non coactus ulla vi, nec deceptus fraude, nec circumventus in aliquo, set bona fide ac spontanea voluntate, sine omni enganno et absque aliquo retentu mali ingenii, convenio tibi Bernardo de Soguinolis, procuratori domus Mansi Dei, et omnibus tuis successoribus, atque fratribus ibidem presentibus atque futuris, quod ego faciam vobis predictis firmare atque laudare Ermessendi de Mosseto, sorori Ademarii de Mosseto, illam cartam vendicionis castri de Sancto Ypolito, quod si forte Guilelmus Bernardi vobiscum evenerit et pausaverit; et faciam vobis predictis adhuc reddi ipsam cartam nuptialem, quam Guilelmus predictus Bernardi uxori sue Ermessendi tempore nuptiarum fecit atque laudavit; et faciam vobis predictis ei predictae Ermessendi facere ac laudare cartam diffinicionis omnino, cum sacramento Euvangeliale, de illo castro. Et est manifestum. Actum est hoc III° kalendas octobris, anno Christi M° CC° VIII°. Sig+num Jordani de Mutacionibus, qui hoc ita fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig++++na Petri Guilelmi, fratris domus predictae, et Berengarii Escuderii et Frutardii, fratris ejusdem domus, et Arnaudi de Tulugis.

Arnaudus, levita, scripsit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

<sup>190</sup>. El document porta al dors una menció del segle xv: «Jordani de Mutacionibus», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2527».

## 216

1208, 16 de novembre

*Ponç del Vernet dóna a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa tot el que té per dret, per costum, així com per la donació que Berenguer de Palasol li ha fet en el seu testament, sobre un mas i sobre tota l'honor que havia pertangut a Berenguer i al seu germà, Pere de Sant Llorenç. Ponç exclou tanmateix d'aquesta donació el camp de la Vassa i l'hort de Trial, que tenen per ell Guillem Traver i Ramon Galon. Es reserva igualment la meitat del camp de la Vassa situada més avall del camí, i en dóna l'altra meitat als templers. Per aquesta donació, Ponç ha rebut una mula valorada en 400 sous barcelonesos. Bernat de Gunyoles, amb el consentiment dels frares del Masdèu, cedeix a Ponç del Vernet tot el que els templers tenen sobre els camps i l'hort que aquest es reserva.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergami deteriorat, amplada 380 mm, alçada 125 mm, ADPO, Hp189.<sup>191</sup>

A<sup>2</sup> Original perdut.

B<sup>1</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, f. 15r-v, acta núm. 29, segons A<sup>1</sup>.

B<sup>2</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, f. 138v-139, acta núm. 224, segons A<sup>2</sup>.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 437-439, segons B<sup>1</sup> i B<sup>2</sup>.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén. ms.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 16-19, segons A<sup>1</sup> i B<sup>1</sup>.

Notum sit cunctis quod ego Poncius de Vernet, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide et sine omni enganno, dono et diffinio et cum hac presenti carta perfecte donacionis et finicionis<sup>a</sup> in perpetuum valitura de mea potestate in vestra in presenti trado, perpetuo jure possidendum et habendum per liberum et franchum alodium, domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Bernardo de Ceguínolis, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futu-

191. El document està estripat i, en alguns llocs, la tinta s'ha diluït sota l'acció d'un solvent. Porta al dors: la menció «est factum» que indica la seva transcripció al cartulari al final del segle XIII; una menció del segle XV: «Cartes de Sent Ipolit»; un regest del segle XVII en català: «Donacio fa Pons Vernet de St Hipolit a la comanda», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 366».

ris, totum quantum habeo et habere debeo jure, vel consuetudine, vel etiam donatione a Berengario de Palaciolo mihi facta vel alio aliquo modo in manso et in universo honore qui fuit jam dicti Berengarii de Palaciolo et fratris ejus Petri de Sancto Laurentio, excepto campo de *Vassa* super viam, et excepto orto de *Trial*, quem Guilelmus Traverii et Raymundus Galoni tenent, quos mihi retineo,<sup>b</sup> quos Berengarius de Palaciolo predictus in suo testamento mihi dimisit; et excepta medietate campi de *Vassa* subtus viam, quam mihi retineo. Alia<sup>c</sup> vero medietas sit dicte domus milicie Templi et vestrum<sup>d</sup> predictorum fratrum, quam similiter dicte domui et vobis dictis fratribus dono et diffinio. Qui campus affrontat ab oriente in honore Fulcherii de Caneto<sup>e</sup> et mei Poncii de Verneto predicti, a meridie in honore qui fuit Petri Bescerii condam,<sup>f</sup> ab occidente in via que transit inter hunc campum et campum predictum, ab aquilone in honore Berengarii de Felinis et in honore castri Petri de Sancto Ypolito condam. Et pro hac donacione et diffinicionem, quam Deo et dicte domui facio, habui et accepi ex bonis et ex elemosinis dicte domus unam mulam que valebat CCCC solidos barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profiteor me bene esse paccatum. Et expressim renuncio excepcioni non numerate peccunie. Et omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, generali vel speciali, mihi competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum, expressim et consulte renuncio, totumque in perpetuum, ut predictum est, diffinio. Et ego frater Bernardus de Ceguinalis, preceptor Mansi Dei predictus, consilio et voluntate fratrum nostrorum, diffinimus et solvimus in perpetuum<sup>g</sup> tibi, Poncio de Verneto predicto, et cui volueris, quicquid habemus vel habere debemus jure, vel consuetudine, vel alio aliquo modo, in predicto campo de *Vassa* super viam, et in medietate<sup>h</sup> campi de *Vassa* subtus viam, et in orto predicto de *Trial*, quos tibi retines, ut superius dictum est.

Et est manifestum. Actum est hoc XVI kalendas decembris, anno Incarnacionis Domini M° CC° VIII°. Sig+num Poncii de Verneto, Sig+num fratris Bernardi de Ceguinalis, preceptoris Mansi Dei, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus, testesque firmare rogavimus. Sig++++na fratris Arnaldi, capellani, et fratris Balaguerii, et fratris Poncii Andree, et fratris Petri Guilelmi, qui hoc laudavimus et firmavimus. Sig+num Berengarii Traverii. Sig+num Petri Rubei. Sig+num Guilelmi Traverii. Sig+num Boneti, bajuli Poncii de Verneto. Sig+num Raymundi Galoni de Sancto Ypolito.

Johannes Rotbertus, subdiachonus,<sup>i</sup> scripsit hoc, rogatus,<sup>j</sup> et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. diffinicionis B' B<sup>2</sup>. b. quos mihi retineo omès B'. c. Alio B'. d. vestrorum B<sup>2</sup>. e. Chaneto B'. f. quondam B<sup>2</sup>. g. imperpetuum B'. h. et medietatem B<sup>2</sup>. i. Sic A' B' B<sup>2</sup> pour subdiaconus. j. rogatus, et rasis et emendavit in XI<sup>a</sup> linea B<sup>2</sup>.

## 217

1209 (nou estil), 17 de gener

*Guillem Jotbert de Bajoles i els seus germans Pere, Joan i Ponç, amb el consentiment de llur mare Germana, venen a Bernat Alacri, donat de la milícia del Temple, i a la casa del Masdèu una mitgera de bon oli, mesura de Perpinyà, que Guillem Bernat de Sant Feliu d'Avall els fa de cens anual per una vinya que té per ells, més un total de cinc quartons i mig d'oli, mesura de Sant Feliu, de cens anual, que els fan diversos terratgers el dia de Nadal, amb tots els drets i dominis que tenen sobre aquesta honor i tot el que tenen a la vila de Sant Feliu [d'Avall] i al seu terme, pel preu de 115 sous barcelonesos. Tanmateix, si els templers no arribessin a obtenir aquesta renda anual d'aquesta honor, Guillem Jotbert i els seus germans els la donarien ells mateixos el dia de Nadal i és per això que hipotequen tots els aïlls que tenen al terme de Sant Vicenç de Bajoles i en altres llocs, com també tots llurs béns i havers. En aquest cas, els venedors podran recuperar l'honor de Sant Feliu.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 105v-106v, acta núm. 168.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 439-442, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 414-419, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Jotberti de Bajolis, et ego Petrus, et ego Johannes, et ego Poncius, fratri<sup>a</sup> ejus, nos omnes simul, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non inducti dolo necque vi nec circumventi in aliquo, set bona fide et sine omni enganno, consilio<sup>b</sup> et voluntate ac laudamento matris nostre Germane, vendimus et damus et cum hac presenti carta perfecte vendicionis et donacionis imperpetuum valitura, de nostra potestate et jure in vestra in presenti tradimus ad diffinimus et ex toto relinquimus perpetuo jure possidendum et habendum,

per liberum et proprium alodium, tibi, Bernardo Alacri, donato milicie Templi et domui Mansi Dei [...],<sup>c</sup> et cui dare vel dimittere<sup>d</sup> volueritis, unam migeram pulcri oley et recipientis ad rectam mensuram Perpiniani, quam Guilelmus Bernardi de Sancto Felice subteriori nobis annuatim de censu facit pro quadam vinea, quam pro nobis tenet, et V quarteronos et dimidium pulcri olei et recipientis ad rectam mensuram Sancti Felicis; ex quibus Euliardis Augera facit nobis annuatim de censu III quarteronos per unam vineam, quam pro nobis tenet; et Ermessendis Cerdana I quarteronem pro quadam faxia vinee et orti, quam pro nobis tenet; et Guilelmus Casas et uxor ejus Maria medium quarteronem pro quadam vinea, quam pro nobis tenet; et Felix Arnaldus medium quarteronem pro quadam faxa vinee, quam pro nobis tenet; et medium quarteronem qui nobis fieri debet pro alia faxia vinee, quam Arnaldus de Felice Arnaldo pro nobis et pro nostris tenebat, que cum dicta fexa vinee Felicis Arnaldi partitur in vineario de Pelosa. Totum siquidem predictum oleum quod predicti homines nobis faciunt annuatim de censu et facere debent in festo Natalis Domini, et omnia jura et dominia, que habemus et habere debemus in omni ipso honore pro quo dictum oleum nobis faciunt de censu, quem pro nobis tenent et tenere debent, et totum quantum in dicta villa Sancti Felicis subterioris et in ejusdem terminis habemus vel habere debemus ullo modo vel aliqua voce et ratione, nos omnes predicti vendimus et damus tibi, Bernardo Alacri, predicto donato milicie Templi, et dicte domui Mansi Dei, et cui volueritis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, precio CXV solidorum barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse pacatos,<sup>e</sup> et expressim renunciamus exceptioni non numerate pecunie.<sup>f</sup> Et si hec predicta vendicio et donacio modo plus valet prescripto precio, vel inantea est valitura, quicquid est illud seu illam magis valenciam vobis et vestris damus et laudamus ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, et illi legi qua deceptis ultra dimidiam justii precii subvenitur expressim et consulte renunciamus. Si vero predictum oleum annuatim de predictis hominibus, vel de suis, vel de dicto honore, quem pro nobis tenent, non habueritis vel habere non poteritis, promittimus,<sup>g</sup> per nos et per omnes nostros, predictum oleum integre, sine omni diminu-

cione, vobis predictis, et cui volueritis, annuatim dare in predicto termino Natalis Domini, scilicet unam migeriam pulcri olei et recipientis ad rectam mensuram Perpiniani, et V quartonos olei ad rectam mensuram Sancti Felicis subterioris, integre. Quod oleum predictum damus et in presenti affirmamus vita et morte vobis predictis, et cui volueritis, annuatim super omnia nostra alodia, que habemus et habere debemus in termino Sancti Vincencii de Bajolis et in omnibus aliis locis et super omnia alia bona nostra que habemus et habituri sumus, averis et honoris, [...]e quod pro aliquo jure scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo contra vos nec vestros, nos nec nostros neque nostri de aliquo jam dicto nec de toto excusare nec defendere<sup>h</sup> ullo modo possimus, set si forte dictum oleum, ut superius dictum est, nobis vel nostris dare contigerit, liceat nobis vel nostris dictum honorem emparare et accipere ac possidere, pro quo dictum oleum dari de censu debetur, absque omni vestro contradictu et vestrorum. Et est manifestum. Actum est hoc XVI<sup>o</sup> kalendas febroarii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi Rotberti de Bajolis, Sig+num Petri, Sig+num Johannis, Sig+num Poncii, fratrum ejus, Sig+num Germane, matris eorum, qui hoc nos omnes fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num fratris Arnaldi, capellani Mansi Dei. Sig+num fratris Alacris, capellani de Bajolis. Sig+num Petri de Estagello, fratris milicie Templi. Sig-(SM)-num Raymundi de Verneto, levite. Sig+num Johannis de Torono de *Arleles*.

Johannis Rotbertus, subdiaconus,<sup>i</sup> scripsit hoc rogatus et suprascriptit in XV<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Petrus frater B.      b. consilio B.      c. *Paraula il-legible* B.      d. dimitere B.  
e. paccatos B.      f. peccunie B.      g. promitimus B.      h. deffendere B.      i. sub-  
diachonus B.

## 218

1209 (nou estil), 20 de febrer. Lleida

*Pere I, rei de Catalunya-Aragó, accedint als precis de fra Pere de Montagut, mestre de la milícia del Temple a Provença i a Hispània, eximeix tots els homes de la milícia del Temple, cristians, jueus, moros, del seu reialme d'Aragó i Catalunya, amb llurs béns i mercaderies, de tots els drets, exaccions, peatges i serveis percebuts en aquesta terra, siguin els que siguin.*



*Confirma totes les possessions de l'Orde, actuals i venidores. Estatueix que, en cas de procés, els frares de la milícia que porten la creu no estaran obligats a pagar costes als oficials reials. De la mateixa manera, cap oficial no podrà obligar-los a prestar jurament davant la justícia, ni exigir-los res. El rei ordena als seus oficials que protegeixin i defensin els templers i llurs béns.*

A Original, pergamí, ACA, Reial Cancelleria, perg. 315 de Pere I.

B AHN, Cartoral magno de la Castellania de Emposta, II.

C Còpia inserida en un privilegi de confirmació del rei Jaume II el 12 de juliol de 1292.<sup>192</sup>

D Còpia del començament del segle XVIII, Cart., ff. 448-449, acta núm. 848, segons C.

E Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 111-113, segons D.

Indicat: MIRET I SANS, Joaquim, «Itinerario del rey Pedro I de Cataluña, II en Aragón», *BRABLB*, t. III (1905-1906), p. 498.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gracia rex Aragonum et comes Barchinone, attendentes caritatis et misericordie sindici et hospitalitatis, opera ac sancte religionis fervorem quibus sacra domus militie Templi et fratres Deo servientes in ea pollere cernuntur in Cismarinis et Transmarinis partibus et flotere, considerantes eciam quanta sollicitudine deffensionis et propagationi fidei christiane invigilent jugiter, et intendans, et pie ad memoriam sepius reducentes dilectionem ac bonam et in Domino laudabilem voluntatem, quam predecesores nostri erga predictam domum et fratres hactenus habuerunt; idcirco, corde bono et animo, volentes ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, per nos et omnes successores nostros, precibus et intuitu dilecti nostri fratris Petri de Monte acuto, venerabile magistri militie Templi in Provincia et Ispania, damus, concedimus et laudamus imperpetuum domino Deo, et eidem domui milicie Templi, et prenominato magistro, et fratribus, presentibus et futuris, quod ab hac hora inantea, ab hominibus domus milicie Templi, Christianis scilicet, Judeis et Sarracenis, quod alicubi in toto regno Aragonie et Catalonie tota habere noscuntur, vel in futurum ex largitione et concessione nostra, aut successores nostros, aut aliorum collatione fidelium, aut emptione, aut commutatione, aut aliis justis modis ibidem acquirere poterunt, et habere, nullam questiam vel peytam, nullam toltam vel forciam, nullam hostem

192. Vegeu més endavant l'acta núm. 1023.

vel cavalcatam, vel appelicum, vel eorum redemptionem aliquam nullumque alium servicium vel demandam, nullumque bovaticum vel monetaticum, nullumque erbaticum vel carnagium, nullumque censuum vel usaticum, nullamque lezdam vel portaticum, vel consuetudinem novam vel veterem, constitutam vel constituendam, nullamque aliam exactionem regalem aut vicinalem, aut aliquam aliam que dici vel nominari possit, queramus aut demandemus nunquam, aut demandari sinamus in aliquo loco terre nostre nullo modo, facientes cum hoc scripto perpetuo duraturo fratres domus militie Templi et eorum homines et feminas, cujuscumque dignitatis, vel legis, vel conditionis sint, ubique per totam terram nostram, cum omnibus rebus et mercibus suis propriis, franchos et liberos, ingenuos, immunes et quietos ac penitus alienos a supradictis omnibus et singulis per secula cuncta, ita quod neque nos neque nostri neque aliquis homo noster vel alienus, supradictos fratres militie vel eorum homines, ubicumque sint vel erunt in tota terra nostra, aliquid de predictis audeat demandare unquam, vel ad illorum aliquid dandum, vel solvendum, vel faciendum, vel ad aliquid aliud quod cogitari possit distringere vel forciare presumant aliquo modo, aliqua occasione, aliqua ratione vel causa, predictis autem fratribus militie et eorum hominibus, presentibus et futuris, ubicumque sint vel erunt. Hanc franchitatem vel libertatem perpetuam et concessionem et donacionem damus, facimus et indulgemus quamvis hoc diu est datum et concessum sit eis predecessoribus nostris, quosquidem homines ejusdem domus militie nos quibusdam necessitatibus inducti nimium et compulsi agraviavimus aliquando exactionibus in debitis et demandis a quibus vero omnibus et aliis universis cum hac carta perpetuo duratura eos omnes et eos successores, Christianos et Judeos et Mauros, cum omnibus rebus vicibus et hereditatibus suis liberes facimus, et immunes et quietos nunc et semper ac penitus ea omnia que predecessoribus nostris et nobis ipsis juste et secundum Deum facta sunt et concessa domui militie et fratribus ejusdem debent semper inviolata manere. Idcirco omnia privilegia et quelibet alia instrumenta omnesque donaciones et concessionem et franchitates eidem domui militie et prenominato fratri Petro de Monte Acuto<sup>a</sup> Provincie et Hispanie magistro, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, laudamus, concedimus et presenti scripti patrocinio communimus, decernentes ea robur perpetuam obtinere, sicut melius et utilius et sanius dici potest ad communem utilitatem sepedicte domus militie et fratrum, et confirmantes atque laudantes predicte

domui militie et fratribus omnes res et possessiones suas, quas manu scribi habent in tota terra nosta vel inantea, dante Domino, potuerunt adipisci, sicut eas juste alicubi possident, et quiete et in eorum privilegiis et instrumentis inde factis a predecessoribus nostris et nobis ipsis plenius continetur. Preterea volumus, statuimus et mandamus ut fratres domus militie Templi crucis insigne ferentes, si aliquem in causam traxerint, vel ab aliquo tracti fuerint, aut eos super aliquo facto vel casu placitari contigerit, non donent nec dare teneantur nunquam in aliquo loco totius dominationis nostre aliquam justiciam, vel galoniam,<sup>b</sup> vel expensas ullo modo bajulis, merinis, vicariis, justiciis, zalmedinis, vel illi vel illis sub quorum examine litigaverint. Mandamus ergo firmiter et districte universis bajulis, vicariis, merinis, çalmedinis, justiciis, iudicibus, alcaldis, juratis, leddariis, pedagogariis, repositariis, majoribus domus, senioribus ac aliis universis hominibus nostris, presentibus et futuris, ut hanc cartam nostram et omnia que in ea continentur teneant firmiter et observent et ab omnibus faciant ubique inviolabiliter observari, et quod contra non veniant nec aliquem contra venire permittant fieri de fe et de gracia nostra nunquam considerare nolunt ad hec, quia fratres militie Templi majores et minores ubique terrarum omni libertate, immunitate gaudere noscuntur. Volumus et statuimus per secula cuncta ut nullus merinus, nullus bajulus, nullus vicarius, nullus justicia, nullus zalmedina, nullus iudex, nullus alcaldu, nullus senior, nullus repositarius,<sup>c</sup> nullus major domus neque aliquis alius homo noster vel alienus, infimus vel sublimus, aliquem de predictis fratribus domus militie Templi audeat pro aliqua re vel questione aut placito super ullo casu ad jus jurandum prestandum compellere, vel si prestare nolunt cum non debeant eorum justiciam vel causam in aliquo prolongare, vel juramentum eis corporale aliqua ratione iudice iudicare et imponere, aut ab eis exigere nunquam in aliquo loco totius dominationis nostre ullo modo, ulla occasione vel causa que dici, intelligi vel nominari possit. Mandamus etiam firmiter et districte supradictis scilicet bajulis et vicariis et universis aliis et singulis officialibus nostris, presentibus et futuris, ac domum militie Templi et fratres et homines et omnes res et possessiones eorum tanquam nostras proprias manuteneant ubique fideliter, et deffendant, et a nullo permittant in aliquo molestari omnia jura sua eis salva et illesa servantes. Quicumque autem contra hanc cartam nostram venire in aliquo receptaverint, iram Dei omnipotentis et gloriosa virginis Marie omniumque sanctorum

incurrat, et a communione corporis et sanguinis Christi alienus fiat penitus et ex terris, et cum Juda traditore partem habeat et pena Datan et Abiron non puniatur et ne pena corporis eidem sit nostrum et successorum nostrorum se sciat perpetuum [imundi] et post amisionem rerum suarum a nobis tanquam traditorem sine aliquo remedio puniendum. Datum Ilerde, X° kalendas marcii, era MCCXL septima, anno dominice Incarnationis M° CC° octavo, per manum Ferrarii, notarii nostri. Signum m Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone.


Testes hujus rei sunt: comes Sancius, et comes Urgelensis Petrus Fferrandi, Geraldus, vicecomes de Capraria, Guilelmus, vicecomes de Cardona, Raimundus. de Montecatenò, Guilelmus de Cervaria, Raimundus de Cervaria, Raimundus Berengarii de Ager, Garssias Romey, Michael de Lusìa, Arnaldus de Alascuno, Assalitus de Gudal, G(uilelmus) de Alcalano, R(aimundus) Gaucerandi, Ugo de Turre rubea, Guilelmus de Cervilione, G(uilelmus) de Anglerola, Bernardus de Peramola, Guilelmus R(aimundi) de Montecatenò, senescalcus, Bernardus de Bello loco, major domus, Poncius de Castellione, Raimundus, repositarius, et alii quamplures. Ego Fferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

a. Acuto omès D.    b. Sic A per calmuniam.    c. depositarius D.

## 219

1209, 20 d'abril

*Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, amb el consentiment de tot el seu convent, dóna en acapte a Guillem Fasena un camp situat a la parròquia de Sant Hipòlit, al lloc anomenat Conangle, i delimitat al nord per l'Aglí. El terratger haurà de donar la quarta part dels fruits i els drets d'usos i de senyoria segons la consuetud de les altres terres tingudes pel Temple, i gaudirà de les tres quartes parts restants i dels drets d'usos consuetudinaris. Per aquesta donació, el comanador del Masdèu ha rebut 40 sous barcelonesos. Els templers es reserven el dret de fadiga durant trenta dies i trenta nits en cas d'alienació d'aquest camp.*



- A' Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergamí, amplada 265/270 mm, alçada 120 mm, ADPO, Hp189.<sup>193</sup>
- B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 20-24, segons A'.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Seguinolis, preceptor domus Mansi Dei et militie Templi, cum consilio et voluntate omnis conventus ejusdem domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno et absque aliquo retentu mali ingenii, cum hac presenti carta in perpetuum valitura dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado ad acapitum tibi Guilelmo Fasena, et posteritati ac consanguinitati tue, et cuicumque dare vel dimittere aut vendere sive inpignorare volueris, salvis juribus in omnibus milicie Templi, exceptis sanctis et militibus uxoribusque eorum et filiis, scilicet quendam nostrum campum, quem habemus et habere debemus in adjacentia Sancti Ypoliti, in loco qui dicitur ad *Conangle*; affrontat vero de oriente in honore Dominici Comititis, de meridie in honore *Alaseu* femine, uxoris Dominici Amblardis qui fuit, de occidente in honore tui ipsius adquirentis, quem tenes per Raimundum Sarrierii qui fuit, ab aquilone in flumine Aiglini. Sicut in his predictis III<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic dono tibi Guilelmo Fasena predicto, et tuis, omnem predictum campum ad acapitum, et hodie in possessionem et in tenedonem te mitto perpetuo, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et absque aliquo retentu mali ingenii, sicut melius a te, vel a tuis, intelligi vel dici aut scribi potest ad utilitatem tuam et tuorum, tali conditione quod de omni expleto quod inde habebis, dabis tu, vel tui, fideliter quartum et usaticos et senioriam<sup>a</sup> ad consuetudinem aliarum terrarum nostras ibi juxta militia habens, salvo ejusdem jure in omnibus; et tu, et tui, habeas tres partes qui restant et tuos usaticos ad consuetudinem illorum honorum. Et pro hac donatione, quam tibi et tuis facio, habui et accepi a te XL solidos barchinonensium de acapito, quos omnes habuisse et accepisse concedo, et de omnibus profiteor me a te bene esse paccatum,<sup>b</sup> et exceptioni non numerate peccunie<sup>c</sup> renun-

193. El document porta al dors anotacions del segle xv i de l'època moderna: «Scriptura de Sent Ypolit», «Carta campi de Conangle»; «Conangle»; «Establiment a St Hypolit», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2771».

tio, ideoque ut hec predicta donatio firmior ac stabilior habeatur tibi et tuis in perpetuum. Et si volueris vendere aut inpignorare tuum predictum acapitum, militie Templi facias sicut alteri homini, sperante pretio XXX<sup>a</sup> diebus cum noctibus suis; et si infra XXX<sup>a</sup> diebus cum noctibus precium non habueris, deinde licitum habeas tu, vel tui, vendendi ac inpignorandi cuicumque volueris, exceptis supradictis sanctis et militibus uxoribusque eorum et filiis, salvis juribus militie Templi in omnibus. Et si aliqua lege vel consuetudine aut aliquo jure divino vel humano, scripto vel non scripto, contra hoc venire possum vel potero, illi legi et consuetudini et illi juri ex certa scientia expressim et consulte renuntio. Et ita hoc totum, ut in hac carta continetur, me observaturum, bona fide et per stipulationem promitto. Et est manifestum. Actum est hoc XII<sup>o</sup> kalendas maii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi de Seguinolis, preceptoris, qui hoc ita fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig++++na fratris Petri Guilelmi, et fratris Petri de Turre, et fratris Mathei, et fratris Guarini de *Xampel*, qui insimul hoc laudamus (et)<sup>d</sup> firmamus. Sig++++na Raimundi de Sancto Ypolito, et Fabri Reverterii, et Berengarii Maleti, et Berengarii Traverii, et Bernardi Stephani.

Arnaldus, levita, scripsit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

- a. Sic A.    b. Sic A per pacatum.    c. Sic A per pecunie.    d. et omès A.

## 220

1209, 5 de juny

*Pere Senfred, Guillem Gallard i el seu germà Pere Gallard confirmen a Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa la donació que el difunt Guillem Gallard havia fet al Masdèu del mas, el colomar i el camp de Posols.*<sup>194</sup>

B    Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 293, acta núm. 521.

194. L'acta en forma de carta partida en què apareix aquesta donació no s'ha trobat. Guillem Gallard va fer testament l'1 de maig de 1209. Tot i que explícitament no es fa menció d'aquesta donació, una clàusula sembla que hi remet, atès que Guillem Gallard ordena als seus hereus, Guillem Gallard i Pere Gallard, i al marit de la seva neboda, Pere Senfred, que respectin els acords a què ell va arribar amb la casa de la milícia del Temple: «Et volo quod ille convenientie que sunt inter me et domum militie Templi observentur et compleantur», BNF, Fons Doat, 40, ff. 151v-156.

C Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 420-421, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Sifrendi et ego Guilelmus Gallardi et ego Petrus Galardi, frater ejus, nos III simul per nos et per omnes nostros presentes ac futuros, non coacti ulla vi nec decepti fraude, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura laudamus et concedimus Deo, et domui Mansi Dei, et milicie Templi et tibi Bernardo de Seguinolis, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, ad omnem vestram voluntatem omni tempore faciendam, omnem illam donationem, quam Guilelmus Gallardi condam fecit dicte domui Mansi Dei, scilicet de manso, de columbario et de campo de *Poçols*, sicut melius ac plenius continetur in carta donationis per abc divisa, quam cum hac laudamus et confirmamus. Et solvimus ac diffinimus in eternum Deo dicteque domui Mansi Dei totum quicquid juris in dicto honore habebamus vel habere aliquo modo debebamus. Et est manifestum. Actum est hoc nonas<sup>a</sup> junii, anno Incarnationis Domini M° CC° VIII°. Sig+num Petri Sinfredi, Sig+num Guilelmi Galardi, Sig+num Petri Galardi, fratris, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Perpiniani Grassi. Sig+num Bernardi de Ecclesia minoris. Sig+num Johannis de Garricis. Poncius de Bajolis, scriptor publicus, hoc scripsit vice Berengarii de Crassa et hoc sig-(SM)-num fecit.

Berengarius de Crassa, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B per nonis.*

221

1209, 1 d'agost

*Ponç del Vernet ven a Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa el seu camp de Vassa a Sant Hipòlit, la meitat d'un altre camp situat al lloc anomenat Vassa i que comparteix amb ells, tot el feu que Berenguer de Palasol tenia per ell i tot el que aquest ha llegat en el seu testament, el feu que Pere de Sant Hipòlit tenia pel seu pare Ermengol del Vernet a la vila de Sant Hipòlit, és a dir, els masos i masades dels difunts Pere i Guillem Allen, de Guillem Traver i*

*de Pere Teixador, amb tots els drets i tinences que en depenen, i Berenguer Clemens, el seu home, amb tots els seus béns i descendents. Fa aquesta venda pel preu de 2.500 sous barcelonesos, que reconeix haver rebut. Cedeix al Masdéu tots els drets que tenia al castrum del difunt Pere de Sant Hipòlit i a la cellera i sobre els homes d'aquest castrum, dels quals no podrà exigir més els serveis d'host i de cavalcada ni cap altra jova. Ponç es reserva tot el que Bernat de Montbrun té per ell dins i fora de la cellera. A més a més, els homes d'aquest castrum que tenen terres, vinyes, horts o alguna altra honor dependent del castell del difunt Ramon de Sant Llorenç, els tindran per Ponç del Vernet, però només li pagaran les servituds a més dels fruits i els usos. Guillem Bernat de Sant Hipòlit confirma aquesta venda.*

A Original, perdut.

B Còpia autèntica del 22 de gener de 1216 (nou estil), perduda.<sup>195</sup>

C' Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 17v-18v, acta núm. 31, segons A.

C<sup>2</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 32v-33, acta núm. 53, segons B.

D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 471-474, segons C' i C<sup>2</sup>.

E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 422-428, segons C' i C<sup>2</sup>.

Text establert segons C' i C<sup>2</sup>.

In Dei nomine. Notum sit omnibus<sup>a</sup> hec audientibus quod ego Poncius de Verneto, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendo et dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter titulo perfecte et vere venditionis ac donationis trado domino Deo, et domui Mansi Dei, et tibi Bernardo de Suguynolis,<sup>b</sup> ejusdem domus preceptor, et successoribus tuis et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, ad omnem vestram voluntatem omni tempore faciendam, campum meum de Vassa et medietatem alterius campi qui est in eodem loco de Vassa, quem vobiscum divido; et totum fevodum quod<sup>c</sup> Berengarius de Palaciolo tenebat pro me, et quicquid ipse mihi legavit in sua ultima voluntate. Amplius etiam vendo vobis totum illud fevodum quod Petrus de Sancto Ypolito

195. Vegeu més endavant l'acta núm. 252 bis.



tenebat pro patre meo, Ermengaldo de Verneto, in villa de Sancto Ypolito et in suo termino et<sup>d</sup> in omni adjacentia ejusdem Beati Ypoliti, scilicet mansum et masadam<sup>e</sup> qui fuit condam Petri *Allen* et Guilelmi *Allen*, cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis et juribus; et mansum et masadam<sup>e</sup> Guilelmi Traverii, cum omnibus suis juribus, tenedonibus et pertinentiis; et mansum et masadam<sup>e</sup> que<sup>f</sup> fuit Petri Textoris, cum omnibus suis juribus, tenedonibus et pertinentiis; et Berengarium *Clemens*, hominem meum, cum omnibus rebus suis et omnes descendentes<sup>g</sup> ex eo. Supradictos siquidem II campos, et prenominatum fevodum quod Berengarius de Palaciolo tenebat pro me, et supradictum fevodum quod dictus Petrus de Sancto Ypolito tenebat pro patre meo, et prenominatos mansos et masadas,<sup>h</sup> cum hominibus et feminis ibidem presentibus ac futuris, et cum omnibus eorum rebus, et cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis et dominiis et serviciis et adempriviis et censibus et usaticis et terremeritis, et quicquid Petrus de Sancto Ypolito tenebat pro patre meo in jam dicta<sup>i</sup> villa et in ejus terminis, vendo vobis et vestris,<sup>j</sup> totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro enganno<sup>k</sup> et sine ullo malo ingenio, libere et<sup>l</sup> quiete, absque aliquo retentu, per<sup>m</sup> liberum et franchum alodium, sicut melius a vobis intelligi vel dici potest ad utilitatem dicte domus Mansi Dei. Cedo etiam et dono vobis et successoribus vestris,<sup>n</sup> ad omnem vestram voluntatem omni tempore faciendam, omnes actiones<sup>o</sup> et exceptiones et jura, que<sup>p</sup> adversus aliquas personas<sup>q</sup> habeo, vel habere debeo aliquo modo.<sup>r</sup> Hanc autem venditionem facio vobis et vestris et cui volueritis precio II millium et D solidorum barchinonensium, quos omnes a vobis ex bonis dicte domus Mansi Dei me habuisse et accepisse concedo; et de omnibus a vobis profiteor me bene esse paccatum, et expressim renuncio exceptioni non numerate peccunie. Et illi legi qua<sup>s</sup> subvenitur deceptis ultra dimidiam justii pretii, et omni alii juri quo contra predictam venditionem<sup>t</sup> venire possem, ex certa scientia renuncio. Et pro evictione predictarum rerum me et mea vobis obligo. Sunt autem prenominati campi in adjacentia Beati Ypoliti. Et affrontat unus ab oriente in meo honore metipso et in honore Folcherii de Caneto, a meridie in honore Clare de *Cascastel*<sup>u</sup> et aliorum heredum, ab occidente in carrerono qui transit<sup>v</sup> infra hunc campum et alium campum de *Vassa*. Qui alius campus affrontat ab oriente in dicto carrerono, a meridie in honore Johannis *Ruffini* et aliorum heredum, ab occidente in

ruptis<sup>w</sup> que tenentur pro militibus ejusdem ville de Sancto Ypolito, ab aquilone in honore Ugue et aliorum heredum. Adhuc etiam ego,<sup>x</sup> dictus Poncius de Verneto, per me et per omnes meos, solvo et diffinio Deo et domui Mansi Dei et tibi, dicto fratri Bernardo de Suguinolis, preceptori ejusdem<sup>y</sup> domus, et successoribus tuis et fratribus omnibus, presentibus et futuris, si quod jus, si quam donationem habebam vel habere debebam in castro et in cellaria<sup>z</sup> de Sancto Ypolito et in hominibus ejusdem castri, quod fuit dicti Petri de Sancto Ypolito, nec etiam possim petere in hominibus dicti castri *host* vel cavalcadam vel aliquod<sup>aa</sup> coactum servicium. Ejicio<sup>ab</sup> autem de predicta diffinitione, et retineo mihi et meis imperpetuum quicquid per me tenet vel tenere debet Bernardus de Montebruno in cellaria castri predicti et extra. Et si forte jam dicti homines castri predicti<sup>ac</sup> de Sancto Ypolito tenebant terras, vel vineas, vel ortos, vel aliquem honorem, pro castello quod fuit Raymundi de Sancto Laurentio, teneant pro me, et solvant inde mihi solita terremerita et usaticos. Et ego Guilelmus Bernardi de Sancto Ypolito laudo et confirmo predictam venditionem et diffinitionem Deo et dicte domui<sup>ad</sup> Mansi Dei. Et est manifestum. Actum est hoc kalendis augusti, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Poncii de Verneto, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num Guilelmi Bernardi, qui hoc totum laudo et confirmo. Sig+num Berengarii de *Cantalups*, Elenensis canonici et precentoris majoris. Sig+num Berengarii de Malleolis,<sup>ae</sup> militis. Sig+num Guilelmi de Sancto Johanne. Sig+num Arnaldi de Villalonga militis. Sig+num Raymundi Pictavini.

Poncius de Bajolis, scriptor publicus, hoc scripsit vice Berengarii de Crassa et hoc sig-(SM)-num fecit.

Berengarius de Crassa, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. hominibus *C*<sup>l</sup>. b. Seguinolis *C*<sup>2</sup>. c. quem *C*<sup>2</sup>. d. et *omès* *C*<sup>2</sup>. e. mansatam *C*<sup>2</sup>. f. mansadam qui *C*<sup>2</sup>. g. descendentes *C*<sup>l</sup>. h. masadas *C*<sup>2</sup>. i. predicta *C*<sup>2</sup>. j. et vestris *omès* *C*<sup>2</sup>. k. engano *C*<sup>2</sup>. l. ac *C*<sup>2</sup>. m. pro *C*<sup>l</sup>. n. vestris successoribus *C*<sup>2</sup>. o. acciones *C*<sup>2</sup>. p. quem *C*<sup>l</sup>. q. aliquam personam *C*<sup>2</sup>. r. aliquo modo debeo *C*<sup>2</sup>. s. que *C*<sup>2</sup>. t. venditionem predictam *C*<sup>2</sup>. u. Cascastel *C*<sup>2</sup>. v. transi *C*<sup>2</sup>. w. rupis *C*<sup>l</sup>. x. Et adhuc quem ego *C*<sup>2</sup>. y. ejus *C*<sup>l</sup>. z. cellariam *C*<sup>2</sup>. aa. aliquid *C*<sup>2</sup>. ab. Eicio *C*<sup>l</sup>. ac. Petri *C*<sup>2</sup>. ad. domui dicte *C*<sup>2</sup>. ae. Maleolis *C*<sup>l</sup>.



## 222

1209, 19 d'agost

*Guillem Besser, de Sant Hipòlit, es dóna, amb totes les seves possessions, com a donat i home propi a la milícia del Temple i a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdéu. Promet no sortir d'aquest homenatge ni afiliat-se a un altre orde o senyor sense l'acord dels templers. Els donarà anualment el dia de Nadal un cens recognitiu de 12 diners, i els dóna ara un dret d'entrada de 20 sous barcelonesos. El dia de la seva mort, els templers hauran de rebre el seu cos i fer-li una sepultura honorable al cementiri de Santa Maria del Masdéu, com a un de llurs donats, i tindran la meitat de tots els béns mobles i immobles que posseïxi aleshores. El preceptor del Masdéu, amb el consentiment dels seus frares, rep Guillem com a donat i home propi i promet protegir-lo a ell i als seus béns.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergami, amplada 245/255 mm, alçada 135/140 mm, ADPO, Hp189.<sup>196</sup>

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 25-27, segons A<sup>1</sup>.

Notum sit cunctis quod ego Guillemus Besserius de Sancto Ypolito, bona fide et sine omni enganno, dono et reddo me ipsum, cum omnibus meis rebus, per donatum et proprium hominem et solidum domino Deo, et domui milicie Templi, et tibi fratri Bernardo de Ceguínolis, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus ac futuris. Et promitto vobis et dicte domui, bona fide, quod ab hac presenti die inantea de predicta donatione et hominatio me nec mea non extraham, nec ad alium ordinem nec ab aliud dominium sive potestatem non transfferam<sup>a</sup> nec submittam absque vestro consilio,<sup>b</sup> set decetero ero vobis et dicte domui bonus homo et fidelis et rectus et utilius in omnibus et proprius ac solidus. Et dabo vobis et dicte domui annuatim, propter recognicionem hujus hominatici, de censu, in festo Natalis Domini, XII denarios monete curribilis per Rossilionem. Et modo in presenti dono vobis propter intratam XX solidos barchinonensium. Et ad diem obitus mei, accipiant fratres Mansi Dei meum corpus ad sepeliendum honorifice, sicut unum ex suis

<sup>196</sup> El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1757».

donatis, in ciminterio<sup>c</sup> Beate Marie Mansi Dei; et habeant medietatem omnium rerum mearum, mobilium et immobilium, que in ipsa hora habuero, que omnia eis, amore Dei, in remissione peccatorum meorum dono ac dimitto. Et si aliqua lege, vel aliquo jure, sive more, contra hoc venire potero, illi legi et juri ac mori ex certa scientia renuncio. Et ita totum, ut in hac carta continetur, me observaturum, bona fide per stipulationem promitto; et hoc juro per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Euvangelia, quod sacramentum corporaliter facio. Et nos frater Bernardus de Ceguinalis, preceptor Mansi Dei predictus, recipimus te dictum Guilelmum Besserium, cum omnibus tuis rebus, per donatum et proprium hominem et solidum nostrum et dicte domus, ut predictum est, cum consilio<sup>b</sup> et voluntate fratrum nostrorum, promittentes te et tuas res custodire sicuti proprium hominem et proprias res domus Mansi Dei.

Et est manifestum. Actum est hoc XIII kalendas septembris, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Guillemi Besserii de Sancto Ypolito, Sig+num fratris Bernardi de Ceguinalis, preceptoris Mansi Dei, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus.

Sig+num Arnaldi Allen, capellani ecclesie Sancti Ypoliti. Sig+num Berengarii Traverii. Sig+num Johannis Rufini de Sancto Ypolito.

Johannes Rotbertus, subdiachonus,<sup>d</sup> scripsit hoc, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Sic A per transferam. b. Sic A per consilio. c. Sic A per ciminterio. d. Sic A per subdiachonus.

## 223

1209, 9 de setembre. Perpinyà, sota el pòrtic de Guillem de Montels Ferran,<sup>197</sup> *batlle i veguer del comte Sanç*,<sup>198</sup> *amb el consell dels seus assessors, jutja el cas que enfronta Balaguer, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, d'una banda, a Pere Guoles, d'una altra banda. Balaguer reclamava a Pere Guoles les servituds i les senyories directes de sis vinyes i un hort que depenien del mas anomenat de Mallol Cogombre que el difunt Ramon Sa-*

197. Ferran de Norvaix, veguer de Rosselló: 1209-1210 i 1229.

198. Sanç d'Aragó, comte de Provença: 1181-1185.

*gristà havia donat a la milícia del Temple,<sup>199</sup> i havia presentat aquesta acta; després aportà vuit testimonis que digueren que aquestes tinences depenien del mas que era d'Estefania Cogombre, i el templer demostrà que aquest mas portava el nom de Mallol Cogombre perquè aquest hi havia habitat. Pere Guoles aportà tres testimonis a fi de provar que Mallol havia tingut un altre mas a la vila de Malloles, i que és aquest altre mas que Ramon Sagristà havia donat a la milícia del Temple, i no el d'Estefania. Havent escoltat les al·legacions i els testimonis de les dues parts i havent examinat l'acta de donació de Ramon Sagristà i el testament d'Estefania Cogombre, que Pere Guoles havia presentat, el veguer condemna Pere Guoles de manera que la milícia del Temple percebi les servituds i les senyories directes que Ramon Sagristà rebia per totes aquestes tinences.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 218, acta núm. 380.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, p. 470, segons *B*.

*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 66-68, segons *B*.

In Christi nomine. Anno Incarnationis ejusdem M° CC° VIII°<sup>o</sup>, quinto idus septembris. Ego Ferrandus, bajulus et vicarius domini Sancii comitis, habito<sup>a</sup> consilio assessorum meorum, scilicet Bernardi de *Solancho Chasalen*, Guilelmi de Sancto Martino et aliorum prudentum in causa que vertebatur inter Balaguarium, preceptorem domus Mansi Dei milicie Perpiniani, ex I<sup>a</sup> parte, et Petrum *Guolas*, ex alia parte. Que siquidem causa talis erat: Petebat namque dictus Balagarius a predicto Petro *Guolas* terremerita sive directa VI vinearum et unius orti, eo quod dicte vinee et ortus essent ex tenadoribus<sup>b</sup> cujusdam mansi, qui mansus vocabatur Malleoli Cucumeris, quem mansum, asserebat<sup>c</sup> dictus Balagarius, Raymundus condam *Sacristan* dedisse milicie Templi, et inde instrumentum producebat, et octo testes pro predictis vineis et orto produxit, scilicet quod essent ex tenaturibus<sup>b</sup> dicti mansi, qui mansus erat Estefanie Cucumeree, set ideo Malleoli vocabatur ut milicia probavit quod Malleolus ibi moraretur. Et contrario Petrus *Guolas* tres testes produxit ad probandum quod dictus Malleolus alium mansum haberet in villa de Malleolis, de quo manso dicebat Raymundus condam *Sacristan* potius donationem dicte milicie

199. Donació efectuada el 26 de gener de 1181; vegeu més amunt l'acta núm. 108.

fecisse quam de manso Estefanie Cucumeree. Tandem, utriusque partis allegationibus, attestationibus, instrumento donationis dicte et testamento Stephanie Cucumeree, quod Petrus Golas producebat, diligenter auditis et cognitis, condemno<sup>d</sup> dictum Petrum Guolas predictae milicie et Balaguario, preceptorum domus Perpiniani, in VI predictis vineis et orto ut dicta milicia ibi percipiat ea terremerita et dominia que Raymundus condam Sacrista percipiebat et percipere debebat. Lata fuit autem hec sententia intus Perpinianum, in porticu Guilelmi de Montellis, in presentia Raymundi de Verneto, scriptoris, Johannis de Sala et Bernardi de Palatiolo et aliorum plurimum, et Jacobi de Cesaragusta, qui hanc sententiam scripsit mandato dicti Ferrandi.

a. abito B.    b. tenatoribus B.    c. aserebat B.    d. condempno B.

## 224

1210 (nou estil), 16 de febrer

*Bernat de Cirac jutja el litigi que enfrontava Jofre II, vescomte de Rocabertí, i els seus batlles, d'una banda, a Arnau, abat de Sant Genís de Fontanes, Bernat de Gunyoles, comanador del Masdeu i els cavallers de Banyuls [dels Aspres], d'una altra banda, a l'església Sant Martí de Tatzó d'Avall. El vescomte pretenia que en totes les accions davant la justícia que implicaven homes de Banyuls que depenien de la seva jurisdicció, si aquests homes rebutjaven pagar les fiances a ell o als seus batlles, o comparèixer davant del seu tribunal, o de pagar el judici, tenia el dret d'embargar les honors que tenien per llurs senyors i de condemnar llurs cases a fi d'obligar-los a pagar aquestes costes. Les parts contràries protestaren que el vescomte o els seus batlles no havien d'embargar les honors i cases que els homes de Banyuls delinqüents tenien per ells. El jutge delibera que el vescomte i els seus batlles no poden embargar les honors i cases tinguts per les parts contràries, seguint el principi que els béns dels senyors, o els que depenen de llurs drets, no poden ésser ocupats per una falta comesa pels seus homes. A més a més, si a la vila es presentés un litigi per vessament de sang, encara que la queixa no fos presentada al tribunal pel batlle del vescomte, aquest cas hauria d'ésser jutjat per aquest tribunal. En canvi, si el crim fos comès als*

*campes, vinyes, horts o camins, fora del poble, les parts no podrien ésser-hi citades, fins i tot si la queixa fos presentada al tribunal de la vila.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 145r-v, acta núm. 234.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 467-470, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 429-432, segons B.

Anàlisi: MONTSALVATGE Y FOSSAS, Francisco, *El obispado de Elna*, tom III (*Noticias Históricas*, t. XXIII), Olot, 1913, p. 219.

Notum sit cunctis quod contencio orta fuerat inter Gaufredum, vicecomitem Rupebertini,<sup>a</sup> et bajulos suos, ex una parte, et dominum Arnaldum, abbatem Sancti Genesii et Bernardum de Ceguinalis, comandatorem Mansi Dei, et milites de *Banuls*, ex alia, intus ecclesiam Sancti Martini de Tacione Inferiori sub examine Bernardi de Ciraco,<sup>b</sup> ut ab ipso justo iudicio iudicaretur. Asserebat namque predictus vicecomes quod de omnibus clamoribus quos ei evenerint, vel aliqua racione ab hominibus de *Banuls* in potestate sua emerterint, nisi ipsi homines in potestate sua vel bajulorum suorum satisfacere vel sisti iudicio et iudicatum solvi noluerint, liceret ei emparare honores quos per dominos suos tenebant, et clavare domos, donec pro ipsis clamoribus satisfacissent vel directum firmarent. Predictus vero abbas et dictus comandator et milites Berengarius, scilicet, *Cras* et Berengarius Lanceoli et ceteri alii responderunt quod honores et domos, quos vel quas predicti homines de *Banuls* pro ipsis tenebant, pro delictis hominum non debebant a iam dicto vicecomite vel a bajulis suis emparari. Videretur enim quod predictus vicecomes in honoribus et domibus suis dominationem haberet, cum non habet quod maxima injuria esset predictos vero homines suos si culpabiles essent ac culpa sua non defendebant,<sup>c</sup> quin directe facerent et firmarent. Unde ego Bernardus de Ciraco iam dictus, auditis allegacionibus utriusque partis de rigore juris et equitate, absolvo iam dictum abbatem Sancti Genesii et comandatorem Mansi Dei iam dicti et milites prefatos, quos honores eorum, vel domos, vel quas ipsi homines de *Banuls* pro eis tenent, pro predictorum hominum delictis a iam dicto vicecomite, vel a bajulis suis, non emparentur. Res enim dominorum, vel que sui juris sunt, pro culpa hominum non tenentur. Preterea si aliquod litigium infra villam emerterit de quo sanguis fusus fuerit, licet clamor ad curiam inde factus non esset per bajulum vicecomitis predicti, distringatur et rendicetur et justo iudicio lis diffiniatur. Si in campis vel vineis vel ortis vel carre-

riis extra villam factum fuerit, nisi clamor ad curiam predictam emersus fuerit, a predicta curia litigatores non interpellentur vel calumnientur. Actum est hoc in presencia Poncii de Valle Garnera, et Berengarii de Tresserra, et Raymundi Hot, et Berengarii Rubei et aliorum militum de Tacione, et Petri de Bruliano sacriste et [p...-os]<sup>d</sup> presbiterorum, et Guilelmi *Capcir*, et Petri de Curbiacho, et Johannis Fabri et aliorum proborum hominum, XIII<sup>o</sup> kalendas marcii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, regnante Philipo rege in Francia. Testes hujus rey sunt: Raymundus de Villaclara, monachus Sancti Genesii, Bernardus Comini de *Banuls* et Petri Johannis Gardia. Sig-(SM)-num Bernardi de Ciraco, qui, cum assensu utriusque partis, cognitor exstitit hujus rey. Jacobus, subdiaconus,<sup>e</sup> hoc scripsit (SM) die et anno quo supra.

- a. Ripisbertini B.    b. Cirano B.    c. deffendebant B.    d. *Paraula il·legible*  
B.    e. subdiachonus B.

## 225

1210 (nou estil), 8 de març

*Fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdèu, confirma a Arnau Estiu de Sant Feliu d'Avall, a la seva esposa Estefania i a llur fill Ramon l'adquisició de dues peces de terra i una vinya que el difunt Feliu Geli havia llegat al susdit Ramon, el seu fillol, i que se situen a la parròquia de Sant Andreu de Sant Feliu d'Avall. Per aquestes possessions, els terratgers donaran cada any als templers un cens de 12 diners i una gallina el dia de Nadal, l'agrer i el braçatge de les terres i la quarta part de la verema. Per aquesta concessió, els templers han rebut 30 sous barcelonesos.*

- A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergami, amplada 165/240 mm, alçada 95/130 mm, ADPO, Hp189.<sup>200</sup>  
B Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 433-436, segons A<sup>1</sup>.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego frater Bernardus de Ceguínolis, preceptor Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, bona fide, sine omni malo ingenio, recognosco firmiterque

<sup>200</sup> El document porta al dors una menció del segle XIII: «A. Estiu de Sancto Felice», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2699».



concedo tibi, Arnaldo Estivo de Sancto Felice subteriori, et uxori tue Stephanie, et filio vestro Raymundo, et vestris, vos habuisse lucratas in meo posse jure II petias terre et unam vineam, quas Felix Egidii condam dimisit prenominato filio vestro Raymundo, filiolo suo, in filiolatico; set quia dictas duas petias terre et dictam vineam lucrari estis in meo posse jure recte judicato, consilio et voluntate ac laudamento fratrum nostorum, laudamus et confirmamus firmiterque concedimus vobis prenominatis omnique vestre posteritati prenominatas petias terre et totam pretaxatam vineam, cum terra in qua est plantata, integriter ac generaliter. Predictas petias terre et predicta vinea sunt in adjacentia Sancti Andree Sancti Felicis subterioris. Una vero de predictis terris est in loco qui vocatur ad Campum rotundum, et affrontat ab oriente in fexa Petri Auruce et Fine, nepote ejus, a meridie in campo Guilelmi Mancipii, ab occidente in terra Petri Pagesii, ab aquilone in vineario de Rellano. Alia autem petia terre est in loco qui vocatur ad Palatiolum, et affrontat ab oriente in terra Guilelmi Ordivelli, a meridie in terra Petri Auruce, ab occidente in via publica, ab aquilone in campo Raymundi de *Olius*. Prenominata vinea est in vineario Sancti Martini, et affrontat ab oriente in vinea Petri Auruce et nepote sue Fine, a meridie in volone, ab occidente in vinea Raymundi de *Olius*, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est et in his omnibus affrontationibus includitur, sic nos prenominati laudamus et confirmamus firmiterque concedimus vobis prenominatis omnique vestre posteritati predictas petias terre et prenominatam vineam, cum terra in qua est plantata, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi, legi<sup>a</sup> vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, salvis tamen directis militie Templi in omnibus. Et facietis vos et vestri, qui dictum honorem tenebunt, annuatim de censu in festo Natalis Domini XII denarios monete curribilis per Rossilionem et unam gallinam, et dabitis nobis et domus nostre de predictis terris agrarium et brasciaticum, et de dicta vinea quartum bene et fideliter.<sup>b</sup> Et pro hac laudatione et confirmatione et concessione, quam vobis et omnibus vestris facimus,<sup>c</sup> habuimus et accepimus a vobis pro accapite XXX solidos barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse paccatos. Et est manifestum. Actum est hoc VIII idus marcii, anno Incarnationis Christi M° CC° VIII°. Sig+num fratris Bernardi de Ceguinalis, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num

Guilelmi Peregrini. Sig+num Raymundi Boquerii. Sig+num Petri de Bagis.

Petrus Raymundi, levita, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus, et signavit in XVI<sup>a</sup> linea et in XX,<sup>a</sup> et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Les paraules* intelligi legi *han estat escrites ulteriorment sobre una raspadura* A. b. *En A la clàusula* et dabitis nobis et domus nostre de predictis terris agrarium et brasciaticum et de dicta vinea quartum bene et fideliter *ha estat afegida després de les subscripcions amb un senyal de crida a la part dispositiva al lloc on la restituïm.* c. *Les paraules* omnibus vestris facimus *han estat escrites posteriorment sobre una raspadura* A.

## 226

1210 (nou estil), 8 de març

*Guillem de Terrats reconeix que era de la vila de Terrats i de la senyoria d'Arnau de Llers que la casa de la milícia del Temple ha comprat a aquest senyor.<sup>201</sup> Per tant, es dóna amb tota la seva descendència com a homes propis a la milícia del Temple i a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdéu. Promet que d'ara endavant ell i els seus seran bons i fidels en tot als templers, als quals donaran cada any un cens recognitiu de 12 diners per Nadal. Els dóna ara un dret d'entrada de 30 sous. Promet que ni ell ni els seus no sortiran d'aquest homenatge, ni se sotmetran a un altre orde o a un altre senyor sense el consentiment dels templers. Fra Bernat de Gunyoles, amb el consentiment dels frares del Masdéu, rep Guillem de Terrats i els seus com a homes propis i promet protegir-los a ells i a llurs béns segons el bon costum d'aquesta casa.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la banda dreta per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergamí, amplada 270/275 mm, alçada 100 mm, ADPO, Hp190.<sup>202</sup>

B Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 437-439, segons A<sup>1</sup>.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Terratz, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, bona fide et sine omni enganno recognosco firmiterque concedo me fuisse de villa de Terraz de dominio Arnaldi de Lerz, quam domus militie

201. El 9 de juliol de 1208; vegeu més amunt l'acta núm. 211.

202. El document porta al dors un regest del segle xv: «Carta hominatici G. de Terratz», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 352».

Templi comparavit a predicto Arnaldo de *Lerz* et a suis. Iccirco ego prenominatus Guilelmus de *Terratz*, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, sine omni enganno, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, dono et reddo et cum hac presenti carta valitura in eternum trado me ipsum et omnes ex me descendentes per proprios homines et solidos domino Deo, et domui militie Templi, et tibi fratri Bernardo de Ceguionolis, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris. Et promitto bona fide dicte domui militie et vobis dictis fratribus, quod ab hac presenti die inantea erimus ego et mei boni homines, et fideles, et recti, et utiles in omnibus vobis et dicte domui. Et dabimus annuatim vobis et vestris successoribus pro recognitione hujus hominatici XII denarios monete curribilis per Rossilionem in festo Natalis Domini de censu inperpetuum. Et modo in presenti dono vobis dictis fratribus propter intratam XXX solidos barchinonensium. Et promitto bona fide per stipulationem vobis prenominatis, et vestris, quod ab hac presenti die inantea ego nec mei de predicto hominatico non extrahemus, nec ad alium ordinem, nec ad aliam potestatem, nec ad alium dominium mutabimus sine vestro consilio et voluntate. Et si aliqua lege, vel aliquo jure, sive more, contra hoc venire poterimus, illi legi et juri ac mori ex certa scientia renuntiamus. Et ita totum, ut in hac carta continetur, me observaturum bona fide per stipulationem vobis stipulantibus promitto. Et nos frater Bernardus de Ceguionolis, preceptor Mansi Dei prenominatus, consilio et voluntate fratrum nostrorum Mansi Dei, bona fide et sine omni enganno recipimus te Guilelmum prenominatum et omnes ex te descendentes per proprios homines et solidos nostri et dicte domus, cum omnibus tuis et tuorum rebus, promittentes te et tuos et omnes res tuas custodire sicuti proprios homines domus Mansi Dei, ad bonum consuetudinem domus nostre.

Et est manifestum. Actum est hoc VIII idus marcii, anno Incarnationis Christi M° CC° VIII°. Sig+num Guilelmi de *Terratz*, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num fratris Bernardi de Ceguionolis, preceptoris Mansi Dei, qui hoc totum laudavit et firmavit. Sig+num Bernardi Johannis, sacerdotis. Sig+num Boneti, sacerdotis. Sig+num Arnaldi Carcellari Mansi Dei.

Petrus Raymundi, levita, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

## 227

1210 (nou estil), 9 de març

*Bernat Oliver de Pià es dóna amb tota la seva descendència com a home propi a la milícia del Temple i a fra Bernat de Gunyoles, comanador del Masdéu. Dóna als templers un dret d'entrada de 30 sous barcelonesos. Promet que ell i els seus seran fidels als templers i que els donaran cada any una lliura de cera de cens recognitiu. A més a més, el dia de la seva mort els donarà 100 sous i el seu llit a fi d'ésser sebollit al cementiri del Masdéu. Fra Bernat de Gunyoles promet que ell i els seus protegiran i defensaran Bernat Oliver i els seus segons el costum de la milícia del Temple.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 290v-291, acta núm. 516.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 475-476, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 440-442, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus Olivarii de Apiano non coactus ulla vi nec deceptus fraude, set bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta perpetim valitura dono ac reddito atque in presenti trado me ipsum et omnes meos descendentes<sup>a</sup> per proprios homines et solidos Mansi Dei et milicie Templi et tui, Bernardi de Ceginolis, procuratoris ejusdem domus, et successorum tuorum, et fratrum ipsius domus ibidem presentium ac futurorum. Et modo in presenti pro salute anime mee et in remissione peccatorum meorum et pro intrata dono vobis XXX solidos barchinonensium. Et promitto<sup>b</sup> vobis et vestris successoribus bona fide et per stipulationem quod ego et omnes ex me descendentes erimus vobis et dicte domui boni homines, fideles et recti in omnibus. Et dabo<sup>c</sup> vobis et successoribus vestris et dicte domui annuatim, in festo sancti Johannis Babbiste, unam libram cere de censu propter recognitionem hujus hominatici. Et ad diem obitus mei, dabo dicte domui, amore Dei et pro salute anime mee et remissione peccatorum meorum, C solidos barchinonensium, vel curribilis monete per Rossilionem, et meum lectum et ut ego sepeliar in cimiterio<sup>d</sup> dicte domus Mansi Dei. Quos omnes predictos C solidos dono tibi, predicto procuratori, et successoribus tuis, et fratribus ibidem presentibus et futuris, in omnibus bonis meis acquisitis et acquirendis ubique. Set super hoc addo ut descendentes ex me legitimi conjugii, qui bona mea

habebunt et tenebunt, faciant et reddant dicte domui Mansi Dei annuatim in predicto festo, post mortem meam, dictam libram cere de censu. Et omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, divino vel humano, renuncio, quod contra hoc venire in aliquo possem in iudicio vel extra. Et insuper hoc juro per Deum et per hec sancta quatuor Evangelia, quod contra hoc instrumentum in aliquo non veniam, tactis manibus corporaliter. Et ego Bernardus de Ceguinalis, procurator<sup>e</sup> domus Mansi Dei, bona fide per me et per omnes successores meos percipio te Bernardum prenominatum per proprium hominem Mansi Dei et omnes a te descendentes legitimos, ita ut ego et successores mei te et tuos et omnia bona tua et tuorum a te descendendum protegamus ac defendemus<sup>f</sup> ubique ad consuetudinem milicie Templi. Et est manifestum. Actum est hoc VII<sup>o</sup> idus marcii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig++na Bernardi Olivarii de Apiano et Bernardi Ceguinalis, procuratoris, qui nos duo predicti simul hoc ita fieri jussimus et laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Gozberti, capellani Sancti Laurentii, et Dominici Comitis et Raymundi Johannis, fratris ejus. Arnaudus, levita, scripsit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. ddescendentes B.    b promito B.    c. dono B.    d. ciminterio B.    e. procuratoris B.    f. deffendemus B.

## 228

1210, 26 d'abril

*Pere Senfred i la seva muller Garsenda donen a Bernat de Gunyoles, comanador, i als frares del Masdéu, i a Guillem Tort d'Orla i tots els seus fills, de tal manera que, d'ara endavant, no podran exigir res d'aquests, que seran homes propis de la milícia del Temple, excepte Tiburgs, filla de Guillem Tort, i la descendència d'aquesta, que els donants retenen per a ells amb la masada de l'esmentat Guillem. I, d'aquí a quatre anys, Guillem haurà d'establir en aquesta masada la seva filla Tiburgs, o un altre dels seus fills si aquesta mor en l'endemig, que serà, amb tota la seva descendència, home propi de Pere Senfred i dels seus, i que estarà obligat a residir a la vila d'Orla i a fer els censos, usos, joves i altres prestacions degudes per aquesta masada. Pere Senfred i els seus no podran exigir d'aquell o aquella que estigui establert en aquesta masada més de 30 sous pel dret de lluïsmo. I totes les honors que Guillem i els seus adquireixin*

*a Orla durant aquests quatre anys seran associades a aquesta masada, excepte l'honor de Jacma, l'esposa de Guillem Tort, sobre la qual els donants no retindran cap dret ni prestació. I durant aquests quatre anys, Guillem Tort i els seus estaran obligats a donar els drets, usos i servituds deguts per aquesta masada, salvat la quèstia que no estan en cap cas obligats a fer-los; càrregues de les quals seran alliberats des que s'hagi fet l'establiment. Guillem Tort promet fer aquest establiment d'aquí a quatre anys i que, d'aquí a llavors, treballarà i conrearà correctament tota l'honor que depèn d'aquesta masada, pagarà els drets deguts per aquesta i no deteriorarà el mobiliari de la casa i de la masada. Per aquesta concessió, Pere Senfred reconeix haver rebut 300 sous barcelonesos de Guillem Tort.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la J, pergami, amplada 250 mm, alçada 235 mm, ADPO, Hp186.<sup>203</sup>

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., t. XXX, pp. 334-337, segons A<sup>1</sup>.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Sinfredi, et ego Garssendis, uxor ejus, nos duo simul, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non coacti, nec decepti, nec dolo inducti, set bona fide, cum hac presenti carta in perpetuum valitura, difinimus,<sup>a</sup> et solvimus, et damus, et in presenti tradimus domino Deo et militie Templi, et tibi Bernardo de Suguinolis, preceptori domus Mansi Dei, et successoribus tuis, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, te Guilelmum Torti de Orulo, et omnes filios tuos et filias, excepta *Tiburgs* et descendentes ex illa, ita quod decetero nec in te, nec in filiis tuis, nec in aliis filiabus, nec in descendentibus ex illis, nec in rebus tuis vel eorum, nec in descendentibus ex te natis vel nascituris, aliquid unquam petere possimus ullo modo vel ratione, set sitis proprii homines milicie Templi et dicti preceptoris et fratrum, excepta predicta *Tiburgs* et descendentibus ex illa, quos nobis retinemus, cum masata tui, Guilelmi Torti predicti. Quam masadam instituere possis cum predicta *Tiburgs*, filia tua, infra III<sup>or</sup> annos, vel cum uno ex infantibus tuis, si filia tua predicta infra hoc tempus premortua fuerit, qui institutus vel instituta sit noster proprius homo, et nostrorum, et solidus in perpetuum, cum omnibus descendentibus suis, et teneatur facere stationem in villa de Orulo, et facere census et usaticos et servicia et cetera om-

203. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2974».

nia, sicut fieri solet et debet ex illa masata. Verumptamen,<sup>b</sup> hanc institutionem facias infra predictos IIII<sup>or</sup> annos, consilio nostro et voluntate, et ex instituto alieno, vel instituta, non possimus nos petere, vel extorquere, ultra XXX solidos pro laude illius institutionis. Qui instituti, omnes sint nostri homines proprii et solidi, et nostrorum, set post elapsum quadriennium, tota predicta masata, cum omnibus acquisitionibus honoris, quas in villa de Orulo et in ejus terminis fecisti, sit predicte mansate in perpetuum, sive vivi sint instituti, sive mortui, excepto honore Jacobe, uxoris tue, in qua vel in ejus honore nullam retinemus servitutem, nullum censum, nullum usaticum nullumque dominium. Set infra hos predictos IIII<sup>or</sup> annos tenearis nobis dare terremerita et census et usatica pro predicta masata, excepta quista quam nobis facere nullo modo tenearis. Set postquam feceris institutionem predicte mansate cum nostra voluntate, ut dictum est, nobis in aliquo postea non tenearis. Et si qua persona in te, vel in filiis tuis, vel filiabus, natis vel nascituris, excepta predicta *Tiburgs* et descendentibus ex illa, vel illis qui loco ejus fuerint subrogati in masata, aliquid jure evicerit, ego Petrus Sinfredi predictus, per me et per omnes meos, obligo me tibi et tuis pro illa eviccionem, et pro missionibus, si quas feceris in causa eviccionis. Et ego Guilelmus Torti prefatus, per me et per omnes meos, convenio tibi, Petro Sinfredi, bona fide per stipulationem, et tuis, quod infra predictos IIII<sup>or</sup> annos fecerim institutionem predicte masate, ut dictum est, et interim ante institutionem peractam, bene laborem et colam totum honorem predicte masate ad utilitatem tui et infantis mei, et fideliter tibi donem terremerita, census et usatica tantum, et subpellectilia domus et mansate salva fatiam,<sup>c</sup> et in nullo deteriolem nec minuam, nec aliquid de predicto honore; set post completum quadriennium sive ibi instituerim in predicta masata sive non instituerim aliquem, quicquid adquisivi honoris in villa de Orulo et in ejus terminis, totum tibi et tuis difinio et solvo cum predicta masata, ad omnes tuas voluntates fatiendas<sup>d</sup> inperpetuum, et illorum institutorum, qui tui homines semper sint et tuorum, et pro te semper teneant. Pro hac autem difinitione<sup>e</sup> et solutione et donatione, ego dictus Petrus Sinfredi, habui a te, dicto Guilelmo Torti, et accepi CCC solidos barchinonensium, de quibus omnibus a te profiteor me bene esse paccatum,<sup>f</sup> et expressim renuntio exceptioni non numerate peccunie.<sup>g</sup> Et est manifestum. Actum est hoc VI kalendas madii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> X<sup>o</sup>. Sig+num Petri Sinfredi, Sig+num Garssendis, uxoris ejus, Sig+num Guilelmus Torti, qui

omnes hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Guilelmi Cucumeri de Malleolis. Sig+num Guilelmi Salomonis. Sig+num Guilelmi Porcelli. Sig+num Petri Barravi. Sig+num Petri *Blanquer*, sabbaterii. Poncius de Bajolis, scriptor publicus et canonicus ecclesie Sancti Johannis Perpiniiani, hoc scripsit vice Berengarii de Crassa, et rasis et emendavit in VII<sup>a</sup> linea, et in XI,<sup>a</sup> et in XVIII<sup>a</sup>, et hoc sig-(SM)-num fecit.

Berengarius de Grassa, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per diffinimus.* b. *Sic A per verumtamen.* c. *Sic A per faciam.* d. *Sic A per faciendas.* e. *Sic A per diffinitione.* f. *Sic A per pacatum.* g. *Sic A per pecunie.*

## 229

1210, 12 de maig

*Pere Veler, de Sant Llorenç [de la Salanca], i Guillem Veler, el seu pare, venen a Bernat de Gunyoles, comanador del Masdeu, i als frares d'aquesta casa tots els drets que posseeixen sobre l'honor i els béns del difunt Pere de Sant Llorenç. Pere Veler havia rebut la meitat d'aquest patrimoni en dot pel seu casament amb Berenguera, neboda del difunt, com ho certifiquen llurs capítols matrimonials quirògrafs, dels quals Pere Veler lliura el seu exemplar als templers. Per aquesta venda, han rebut 200 sous barcelonesos. Tanmateix, si Pere Veler es tornés a casar amb Berenguera, els esposos podrien recuperar aquesta honor reemborsant prèviament aquesta quantitat als templers, que els restituirien aquests capítols matrimonials i l'inventari que ha estat establert per Bernat Amell.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 22r-v, acta núm. 38.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 503-504, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 443-447, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Petrus *Veler*, de Sancto Lauren-  
cio, et ego Guilelmus *Veler*, pater ejus, nos duo simul, per nos et  
per omnes nostros, presentes ac futuros, non vi metuve compulsi,  
non dolo vel fraude inducti, set bona fide, cum hac presenti carta  
vendimus, damus et laudamus et solvimus ac diffinimus nunc et  
imperpetuum domino Deo et milicie Templi et tibi, fratri Bernar-



do de Suginolis, preceptori domus Mansi Dei, et successoribus tuis, et fratribus ejusdem domus, presentibus ac futuris, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, totum quicquid juris habemus et habere debemus pro sponsalicio jure et ullo alio modo in honore et in bonis Petri de Sancto Laurentio qui quondam fuit. De quo honore et de bonis Berengaria, nepota eorum,<sup>a</sup> dedit mihi, Petro Velerio prefato, ac tradidit medietatem in dotem et in sponsaliciam, sicut in cartis nupcialibus per ABC divisus continetur, de quibus vobis in presenti tradimus nostram et reddimus. Sicut superius dictum est, sic vendimus, damus et laudamus, solvimus ac diffinimus prefate domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et fratribus ejusdem domus, presentibus ac futuris, totum quicquid juris in honore sive in bonis predicti Petri de Sancto Laurentio habemus vel habere aliquo modo debemus. Et modo in presenti de nostro jure et de nostro posse in vestrum jus et in vestrum posse quicquid juris in dicto honore et in bonis predicti habemus, vel habere aliquo modo debemus, tradimus et vos hodie in possessionem mittimus,<sup>b</sup> ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Pro hac autem venditione, donatione, solutione ac diffinitione, quam vobis et dicte domui Mansi Dei facimus, habuimus et accepimus ex bonis dicte domus Mansi Dei CC solidos barchinonensium. De quibus omnibus a vobis profiteamur nos bene esse paccatos, et expressim renunciamus exceptioni non numerate pecunie.<sup>c</sup> Hanc autem venditionem et donationem, solutionem ac diffinitionem, facimus vobis et dicte domui Mansi Dei sub tali modo quod si forte ego prefatus Petrus *Veler*, recuperaverim Berengariam prenominatam per uxorem, et dictam donationem, venditionem, diffinitionem ac solutionem a vobis petere ac revocare vellemus, primum vobis et dicte domui Mansi Dei reddamus dictos CC solidos barchinonensium, vel marcha argenti fini ac recti pensi Perpiniensi si hec moneta diminuta fuerit de lege vel penso, computo unamquamque XLVIII solidos barchinonensium, et sic de omnibus usque ad summam, et reddatis nobis hanc presentem cartam et aliam nupcialem quem vobis tradimus, et rememorationem quam Bernardus Ameli fecit, et respondeatis nobis de jure. Et si forte dicta Berengaria aliquid in dicta venditione, donatione, solutione ac diffinitione jam dicte medietatis honoris et bonis predicti Petri de Sancto Laurentio, vel jure, evicerit, promittimus<sup>d</sup> vobis nos statim, absque dilatione, reddituros predictos CC solidos barchinonensium. Pro quibus vobis et domui Mansi Dei obligamus omnia bona nostra, presentia et

futura, ubique, sine exceptione. Et si aliqua lege, vel aliquo jure sive more, contra hec venire poterimus, illi legi et mori et omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, generaliter vel specialiter, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum, ex certa scientia renunciamus. Et ita totum, ut in hac carta continetur, nos observaturos et in nullo contraventuros, bona fide per stipulationem promittimus,<sup>d</sup> et hoc juramus per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, quod sacramentum corporaliter facimus. Et est manifestum. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> idus maii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>X<sup>o</sup>. Sig+num Petri Velerii, Sig+num Guilelmi Velerii, patris ejus, qui hoc fieri jussimus et laudavimus, firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Raymundi de Solario, pelliparii. Sig+num Petri Cicardis de Montellis. Sig+num Bernardi Adroerii. Sig+num Bertrandi de Milicia. Sig+num Stephani Ade, ortolani.

Poncius de Bajolis, scriptor publicus et canonicus ecclesie Sancti Johannis Perpiniiani, hoc scripsit vice Berengarii de Crassa et hoc sig-(SM)-num fecit.

Berengarius de Grassa, publicus scriptor, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

- a. Sic B per ejus.    b. mitimus B.    c. peccunie B.    d. promittimus B.

## 230

1211 (nou estil), 7 de març

*Esclarmunda, vídua de Bernat d'Arques, i els seus fills Ramon d'Arques i Bernat venen al Masdéu i a Joan de sa Cavalleria una vinya que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Fan aquesta venda pel preu de 350 sous barcelonesos. Tenien aquesta vinya per la casa del Masdéu, que en rep el quart dels fruits.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 295r-v, acta núm. 526.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, p. 477, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 448-452, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Sclarmonda, condam uxor Bernardi de Archis, et ego Raymundus de Archis et ego Bernardus, filii sui,<sup>a</sup> nos omnes simul per nos et per omnes nostros presentes ac

futuros, non inducti dolo neque vi nec circumventi in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus domui Mansi Dei et milicie Templi et tibi, Johanni de Milicia, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, unam vineam nostram, cum terra in qua est plantata, quam habemus et habere debemus in termino Perpiniani, in adjacentia Sancti Johannis ejusdem ville. Et affrontat ab oriente in via publica, a meridie in vinea milicie Templi, ab occidente et ab aquilone in vinea et in malleolo Petri Boni pueris, filii Johannis Peregrini. Sicut in hiis IIII affrontationibus includitur, sic nos prenominati vendimus domui Mansi Dei et tibi, Johanni de Milicie, totam prenominatam vineam, cum terra in qua est plantata, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem domus Mansi Dei et tui, dicti Johannis. Hanc autem venditionem tibi, dicto Johanni, et domui Mansi Dei facimus pretio CCCL solidos barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profiteamur nos bene esse peccatos. Et expressim renunciamus exceptioni non numerate pecunie. Et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus. Et modo in presenti de nostro jure et de nostro posse in vestrum jus et in vestrum posse dictam vineam tradimus, et vos hodie in possessionem mittimus<sup>b</sup> ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Et si plus valet dicta venditio predicto pretio, vel in posterum valitura est, illud totum domui Mansi Dei et tibi, dicto Johanni, ex mera liberalitate inter vivos donamus et laudamus, ad omnes vestras voluntates faciendas omni tempore. Promittimus<sup>c</sup> autem bona fide per stipulationem domui predictae Mansi Dei et tibi, dicto Johanni, nos semper fore vobis legitimos auctores ac defensores,<sup>d</sup> et teneri sine fraude de evictione. Pro qua evictione et pro missionibus etiam, si quas in causa evictionis feceritis, obligamus vobis omnia bona nostra tam presentia quam futura. Omnia vero superius scripta, prout melius et plenius intelligi vel dici possunt ad utilitatem domus Mansi Dei et tui, dicti Johannis, nos IIII supradicti per nos et per omnes nostros laudamus et confirmamus. Et quod contra numquam veniamus, vel veniri faciamus, per nos vel per aliquam interpositam personam, bona fide per stipulationem promittimus,<sup>c</sup> et etiam corporaliter per Deum, tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juramus, renunciantes

per ejusdem sacramenti religionem omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, generaliter vel specialiter, nobis competentie vel competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum, et expressim beneficio restitutionis in integrum et omni alii legitimo auxilio. Sciendum est autem quod dicta vinea tenebamus per domum Mansi Dei, et domus Mansi Dei accipit ibi quartum. Et est manifestum. Actum est hoc nonis martii, anno incarnationis Domini M° CC° X°. Sig+num Sclarmonde, Sig+num Raymundi, Sig+num Bernardi, filiorum suorum,<sup>f</sup> qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Petri de Seglela, sacerdotis, canonici ecclesie Perpiniani. Sig+num Petri Pauci. Sig+num Ermengaldi Grossi. Sig+num Guilelmi Casalis. Sig+num Perpiniani Carbonelli.

Poncius de Bajolis, scriptor publicus vice gerens Berengarii de Crassa, hoc scripsit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. filius eorum B. c. mitimus B. c. promitimus B. d. deffensores B.  
e. competu B. f. ejus B.

## 231

1211 (nou estil), diumenge, 21 de març. A l'església del castell de Graulhet

*Pèire de Graulhet es dóna en cos i ànima a la casa del Temple, amb tots els seus béns, honors i senyories, és a dir, el castrum de Graulhet amb tots els homes i les dones que hi ha; la fortalesa de Marnavas, amb les seves dependències, terres i honors, i tota la senyoria, l'honor i la terra que té al castrum d'Ambras. Fra Arnau de Bos, comanador de Vaur, ha rebut aquesta donació en nom seu i en nom dels altres frares del Temple, amb el consentiment de fra Arnau Candel, comanador de Montsó, en presència del capellà de Vaur i d'altres frares. Els templers han promès a Pèire de Graulhet que mentre romanguí donat podrà tenir tots aquests béns. La donació és feta a la reserva dels drets del comte de Tolosa. Els templers han promès igualment a Pèire de Graulhet, així com als altres cavallers i prohoms del castrum de Graulhet, que guardaran i defensaran aquesta plaça en llur poder.*

B Còpia figurada del final del final del segle XIII, Cart., f. 133r-v, acta núm. 215.

a ALART, Bernard, «Charte albigeoise», *Revue des Langues Romanes*, Primera sèrie, tom III, Montpeller, 1872, pp. 7-8.

b *Revue du Tarn*, t. III, 1886-1887, pp. 7-8.

c VÍNAS, Robert, *L'ordre du Temple en Roussillon*, doc. 14, p. 207.

In nomine Domini Jhesu Christi. Notum sit omnibus hominibus, presentibus atque futuris, quod *eu P. de Granollet ei donat a Deu e a ma dona santa Maria e a la maio del Temple ma arma e mo cors, e ei donat e lauçat a Deu e a ma dona santa Maria e a la maio del Temple e als frares que ara i son ni adenant i seran, per salut de ma arma e per remissio de mos peccatz, totas las mias causas entegrament e totas las mias honors e totas las mias seynorias e totas las mias drechuras, on eu meyls las i havia ni las tenia, ni hom ni femena de me, so es a saber el castel de Granoillet dins ni defora e totz mos omes e mas femenas, on que eu los aia ni aver les deig; e la força de Marlavas ab totz sos apartenemens, e totas mas terras e mas honors on que sio, ermas e condrechas; e tota la seynoria e tota la honor e la terra erma e condrecha queu ei el castel d'Ambres dins ni de fora, on meyls eu las i ei ni hom ni femena de me. E eu frare Arnal de Bos, comendaire de Vaor, ei recebut tot aquest do entegrament aici com desus es escrich, on om meyls o pot entendre per ara e per totz temps, per me e per los autres fraires del Temple que ara i son ni aenant i seran. E aiso ei fag ab mandament e ab voluntat de frare Arnal Cadel, comandator de Monso, e ab conseil ei, en presencia de frare P. lo capela de Vaor, e de frare Daide de Seinta Crocz, e de fraire Gausbert Arnal, e de frare R. Pelicer. E eu frare Arnals de Bos e li autre fraire sobre dig, avem promes a vos P. de Granoillet que, dementre que estaretz donatz, podetz tener e possedir totas vostras causas, ab encapio de la maio del Temple, a vestra voluntat. Tot aquest do aci com desus escrich [...]<sup>a</sup> ieu P. de Granoillet a la maio del Temple, salva la seynoria de monseynor lo comte de Tolosa. E eu frare Arnals de Bos e li autre fraire sobre dig avem promes a vos P. de Granoillet e als autres cavalers e als prohomes del castel de Granoillet, quil castel gardarem e deffenderem a nostre poder a bona fe. De tot aiso aici com desus escrich, on om meyls o pot entendre, son testimoni Fortz lo capelas del castel, Ar. d'Auta riba, Bernat Raimons, Ar. de Serra Peira, R. Ar., Vidal de Gont aut, Pons de Sator, G. de Fares, Sicars [...],<sup>a</sup> P. Ar. Manens, Brengars de Fares, Matfre de Bavolta, P. Carbonel, aquist so cavaller, Ar. [de Boisasso], P. Ladon, Pons de Cacunac, B. Arribat, Ar. de Cavanac, Ponz Aymerich, A. de la Roqueta, Sicart de Cavanac, Ar. de Cumbestas, S. de Boissaso, P. Fabre, S. de Lagleia, Fort Sanz, Ar. de Litalbac, R. de Candeil, P. escrivas, qui escrius aquesta carta. Hoc vero factum fuit anno ab Incarnacione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> X<sup>o</sup>, mense*

martii, die dominica vespera sancti Benedicti, in ecclesia ipsius castrum de *Granoillet*, Innocencio papa Rome, regnante Philopo<sup>b</sup> rege Franchorum et Johanne rege Anglorum, et sedente Arnaldo episcopo Albiensis.

a. Paraula il·legible B.    b. Sic B.

## 232

1211, 25 d'abril

*Ponç del Vernet, preparant-se per anar de pelegrinatge al Sant Sepulcre, fa testament. [1] Lliura el seu cos a la milícia del Temple, que rep la integritat dels seus drets sobre el castrum i el terme de Sant Hipòlit, així com tot el seu equip de cavaller: cavall, armes i llogira. Llega: [2] al priorat de Santa Maria de la Garriga, el seu molí de Pià i tot el que posseeix sobre el territori de Sant Sebastià de Mudagons, amb la condició que el prior i els monjos hi edificuin una abadia en un termini de set anys; [3] al priorat de Santa Maria d'Espirà de l'Aglí, tot el que posseeix als termes de Garrius, Hortolanes i Sant Sadurní de Tàpia, excepte el domini de la força de Garrius; [4] a l'obra de la nova església d'Espirà de l'Aglí, 1.000 sous i 100 aimines d'ordi per a edificar-hi un altar posat sota el patronatge de l'apòstol Jaume; [5] a l'abadia de Fontfreda, tot el que posseeix sobre el territori de Turà més una penyora de 1.000 sous sobre un camp. [20] Aquests quatre establiments hauran de repartir-se també el delme dels peixos de Torrelles, Barrès i Salses. [6-16] Estipula diverses indemnitzacions, deixes piadoses, en diners, en espècie o en forma de rendes, així com franquícies a favor de múltiples establiments religiosos del Rosselló. [22-32] Indemnitza nombrosos pobles, comunitats i particulars víctimes d'exaccions o d'espoliacions comeses per ell o els seus aliats en el decurs de calvalcades efectuades a la regió de Besiers, al Narbonès, a les Corberes, al Rasès, a la Fenolleda, al Conflent, al Vallespir, al Rosselló i a Castelló d'Empúries. L'import total d'aquestes indemnitzacions puja a 13.080 sous de Barcelona. [33-37] Restitueix 8.900 sous a alguns particulars i als habitants de les seves senyories de Torrelles, el Vernet, Talteüll, Vingrau, Millars, Ceret i Sant Hipòlit com a reemborsament de l'impost o quèstia que ha recaptat sobre aquests últims; eximeix tots els seus homes d'aquest dret per*

una durada de set anys. [38-39] Llega 3.600 sous a cinc cavallers que han efectuat llur deure d'assistència militar, més 500 sous a dos homes més. [40] Afranqueix el seu esclau sarraï. [43] Llega 20.000 sous a la seva germana Beatriu, que els hi garanteix sobre la meitat del castrum i de la vila de Millars, la meitat de Nefiac i de Cornellà de la Ribera, que ella tindrà fins que l'hereu de Ponç li hagi pagat la totalitat d'aquesta quantitat. [44] Llega per a tota la vida a Maria la seva honor de Riunoguers i de Mosset, així com una quantitat total de 5.000 sous, que li empenyora sobre l'altra meitat del castrum de Millars. [45] Llega 1.500 morabatins d'or, és a dir, 10.500 sous de Barcelona, a la seva filla Ermessenda. [46] Llega al seu fill Ponç del Vernet el castrum de Ceret i el domini de Riunoguers. [47] Institueix el seu fill gran Ermengol del Vernet com a principal hereu i per aquesta raó li llega els seus castra i senyories del Vernet, Talteüll, Millars, Barrès i Torrelles, dels quals no ha disposat en les clàusules anteriors. [48] Paga les modalitats de successió entre els seus hereus. [49] Confia els seus fills i tots els seus béns a la milícia del Temple, al mestre de l'orde i al comanador del Masdéu, que tindran totes les seves honors, excepte el que ha llegat a la seva germana Beatriu, fins que hagin pagat totes les seves deixes i reparacions amb els ingressos que en procedeixen. Tanmateix, si el seu fill Ermengol del Vernet arribés a l'edat de dotze anys abans de la liquidació d'aquestes disposicions, aquest tindria únicament el castrum de Barrès, i no podria tenir res de les altres honors abans de la solució de les deixes paternes; i si se n'apoderés, les hauria de restituir en un termini de trenta dies després que li fos requerit pel comanador i els frares del Masdéu; i si no les restituís, els castra de Talteüll i de Torrelles revertirien al seu germà Ponç. De la mateixa manera, si Ponç arribés a l'edat de dotze anys abans de la solució de les deixes paternes, tindria el castrum de Ceret, però no hauria d'apoderar-se dels ingressos dels molins i de la condolina d'aquest castrum, ni de l'honor de Riunoguers, si no, perdria la meitat del castrum de Ceret, així com els de Talteüll i de Torrelles en benefici de la milícia del Temple. En aquest cas, quan hagin pagat els seus deutes, els frares del Masdéu vestiran dos-cents pobres cada any, el dia de Tots Sants. Ordena que es vengui tot el seu bestiar i que el producte obtingut d'aquesta venda i els ingressos de les seves honors serveixin per a pagar els seus deutes, excepte

*la penyora del Vernet. Quan tots els seus deutes hagin estat pagats, els seus fills hauran de pagar als seus cavallers el que els ha llegat, i després els 1.500 morabatins que ha llegat a la seva filla, i procediran així successivament observant l'ordre de les seves disposicions.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 15v-17, acta núm. 30.

*C* Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 531-551, segons *B*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 453-458, segons *B*.

Cum nil morte sit certius quamvis ejus hora dubia sit, et incerta per tempora enim et momenta labendo properamus ad finem. Sapientis enim est, et discreti, sua considerare novissima ne post transitum illius culpa sua questio aliqua oriatur. Idcirco, in Dei nomine, ego Poncius de Vernet, cupiens, Deo volente, visitare<sup>a</sup> Sanctum Sepulcrum, facio meum testamentum, in quo omnia mea mobilia et immobilia scripta et ordinata reperiantur.

[1] In primis, dimitto<sup>b</sup> animam meam et corpus meum Deo et domui milicie Templi. Et relinquo eidem domui milicie Templi, et fratribus ejusdem domus, remissione peccatorum meorum, totum quantum habeo et habere debeo in villa de Sancto Ypolito et omnibus terminis suis, in omni adjacentia ejusdem Beati Ypoliti, scilicet et castrum, cum omnibus suis pertinentiis et tenedonibus, cum hominibus et feminis ibidem presentibus ac futuris, cum mansis, masadis, casis, casalibus, ortis, ortalibus ac arboribus fructiferis, infructiferis, campis, vineis, heremis, condirectis, censibus, usaticis, quartis, quintis, agrariis, terremeritis, paschuis, garriguis, et cum pratis et pratalibus, cum stagnis, stagnalibus, aquis, aqualibus, et cum omnibus aliis hic expressis vel non expressis mihi in dicta villa de Sancto Ypolito et in suis terminis accidentibus et pertinentibus sive ullomodo competituris, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem fratrum milicie Templi. Amplius, dimitto<sup>b</sup> dicte domui milicie Templi equum meum, et armas, et loricam.

[2] Relinquo, amore Dei, domui Beate Marie de Garriga, totum quantum habeo et habere debeo, ulla voce vel aliqua ratione, in villa de Mutacionibus et in ejus terminis, in omni adjacentia Sancti Sabastianani ipsius ville. Et amplius dimitto<sup>b</sup> Sancte Marie de Garriga campum meum de *Fontanes*, qui est in adjacentia Sancti Stephani de Pino et Sancti Sabastiani de Mutacionibus, qui



campus se continet in campo ejusdem domus Sancte Marie. Plus etiam dimitto<sup>b</sup> eidem domui Sancte Marie de Garriga molendinum meum de Apiano, cum loco in quo est plantatum, cum omnibus suis edificiis et pertinentiis. In tali modo relinquo hunc prenommatum honorem dicte domui Sancte Marie de Garriga, quod prior ejusdem domus et monachi faciant ibi abadiam<sup>c</sup> usque ad VII annos postquam dictum honorem habebunt et tenebunt; quod nisi fecerint, non habeant, nisi tantum molendinum de Apiano, et totum alium honorem, quem ibi relinquo, recuperarent heredes mei.

[3] Relinquo domui Beate Marie de Aspirano, et omni conventui ejusdem domus, totum quantum habeo et habere debeo in villa de Garricis et in omnibus suis terminis, et totum quantum habeo et habere debeo in villa de Ortolanis et in terminis suis, in omni adjacentia Sancti Saturnini de Tapia, scilicet et homines meos et feminas ibidem in dictis villis presentibus ac futuris, mansos et massadas, casas, casalia, ortos, ortalia, arbores fructiferas, infructiferas, campos, vineas, herema, condirecta, census, usaticos, terremerita, quartos, quintos, agrarios, paschua, guarrigas et prata et pratalia, stagna,<sup>d</sup> stagnalia, aquas, aqualia, et omnia alia hic expressa vel non expressa mihi in dictis villis et in terminis earum accidentia et pertinentia, sive ullo modo competitura, excepto dominio forcie de Garricis. Amplius, dimitto<sup>b</sup> Sancte Marie de Aspirano campum meum de Via de mare, qui condam fuit vinea, qui campus se continet cum campo ejusdem domus Sancte Marie.

[4] Et relinquo operi ejusdem domus Sancte Marie de Aspirano M solidos barchinonensium et C eiminas ordeï, et ut prior ejusdem domus et canonici faciant et edificent<sup>e</sup> ad honorem Dei in ecclesia nova altare beati Jacobi apostoli,<sup>f</sup> et teneant illud bene ornatum et illuminatum, et teneant ibi omni tempore presbiterum notatum et assignatum, qui omnipotenti Deo vivo et vero pro me et pro omnibus fidelibus defunctis<sup>g</sup> divinum offerat sacrificium.

[5] Relinquo monasterio Beate Marie Fontisfrigidi totum quantum habeo et habere debeo in villa de Turanno et in suis terminis. Et amplius, eidem monasterio Sancte Marie Fontisfrigidi dimitto<sup>b</sup> campum meum de Pinerio, qui est in terminis Sancti Stephani de Pino, qui campus se tenet cum campo ejusdem monasterii. Et amplius eidem monasterio dimitto<sup>b</sup> pignus mille solidorum campi de Figuera, et omnia mea jura et dominia que in eodem campo habeo.

[6] Dimitto<sup>b</sup> Sancto Petro de Turrillis campum meum de Toro, quem recuperavi ab Arnaldo Guilelmo.

[7] Relinquo Hospitali *Jherusalem* de Bajolis, pro emanda censi quod preceptor et fratres ejusdem Hospitalis petebant in honore meo de Garricis, mediam eiminam frumenti omni tempore in unoquoque anno de censu in meis molendinis de Cereto.

[8] Dimitto<sup>b</sup> hospitali pauperum Sancti Johannis Perpiniani in eternum pascua per totum meum honorem, sine censu<sup>h</sup> et usatico aliquo, et sine pascherio quod inde non donent.

[9] Relinquo Sancte Marie de Serrabona cellarium quod fuit Bernardi Kamardi, quod est intus cellariam de *Milars*.

[11] Dimitto<sup>b</sup> Sancte Marie de Corneliano mille solidos barchinonensium pro querimoniis quas prior cum omni conventu a me faciebant.

[12] Relinquo Sancte Marie de Eola C solidos; et conventui monasterii<sup>i</sup> Sancti Michaelis de C[ot]xano, C solidos; et conventui Sancti Martini de Canigono, C solidos; et monasterio Sancti Genesii, CC solidos; et monasterio Sancte Marie de Arulis, C solidos; et monasterio Sancti Andree, C solidos; et Sancto Salvatori Manso Dei, C solidos; et Sancte Marie de Campo, CCC solidos; et Sancte Marie de *Marceul*, C solidos; et Sancte Marie Fontis Clare, C solidos; et Sancto Juliano de Turrillis et clericis ejusdem ecclesie, L solidos.

[13] Et affranquisco<sup>j</sup> omni tempore Deo et beate Marie, genitricis ejusdem, et Sancto Christofori de Verneto totum dominium et censum et albergam et quistam et forciam et jus patronatum, quem in ipsa ecclesia Sancti Christofori de Verneto ego vel antecessores mei habebamus et accipiebamus.

[14] Relinquo ecclesie Sancte Eulalie de *Milars* et clericis, L solidos; ecclesie Sancti Ypoliti et clericis, L solidos; et ecclesie de Cereto et clericis, L solidos; et Sancto Genesio de *Tallteul*, L solidos.

[15] Dimitto<sup>b</sup> ecclesie de Barresio omni tempore et annuatim V eiminas ordei et X *saumades* de vindemia, ultra illud quod progenies mea in eadem ecclesia donavit.

[16] Relinquo capelle Sancte Marie de *Talteul* omni tempore annuatim V eiminas ordei et X *saumades* de vindemia, ultra illud quod progenies mea ibi donavit.

[17] Et salvo omni tempore Deo et beate Marie omnia naufragia, quem in mea terra accipiebam. Et salvo imperpetuum omnes justicias, quas accipiebam in hominibus de Turrillis, exceptis justiciis hominum meorum.

[18] Dimitto<sup>b</sup> Gitardo domum quam ei emparavi in platea de Turrillis.

[19] Relinquo Sancte Marie de Aspirano domum quam cum illa se tenet, quam emi a Berengario, et amplius censum quod Raymundus Bordi debet facere pro domo quam Olivaria femina tenet, quam domum eidem Raymundus Bordi reddo, et heres meus donet ac reddat eidem Olivarie XXX solidos.

[20] Dimitto<sup>b</sup> meam decimam de piscibus de Turrillis et de Salsis et de Barresio inter monasterium Fontisfrigidi et domum milicie Templi et domum Sancte Marie de Aspirano et domum Sancte Marie de Garriga, inter omnes communiter equis portionibus.

[21] Relinquo Guilelmo Davino de Turrillis ruptam quam ei emparavi, et non donet ex illa nisi tantum quintum. Amplius ei dimitto<sup>b</sup> pro emenda vinearum, ferraginem meam que est juxta tovam, quam tenet pro me.

[22] Dimitto<sup>b</sup> hominibus de Sancto Cenono, pro malefacta quam illis feci, D solidos.

[23] Relinquo hominibus de Tezano Narbonensis, pro malefacta quam illis feci, mille et D solidos barchinonensium; et hominibus de *Rocafort*, pro emenda malefacte quam illis feci, D solidos.

[24] Relinquo Petro Ferrario et Guilelmo Durandi de Narbona, pro emenda ovium quas ab illis cepi in *cavalcada* de Tezano, D solidos.

[25] Relinquo hominibus de *Fraixe* CC solidos pro malefacta quam illis feci; et hominibus Sancte Marie de Crassa, D solidos; et hominibus quos cepi in *desbarat* de Fabrezano, scilicet illis qui a me redemerunt, CCC solidos barchinonensium inter omnes.

[26] Dimitto<sup>b</sup> hominibus de Paderno CC solidos pro malefacta quam illis feci; et hominibus de *Roca de Bug*, CCCC solidos; et hominibus Sancti Pauli, mille solidos; et hominibus de [...-cine],<sup>k</sup> CC solidos; et hominibus de Viverio et *d'Enterrius*, D solidos; et hominibus d'Encinano, CL solidos; et hominibus de *Karamayn*, pro malefacta quam Raymundus de Petrapertusa illis fecit, C solidos; et pro malefacta quam feci hominibus de *Cassaynes* qui sunt milicie Templi, dimitto<sup>b</sup> illis pro emenda CCC solidos; et inter omnes alios homines de *Cassaines* quibus malefacta feci, dimitto<sup>b</sup> D solidos.

[27] Relinquo hominibus de Monte Aiglino, pro malefacta quam illis feci, CCCC solidos; et hominibus de *Pedilanel* Fonoletensis,

CL solidos; et hominibus de Monnerio et de Turre, pro malefacta quam illis feci cum mainadis Nicholay, dimitto<sup>b</sup> CCCC solidos; et hominibus de Trilano, CCC solidos; et hominibus de Astoerio, C solidos; et hominibus de Orbainano, CCC solidos.

[28] Et pro malefacta quam feci hominibus de Cristallo et de Serra Migano et de illis finibus, dimitto<sup>b</sup> illis CCCC solidos, et de illis CCCC solidis nichil habeat Raymundus de *Terme* nec heres ejus.

[29] Relinquo hominibus quibus malefactam feci in *cavalcada* Sancti Martialis, inter omnes, CCCC solidos.

[30] Dimitto<sup>b</sup> hominibus de Arulis et aliis quibus malefactam feci in *cavalcata* de Curtesavino, inter omnes, M solidos.

[31] Relinquo hominibus de Bossacco et de Valle de *Mondon* M solidos, et de illis habeat mansus de Bossacco, qui est Guilelmi Adalberti, CC solidos.

[32] Relinquo Sancte Eulalie Helenensis, pro malefacta Sancti Cipriani, D solidos; et Arnaldi Riali, C solidos; et hominibus de Roca et de Brulano, M solidos; et homini milicie de Castiliono, pro equabus quas ab ipso habui, L solidos, et inter omnes alios homines de Castiliono C solidos.

[33] Relinquo Guilelmo Davino de Turrillis, pro malefactis quas illi feci, MD solidos, et dum vixerit sit franchus de quista.

[34] Dimitto<sup>b</sup> aliis meis hominibus de Turrillis, pro quistis quas ab illis habui M solidos.

[34] Et affranquisco omnes homines meos de quista et de tola usque ad VII annos.

[35] Relinquo Olibe de Verneto D solidos, et inter omnes alios homines de Verneto, ex quibus quistam habui, II millia solidos.

[36] Dimitto<sup>b</sup> Bernardo *Ordivel* de *Millars* DL solidos, et aliis hominibus de *Myllars*, ex quibus quistam habui, mille et D solidos; et hominibus de Cereto, ex quibus quistam habui, M solidos; et hominibus de *Talteul* et de Vingraldo, D solidos; et hominibus de Sancto Ypolito, CC solidos; et Guilelmo de Baynulis, de Turrillis, CCC solidos; et Forte femine, C solidos; et nepote A. de Sancta Columba CL solidos.

[37] Et dimitto<sup>b</sup> *Mascharos*, ad suas voluntates faciendas, mansum de Podio de *Anglats* et mansuum suum metipsum de Solario, cum omnibus eorum tenedonibus et pertinentiis, et teneat illos ad fevodum pro herede meo domino de Cereto, et ipse sui que

sint omni tempore franchi de quista; et si ex eo decesserit absque legitimo infante, revertatur herede meo domino de Cereto.

[38] Dimitto<sup>b</sup> Arnaldo de Sancta Fide M solidos pro cavalleria; et Berengario de Corbiacco, DCCC solidos; et Guilelmo de Sancto Johanne, M solidos; et Arnaldo de Villa longa, D solidos; et pro Guilelmo de *Taltaul* CCC solidos; et Blanche, filie Arnaldi Bertrandi, campum de Clusa quem mihi clamabat.

[39] Et, ut donet CCC solidos in solvenda mea manumissione, dimitto Rotberto CCC solidos, et Petro Bruneto CC solidos.

[40] Affranquisco<sup>j</sup> omni tempore Baffungentum, sarracenum meum.

[41] Relinquo Gaudioni de Palairacco et infantibus ejus D solidos, quos pater meus eis dimisit, et amplius D solidos de meo proprio.

[42] Dimitto<sup>b</sup> Guilelmo de Sancto Mameto et fratri suo Bre-mundo ruptam quem ab illis emi.

[43] Relinquo sorori me Beatrici, ad omnes voluntates faciendas, XX millia solidos barchinonensium, scilicet X millia solidos quos pater noster ei dimisit et X millia solidos quos ei dimitto<sup>b</sup> de meo proprio. Pro quibus XX millia solidos barchinonensium teneat pro pignore medietatem castri de *Myllars* et ville et de omnibus suis tenedonibus et pertinentiis,<sup>1</sup> et medietatem de Nifiacco et de omnibus suis pertinentiis, et medietatem de Corneliano et omnibus suis pertinentiis, tamdiu quousque heres meus persolvat ei dictos XX millia solidorum barchinonensium vel reddat ei marche argenti fini recti<sup>m</sup> pensi Perpiniani, computo unamquamque XLVIII solidorum barchinonensium, et sic de aliis hac ratione si hec moneta diminutata fuerit de lege vel penso.

[44] Dimitto<sup>b</sup> domine Marie, tantum in vita sua, honorem de *Riunogers* et de Mosseto. Amplius ei dimitto,<sup>b</sup> ad suas voluntates faciendas, III millia solidos barchinonensium, ultra illos II millia solidos quos ei jam donavi, quos V millia solidos barchinonensium habeat pro pignore, ad faciendas suas voluntates, super medietatem castri de *Millars*, quam ipsa habet et tenet et debet tenere in vita sua.

[45] Dimitto<sup>b</sup> Ermessendi filie mee, nomine hereditatis sue, mille et D morabatinos boni auri et recti pensi Perpiniani, et si ex ea decesserit absque legitimo infante, revertantur Ermengaldo de Verneto, primogenito meo.

[46] Relinquo filio meo Poncio de Verneto castrum meum de Cereto, cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis, et totum meum honorem de *Riunoguers*, cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis.

[47] Instituo heredem filium meum Ermengaldum de Verneto prenominatum. Et relinquo eidem filio meo Ermengaudo castrum meum de Verneto, cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis; et castrum de *Talteul*, cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis; et castrum de *Myllars*, et castrum de Barresio, cum omnibus eorum tenedonibus et pertinentiis; et castrum de Turrillis, cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis; et omnia alia mea mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque sint, preter hec quod supratestatus sum.

[48] Et si ex uno ex filiis meis prenomiatis decesserit absque legitimo infante, hereditas ejus ad alium revertatur, et sic de uno ad alium superstitem. Et si ex duobus filiis meis prenomiatis decesserit absque legitimis infantibus, revertatur castrum de *Myllars*, cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis, sorori mee Beatrici et suis, ad suas voluntates faciendas. Et castrum de Cereto, cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis, revertatur sorori mee Ermessendi et suis ad suas voluntates faciendas. Et totum alium honorem meum revertatur dicte filie mee Ermessendi, si eisdem filiis meis super vixerit, vel infantibus ejus. Si autem ex filia mea predicta decesserit absque legitimo infante, revertatur totum sororibus meis predictis Beatrici et Ermessendi comuniter, equis portionibus.

[49] Relinquo infantes meos prenomiatis et omnia bona mea, quecumque sint et ubicumque sint, in potestate Dei et domus milicie Templi et magistri milicie et preceptoris domus Mansi Dei et fratrum milicie, presentium ac futurorum. Et ut ipsi absque omni dampno milicie Templi teneant omnes predictos meos honores quos supra dimitto<sup>b</sup> aliquibus tamdiu, excepto hoc quod dicte sorori mee Beatrici dimitto<sup>b</sup> quousque de fructibus et de redditibus eorundem honorum meorum persolvantur et restituantur dicta delicta mea et predictam manumissionem meam, et hoc faciant bona fide, ad salvamentum anime mee et infantum meorum. Et fratres Templi non teneantur aliquid dare vel solvere nisi sicut exierit de redditibus mei supradicti honoris, et de toto credantur plano verbo, sine ullo sacramento. Tamen, si antequam esset persoluta tota predicta mea manumissio, filius meus Ermengaudus<sup>n</sup> de Verneto prenominatus fuerit etatis XII annorum, teneat et habeat castrum de Barresio

tantum, et nichil tangat vel accipiat in aliis honoribus quos ei dimitto<sup>b</sup> donec tota mea predicta manumissio bene et plenarie sit persoluta, quod si fecerit, infra XXX dies noticia preceptoris et fratrum Mansi Dei restituat, quod nisi fecerit, aufero illi castrum de *Talteul* et castrum de Turrillis, cum omnibus eorum tenedonibus et pertinentiis, quem castra haberet filius meus Poncius ad suas voluntates faciendas. Et si ipse Poncius, filius meus, fuerit etatis XII annorum antequam sit persoluta mea manumissio, teneat et habeat tantum castrum de Cereto, et nichil tangat vel accipiat in molendinis neque in condamina<sup>o</sup> nec in honore de *Riunoguers*; quod si fecerit, infra XXX dies restituat noticia preceptoris et fratrum domus Mansi Dei; quod nisi fecerit, aufero illi medietatem castri de Cereto et de omnibus suis tenedonibus et pertinentiis, quam medietatem castri de Cereto, et prenominatum castrum de *Talteul*, et castrum de Turrillis, cum omnibus eorum tenedonibus et pertinentiis, essent omni tempore domus milicie Templi et fratrum ejusdem domus, et ut fratres ejusdem domus darent omni tempore in unoquoque anno, in festo Omnium sanctorum, vestitum CC pauperibus, amore Dei, pro anima mea, persolutis autem debitis meis, et persolvat tota mea predicta manumissione, excepto pignore de Verneto. Manumissiones quas supra feci sint absolutas et unusquisque habeat quod supra legavi. Et volo ac mando ut totum meum pecus vendatur et pretium donetur in solvenda mea dicta manumissione. Et mando ut de fructibus et redditibus mei honoris et de peccore meo persolvantur penitus debita mea, excepto pignore de Verneto; et, persoluta debita, persolvantur filii militum hoc quod eis pro cavaliis relinquo, et persolutis illis, persolvantur dicte filie mee dictos M et D morabatinos quos ei supra legavi, et persoluta ipsa, omnes alii persolvantur per ordinem, sicut superius scriptum est, scilicet qui primus scriptus est, primitus persolvatur, et sic equaliter de omnibus aliis.

Et est manifestum. Actum est hoc VII<sup>o</sup> kalendas may, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XI<sup>o</sup>. Sig+num Poncii de Verneto, qui hec fieri jussi, laudavi, firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num fratris Arnaldi, capellani Mansi Dei. Sig+num Guiraldi presbiteri, canonici Aspirani. Sig+num Balaguerii, fratris domus Mansi Dei. Sig+num Guilelmi de *Luguls*, fratris domus Mansi Dei. Sig+num Arnaldi de Burgato, Sig+num Petri Magistri, fratrum monasterii Fontisfrigidi. Sig+num Bernardi Ortolani, fratris Hospitalis pauperum Perpiniani.

Poncius de Bajolis, scriptor publicus, hoc scripsit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. usitare B.    b. dimito B.    c. abadium B.    d. stangna B.    e. hedificent B.  
 f. appostoli B.    g. deffunctis B.    h. scensu B.    i. monasteri B.    j. afranquisco B.  
 k. *Les primeres lletres d'aquest nom són il·legibles* B.    l. et pertinenciis repetit per error B.  
 m. reci B.    n. Ermelgaudus B.    o. condaimina B.

## 233

1211, 14 d'octubre

*Arnau Radulf i el seu germà Pere Radulf venen a Guillem de Montrodon, comanador del Masdèu, i a Balaguer, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, 9 sous de cens anual que reben per un mas del Temple, així com el quartó que reben per una vinya del Temple situada prop dels molins del Temple, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, vora la Porta de Malloles. Els dos germans fan aquesta venda pel preu de 250 sous barcelonesos.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 260v-261, acta núm. 459.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 528-529, segons B.  
 D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 71-74, segons B.

Ad cunctorum hominum presentium ac futurorum perveniat noticiam quem ego Arnallus Radulfus, et Petrus Radulfus, frater meus, nos duo jam dicti simul, bona fide, sine omni enganno, non dolo vel fraude inducti nec ulla coactionis compulsi specie, set bono ac volenti animo et voluntate gratuita, per nos et per omnes presentes atque futuros vendimus et perfecte ac mere vendicionis titulo irrevocabiliter tradimus Deo et domui milicie Templi et tibi, Guilelmo de Monte Rotundo, preceptori domus Mansi Dei, et tibi Balaguerio, comendatori domus Perpiniani, et omnibus successoribus vestris, et universis fratribus predictae domus, presentibus et futuris, imperpetuum, omnes illos VIII solidos censuales quos annuatim accipimus et accipere debemus in vestro manso Perpiniani qui est juxta mansum Perpiniani Grassi, et item totum quartum quod accipimus in quadam vestra vinea que est juxta vestros molendinos, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, prope portam que vocatur de Malleolis et juxta mansum Guilelmi de Villa rasa. Hos, inquam, omnes supradictos VIII solidos censuales et totum quartum predictae vinee et quicquid



aliud habemus et accipimus, vel habere et accipere debemus,<sup>a</sup> aut nobis pertinet seu pertinere debet vel potest modo vel in futurum, jure aliquo vel ulla ratione in omni supradicto manso et vinea, ut dictum est, vobis et vestris vendimus pro CCL solidis denariorum barchinonensium, quos omnes sine diminucione aliqua confitemur nos insolidum recepisse a vobis predictis preceptoribus, et penes nos habuisse, exceptioni non numerate pecunie<sup>b</sup> renunciando. Set si forte plus valent aliquid predicta omnia, vel in posterum sunt valitura, quicquid vel quantumcumque illud sit, totum donamus et concedimus gratuita voluntate nostra domino Deo et predicte domui milicie Templi imperpetuum, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum et omnium fidelium defunctorum,<sup>c</sup> illi legi que decepto ultra dimidiam justii precii subveniendum insinuat ex certa sciencia penitus renunciando, et omni alii auxilio divi vel humani seu cujuslibet alterius juris vel scripti, generalis vel specialis, quod nobis aut nostris in futurum competere posset ad hec omnia, sicut superius scripta sunt, vel eorum aliquid infringendum. De nostro igitur jure ac potestate, cum hac<sup>d</sup> presenti scriptura publica perpetuo valitura et firma, prenominata omnia in dominium et potestatem dicte milicie tradimus omnesque voces et rationes et jura et excepciones atque actiones omnes, quas inde habemus vel habere debemus, in dominium et proprietatem jam dicte domus, et in vos omnes supradictis prorsus transferimus, predictorum omnium possessionem plenariam vobis sine retentu aliquo concedentes ad omnem vestram vestrorumque voluntatem omni tempore ibi et inde faciendam, sicut melius dici vel intelligi potest ad comodum prefate domus milicie et intellectum vestri et vestrorum. Promittimus<sup>e</sup> etiam per firmam ac sollempnem<sup>f</sup> stipulationem vobis supradictis comendatoribus nos et nostros semper de hac vendicione fideles auctores et guarentes vobis et vestris et domui predicte existere, instituentes nos et nostros vobis et vestris de omni evictione teneri. Actum est hoc II<sup>e</sup> idus octobris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XI<sup>o</sup>. Sig+num Arnaldi Radulfi. Sig+num Petri Radulfi, fratris ejus, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Petri de Lediniano. Sig+num Johannis Grassi. Sig+num Bernardi de Ripis Altis.<sup>g</sup>

Petrus Raymundi, qui hoc scripsi vicem gerens Berengarii de Grassa, publici Perpiniiani notarii (SM).

a. debmus *B.*    b. peccunie *B.*    c. deffunctorum *B.*    d. ha *B.*    e. promittimus *B.*    f. sollempnem *B.*    g. Rupis Alltis *B.*

## 234

1211, 27 de novembre

*Guillem de Brullà, cavaller, cedeix a fra Guillem de Mont-rodon, comanador del Masdèu, tot el que reclamava i pretenia tenir sobre una petita peça de terra del Temple situada a la parròquia de Sant Andreu de Bages, a l'extrem de l'estany de Bajoles. Reconeix a més a més que les seves reivindicacions no estaven fonamentades.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 172v-173, acta núm. 292.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 527-528, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 459-461, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Brulano, miles, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, non coactus vi nec deceptus fraude, set bona fide et sine omni enganno, dono et laudo et diffinio ac solvo atque penitus derelinquo domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Guilelmo de Monte rotundo, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, totum quantum habebam et habere debebam et totum quantum clamabam et petebam et clamare et petere poteram, jure vel consuetudine, sive ullo alio modo, in quadam peciola terre vestra que est in adjacentia Sancti Andree de Bagis, in capite stagni vestri quod vocatur de *Bajoles*, que affrontat ex una parte in aguillia, de II<sup>a</sup> in vestro stagno predicto, de III<sup>a</sup> in terra Guilelmi Marroti, de IIII<sup>a</sup> in via publica que transit inter stagnum de Bages et dictum stagnum de Bajolis. Sicut in hiis prenominatis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur et superius dictum est, sic ego Guilelmus de Brulano predictus, dono et diffinio vobis et dicte domui quicquid in dicta peciola terre habebam et petebam, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorum enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, in tali modo quod ab hac presenti die inantea ego nec mei nec aliquis nomine meo unquam amplius in dicta peciola terre nec in aliquo ad ipsam pertinenti ullam actionem facere vel movere non valeamus, set decetero sit totum solutum et diffinitum vobis et vestris ac dicte domui a me et a meis omni tempore. Hanc autem diffinicionem facio vobis et dicte domui amore Dei

in remissione peccatorum meorum imperpetuum, absque aliquo retentu. Et recognosco firmiterque concedo dictam petitionem et clamorem que in dicta peciola terre faciebam injuste et absque aliqua ratione facere. Et est manifestum. Actum est hoc V<sup>o</sup> kalendas decembris, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XI<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi de Brulano, militis, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Ferrarii de Lupiano. Sig+num Arnaldi Guilelmi. Sig+num Guilelmi Casalis de Toyrio.

Johannes Rotbertus, diaconus,<sup>a</sup> scripsit hoc, rogatus, et rasit et emendavit in V<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. diaconus B.

## 235

1212 (nou estil), 15 de febrer

*Fra Guillem de Mont-rodon, comanador del Masdèu, amb el consentiment dels frares d'aquesta casa, dona en acapte a Guillem Ramon de Sant Feliu d'Avall, a la seva muller Joana i als seus quatre peces de terra situades al terme de Sant Feliu, que Ric-senda i el seu marit Pere Adroer i la difunta Estefania Barona, mare de Ricsenda, havien empenyorat als pares de Guillem Ramon, Feliu Gab i Maria. Per aquesta donació, el comanador del Masdèu ha rebut 75 sous barcelonesos de Guillem Ramon i dels seus, els quals hauran de donar anualment al Temple mig quartó d'ordi, dues fogasses, una mitgera de vi i una gallina de cens el dia de Nadal, així com l'agrer i el braçatge de les terres. Tanmateix si al llarg dels dos anys vinents un dels qui han empenyorat aquestes terres desitgés recuperar-les, podria fer-ho segons les estipulacions contingudes a l'acta d'empenyorament; en aquest cas, els templers restituirien els 75 sous a Guillem Ramon i als seus; però, passat aquest termini, aquesta clàusula caducarà. I si aquesta penyora no fos alliberada, llavors Guillem Ramon i els seus la tindrien a perpetuitat.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la banda dreta per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergami, amplada 170/250 mm, alçada 85/155 mm, ADPO, Hp189.<sup>204</sup>

204. El document porta al dors una anotació del segle xv: «De Sent Feliu d'Amunt IIII pecies de terra», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 1940».

B Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 462-466, segons A'.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Monterotundo, preceptor Mansi Dei, consilio et voluntate fratrum ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, damus et laudamus firmiterque concedimus et cum hac carta (in perpetuum)<sup>a</sup> valitura in presenti tradimus, conditionibus inferius scriptis, ad accapitum tibi, Guilelmo Raimundo de Sancto Felice subteriori, et tibi, Johanne, uxori ejus, et infantibus vestris omnique vestre posteritati ac consanguinitati, et cui dare vel dimitere<sup>b</sup> volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, salvis semper juribus militie Templi in omnibus, omnes illas IIII<sup>or</sup> pecias terre, quas in terminio Sancti Felicis<sup>c</sup> Ricssendis et maritus ejus Petrus *Adroer* et Stephania Barona, mater dicte Ricssendis condam, patri tui dicti Guilelmi Raimundi, Felici *Gab*, et uxori ejus Marie, matri tue, impignoraverunt ut in carta pignoratitia inde facta continetur. Quarum II sunt ad Salancham. Et una ex his duabus affrontat ex I<sup>a</sup> parte in terra Paschalis condam, de II<sup>a</sup> in via publica, de III<sup>a</sup> in terra que fuit Bernardi Bremundi, de IIII<sup>a</sup> in terra Petri de Bexanis. Alia affrontat ex II<sup>bus</sup> partibus in terris Bernardi Bermondi, de III<sup>a</sup> in via publica, de IIII<sup>a</sup> in terra Petri de Baxanis. Alie due terre sunt ad Campum Comunum. Quarum I affrontat ex I<sup>a</sup> parte in via publica, de II<sup>a</sup> in garrico, de III<sup>a</sup> in terra que fuit Bernardi Bermondi, de IIII<sup>a</sup> in via publica. Alia affrontat ex II<sup>bus</sup> partibus in terris Bernardi Bermondi condam, de III<sup>a</sup> in garrico, de IIII<sup>a</sup> in via publica. Sicut in his prenominitis omnibus affrontacionibus includitur, sic nos, frater Guilelmus de Monte rotundo dictus, damus ad accapitum vobis predictis et vestris dictas petias terre totas, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Et pro hac donatione, quam vobis et vestris facimus, habuimus et accepimus a vobis pro accapito LXXV solidos barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse paccatos. Et ut predicta donatio firmior habeatur vobis et vestris, dabitis vos vel vestri nobis et nostris omni tempore pro dicta donatione annuatim in festo Natalis Domini de censu medium quartonum ordeï, et II *fogasses*, et I migeram vini, et I gallinam, et de terris agrarium et braciaticum fideliter. Et si forte aliquis

ex impignoratoribus predictis redimerit, et dictum pignus a vobis vel a vestris deliberare voluerit, possit facere ut in dicta carta pignoraticia continetur, quod si fecerit, nos vel nostri successores reddimus vobis vel vestris dictos LXXV solidos barchinonensium, quos non teneamur reddere vobis vel vestris transactis X annis. Set si aliquis ex dictis impignoratoribus dictum pignus a vobis vel a vestris non deliberaverint, habeatis et possideatis vos vel vestri dictam donationem omni tempore ut superius dictum est. Et promittimus vobis et vestris bona fide quod dictam donationem faciemus vobis et vestris bonam habere et tenere in perpetuum, ut supradictum est, salvo semper iuribus militie Templi in omnibus. Et est manifestum. Actum est hoc XV kalendas martii, anno Incarnationis Domini M° CC° XI°. Sig+num fratris Guilelmi de Monte rotundo, preceptoris Mansi Dei, qui hoc fieri iussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++na fratris Arnaldi, capellani, et fratris Guilelmi Tornerii, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini, et Guilelmi *Deuslofe*, et Bernardi Pueri de Sancto Felice. Johannes Rotbertus, diachonus,<sup>d</sup> scripsit hoc, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Omissió de l'escrivà. b. Sic A per dimittere. c. in terminio Sancti Felicis afegit a la interlínia A. d. Sic A per diaconus.

## 236

1212, 13 d'abril

*Fra Guillem de Mont-rodon, comanador del Masdèu, amb el consentiment de tot el convent d'aquesta casa, concedeix i confirma a Arnau Gausbert d'Orla i als seus el camp de la Font, dos terços del qual, situats al costat de la via pública, li pertanyen en alou; i pel terç situat al costat de la Bassa, Arnau i els seus donaran als templers mitja aimina d'ordi els anys de collita i el quartó de dues vinyes, l'agrer de l'hort i de les oliveres, i cada any per Nadal 12 diners melgoresos pel celler i 2 sous pel mas. Confirma a Arnau Gausbert tota l'altra honor que aquest té per altres senyors o en alou. Arnau i els seus podran residir a Perpinyà o a qualsevol altre lloc que vulguin, i no donaran cap quèstia, tolta, força, ni cap altre servei forçat als templers. Com a preu d'aquesta concessió, els templers han rebut 150 sous melgoresos.*

- B Vidimus del 26 de novembre de 1268, pergami, amplada 220/230 mm, alçada 130 mm, ADPO, Hp186.<sup>205</sup>
- C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., t. XXX, pp. 338-341, segons A.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Monte rotundo, preceptor domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos,<sup>a</sup> cum consilio et voluntate totius conventus dicte domus Mansi Dei, scilicet fratris Berengarii de Malleolis et fratris Martini *Crespel* et omnium aliorum fratrum ejusdem Mansi Dei, damus et laudamus firmiterque concedimus tibi, Arnaldo Jausberto de Orulo, et tuis, et quibus volueris dare vel dimitere, scilicet campum de Fonte, due partes sunt tuum alodium juxta stratam publicam, et de tercia parte juxta Vassam dones nobis et nostris successoribus tu vel tui mediam aiminam ordeï quando ibi fuerit expletum annuale et nil aliud, et de vinea de Guiffardo quartum, et de vinea de Garrigoles quartum fideliter; et de orto dones nobis et nostris successoribus agrarium tantum, et de olivis similiter; et pro cellario dabis nobis annuatim in festo Natalis Domini duodecim denarios malgurienses, et pro manso duos solidos ipsius monete in festo Natalis Domini pro uno quoque anno et nil aliud. Et amplius damus et laudamus et firmiter concedimus tibi et tuis totum alium honorem heremum et condirectum, quem tu tenes pro aliis dominis et pro tuo alodio. De toto ipso honore quem tu habes vel tenes pro ullo ratione, vel habere debes, vel evenire tibi vel tuis potuerit pro ulla ratione, totum jus illud quod ibi habebimus vel habere debemus pro ulla ratione damus et solvimus tibi et tuis in perpetuum ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas sine omni retentu. Et amplius concedimus tibi et tuis in perpetuum et damus ut possitis manere in villa Perpiniani vel in alio loco, ubicumque volueris ad tuam voluntatem et tuorum. Et non donetis questam nec toltam nec forciam nec ullum servitium forsatum nobis nec nostris successoribus pro ulla ratione. Et pro ista donatione et laudatione quam tibi facimus, habuimus a te CL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos<sup>b</sup> nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Et quod contra hec predicta nunquam veniamus nec venire faciamus, bona fide et firma stipulatione promittimus.<sup>c</sup> Et specialiter omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generali vel speciali, ad hec infringenda nobis competenti vel competituro, et expres-

205. Vegeu més endavant l'acta núm. 725.

sim beneficio omnium legum sive morum vel aliquid earum, ex certa scientia renunciamus illi juri. Actum est hoc ydibus aprilis, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XII<sup>o</sup>. Sig++++na fratris Guilelmi de Monte rotundo, preceptoris predicti, et fratris Berengarii de Malleolis, et fratris Martini *Crespel*, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig++++na Poncii de na Linis, et Arnaldi Fabri, et B. Espolegati de Perpiniano,<sup>d</sup> testium. Ego Berengarius de Verneto hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Geraldi de Orulo. Arnaldus Guiraldi de Orulo, scriptor publicus de Tulugiis, hanc cartam et firmatam<sup>e</sup> in posse P. Berengarii condam d'Orulo, scriptoris publici de Tulugiis de speciali mandato domini Elnensis episcopi Bernardus Dei Gracia, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B per* per nos et per omnes successores nostros. b. paccatos B. c. promitimus B. d. Perpiniani B. e. *Sic B, cal segurament restituir una fórmula del tipus* hanc cartam factam et firmatam.

## 237

1212, 31 d'agost

*Fra Balaguer, comanador del Masdèu, amb el consentiment de Maria Gasca de Sant Esteve, dóna a Ermessenda, neboda de Maria, tota l'honor que Joan Gasc tenia pel Temple al terme de Sant Mamet. Després de la mort de Maria, aquesta honor revertirà a Ermessenda, amb la condició que aquesta es redimeixi al seu senyor, que prengui un espòs amb el consentiment dels templers, que ella i el seu marit siguin home i dona propis del Temple i que paguin un cens anual de 5 sous el dia de Nadal, així com els cànonns habituals per les terres que depenen d'aquesta honor. I si Ermessenda morís sense fill legítim, aquesta honor revertiria a un germà o, a falta de germà, a una germana; i el seu successor haurà d'ésser home propi del Temple. Per aquesta donació, fra Balaguer reconeix haver rebut 210 sous barcelonesos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 407r-v, acta núm. 755.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 551-553, segons B.


D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 467-469, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Balaguerius, frater milicie Templi ac preceptor domus Mansi Dei, per me et per omnes fratres

ejusdem domus, presentes et futuros, bona fide absque enganno, consilio ac laudamento Marie Gasche de Sancto Stephano, dono, laudo firmiterque concedo, et cum hac presenti scriptura publica omni tempore valitura juste donationis titulo inter vivos irrevocabiliter trado tibi, Ermessendi, nepoti predictae Marie Gasche, et tuis, et omni posteritati tue imperpetuum, totum illum honorem integre, qui fuit Johannis Gaschi, quem ipse habebat et possidebat qualibet ratione, et per nos tenebat infra terminos Sancti Mameti, cum omnibus ingressibus et egressibus suis, et cum omni heremo et condirecto, et universis suis pertinentiis, ita quod, post mortem dicte Marie, remaneat tibi omnis predictus honor, hac condicione et vinculo quod tu redimas te a domino tuo, et accipias in dicto honore maritum, quem non possis accipere sine consilio nostro, et tu et ipse vir tuus sitis proprii et solidi homines predictae domus milicie, et sic habeas et teneas tu et tui totum supradictum honorem per nos, salvo jure nostro, et dabitur inde nobis pro censu V solidos monete per Rossellionem curribilis in festo Natalis Domini annuatim, et de terris terremeriti sicut inde dari consueverunt. Tamen non possis habere predictum honorem nisi a domino tuo te redimeris. Et si forte tu, dicta Ermessendis, decesseris absque infante legitimo, et habueris fratrem superstitem, remaneat ejusdem fratri tuo totus supradictus honor, salvo nostro jure, ita quod sit inde proprius homo milicie, set si non habueris tunc fratrem, et habueris sororem, remaneat ipsi omnis predictus honor, et sit inde propria et solida milicie, et non possit ibi maritum accipere absque nostro consilio, vir autem, qui eam duxerit, sit homo proprius dicte milicie. Pro qua quidem donacione, confiteor me recepisse a te CCX solidos barchinonensium, renunciando excepcioni non numerate pecunie.<sup>a</sup> Actum est hoc II<sup>e</sup> kalendas septembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XII<sup>o</sup>. Sig+num Balaguerii, qui hoc firmo firmari-que rogo. Sig++++na Bernardi de Cantalupis, et Poncii de *na Lis*, et Johannis Natalis.

Petrus Raymundi, qui hoc scribi vicem gerens Berengarii de Grassa, publici Perpiniiani notari-(SM)-i.

a. pecunie B.





## 238

1212, 3 de novembre

*Guillem, prior de Santa Maria del Camp, amb el consentiment de tot el seu convent, canvia amb fra Balaguer, comanador del Masdéu, i els altres frares d'aquesta casa tots els drets que té el priorat sobre una terra situada a l'extrem de la vinya que els templers tenen a Segur, des d'aquesta vinya fins a la via que condueix a la vila de Bages, tal com l'han delimitada plegats, per tots els drets, excepte el delme, que la casa del Masdéu té sobre una terra, que també han delimitat, situada més avall de la casa de Sant Salvador [de Cirà], al lloc anomenat Comunal, prop dels comunals dels homes de Vilamulaca.*

*B<sup>1</sup>* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 80v-81v, acta núm. 129.

*B<sup>2</sup>* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 98-99, núm. 157.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 553-556, segons *B<sup>2</sup>*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 470-477, segons *B<sup>1</sup>* i *B<sup>2</sup>*.

In Dei nomine.<sup>a</sup> Notum sit cunctis quod ego Guilelmus, prior Sancte Marie de Campo, voluntate tamen ac laude nostri conventus, per nos et per omnes successores nostros,<sup>b</sup> bona fide, sine omni malo ingenio, comutamur et damus et cum hac presenti carta perfecte comutationis et donationis imperpetuum valitura de nostra potestate in vestra in presenti tradimus perpetuo jure possidendum et habendum et ex toto diffinimus domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Balaguerio, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris,<sup>c</sup> totum quantum habemus et habere debemus in tota una terra, que est in capite vestre vinee de *Segur*, ab ipsa vinea usque ad viam qua itur apud villam de Bagis, sicut vobiscum terminavimus. Affrontat autem predicta terra ab oriente in vestra vinea predictae, a meridie et occidente in viis publicis, ab aquilone in via qua itur apud villam de Anilis et in comunali quod laborat domus Sancti Salvatoris. Quantum infra istas affrontaciones superius scriptas habemus et habere debemus ullo modo, aliqua voce et racione, totum, sine vestro vestrorumque enganno et sine omni retentu, ut predictum est, comutamur et damus et in presenti tradimus jam dicte domui milicie Templi et vobis<sup>d</sup> predictis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius ad utilitatem vestram et vestrorum intelligi, legi aut dici

potest, per liberum et franchum alodium, ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas, per illud quod habeatis et habere debetis in quadam terra, que est subtus domum Sancti Salvatoris, in comunali, juxta honorem quem laborant homines de Villa mulacha, sicuti vobiscum terminavimus, excepta decima quam vobis retinetis, quod a vobis pro comutatione in presenti recipimus.<sup>e</sup> De quibus tenemus et confitemur nos bene esse paccatos et sumus integre<sup>f</sup> et sine omni diminucione. Et quicquid jam dicta comutatio et donatio valet vel valebit plus inantea illius predicti quod a vobis comutando accipimus,<sup>g</sup> ut predictum est, totum jam dicte domui et vobis, predictis fratribus,<sup>h</sup> firma et grata donacione irrevocabiliter damus, et omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, per quod contra predictam comutationem venire poterimus nos vel nostri successores, scienter et expressim omnibus modis renunciamus, totumque imperpetuum diffinimus. Quam comutationem volumus firmam et stabilem inter vivos irrevocabiliter permanere. Et ego frater Balaguerius, preceptor Mansi Dei, voluntate tamen ac laude fratrum ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros,<sup>i</sup> bona fide, sine omni malo<sup>j</sup> ingenio, comutamur et damus et cum hac carta perfecte comutationis et donationis imperpetuum valitura, de nostra potestate in vestra in presenti tradimus perpetuo jure possidendum et habendum, et ex toto diffinimus domino Deo et domui Sancte Marie de Campo et tibi, Guilelmo, priori ejusdem domus, et omnibus canonicis et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, totum quantum habemus et habere debemus in tota una terra, excepta decima quam nobis retinemus. Que terra est in loco qui dicitur Communalis,<sup>k</sup> subtus domum Sancti Salvatoris, juxta honorem comunali, quem<sup>l</sup> homines de Villa mulacha laborant. Que terra affrontat ab oriente et meridie et occidente in ipso comunali, ab aquilone in jam dicto honore quem homines de Vila<sup>m</sup> mulacha laborant. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas habemus et habere debemus ullo modo, aliqua voce et ratione, totum, sine vestro vestrorumque enganno et sine omni retentu, excepta decima, ut predictum est, comutamur et damus et in presenti tradimus jam dicte domui Sancte Marie de Campo et tibi, Guilelmo, priori ejusdem domus, et omnibus canonicis et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius ad utilitatem vestram et vestrorum intelligi, legi aut dici potest, per liberum et franchum alodium, ad omnes vestras vestrorumque

voluntates imperpetuum faciendas, per totum illud quod habetis et habere debetis in quadam terra que est in capite nostre vinee de *Segur*, ab ipsa vinea usque ad viam qua itur apud villam de *Bagis*, sicut vobiscum terminavimus, quod a vobis pro comutatione in presenti recipimus, de quibus tenemus et confitemur nos bene esse<sup>n</sup> paccatos et sumus integriter<sup>o</sup> sine omni diminutione. Et quicquid jam dicta comutatio et donatio valet vel valebit inantea plus illius predicti quod a vobis comutando accipimus,<sup>g</sup> ut predictum est, totum jam dicte domui Sancte Marie de Campo et vobis jam dictis firma et grata donatione irrevocabiliter damus, et<sup>p</sup> omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, per quod contra predictam comutationem et donationem venire poterimus nos vel nostri successores, scienter et expressim omnibus modis renunciamus, totumque imperpetuum diffinimus. Quam<sup>q</sup> comutationem volumus firmam et stabilem permanere inter vivos irrevocabiliter. Et est manifestum. Actum est hoc III<sup>o</sup> nonas novembris, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XII<sup>o</sup>. (*crux*) Guilelmi, prioris Sancte Marie de Campo, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig++++++na Arnaldi de Surre, et Guilelmi de Laurono,<sup>r</sup> et Guilelmi de Lupiano, et Bernardi de Villa longa, et Bernardi de Banulis, et Arnaldi de *Trulars*, et Perpiniani, canonicorum ejusdem,<sup>s</sup> Sig++na Arnaldi Picani et Petri Donati, donatorum ejusdem, qui hoc laudavimus et firmavimus. Sig+num fratris Balaguerii, preceptoris Mansi Dei, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig++++++na fratris Arnaldi, capellani ejusdem, et fratris Guilelmi Tornerii, subpreceptoris ejusdem, et fratris Raymundi Fabri, et Stephani fratris, et fratris Bernardi Sabaterii, et fratris Guilelmi de Lupiano, et fratris Petri Coci. Sig++++++na Trobati Joverii, levite,<sup>t</sup> et Geroardi de Insulis, presbiteri, et Bernardi Bajuli, et Johannis Rubei, et Bernardi Guile.

Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus,<sup>u</sup> et hoc signum (SM) fecit.

a. In Dei nomine *afegit al marge B<sup>1</sup>*. b. nostros *omès B<sup>1</sup>*. c. et futuris *omès B<sup>1</sup>*. d. vestris *B<sup>1</sup>*. e. recepimus *B<sup>2</sup>*. f. integri *B<sup>1</sup>*. g. accepimus *B<sup>2</sup>*. h. fratribus *omès B<sup>1</sup>*. i. meos successores *B<sup>1</sup>*. j. mala *B<sup>2</sup>*. k. Comunali *B<sup>2</sup>*. l. quem *repetit per error B<sup>1</sup>*. m. Sic *B<sup>1</sup> B<sup>2</sup>*. n. esse *omès B<sup>1</sup>*. o. integri *B<sup>1</sup>*. p. ac *B<sup>2</sup>*. q. quem *B<sup>1</sup>*. r. Laurano *B<sup>2</sup>*. s. canocorum ejus *B<sup>1</sup>*. t. levita *B<sup>1</sup>*. u. jussus *omès B<sup>1</sup>*.

## 239

1213 (nou estil), 18 de març

*Guillem Jordà del Soler, arxidiaca d'Elna i prebost de Trullars, dona en acapte a l'església de Sant Salvador de Cirà i al seu administrador, Bernat de Pineda, així com a tots els frares i fraresses i habitants d'aquest convent i a tots els qui vulguin, llevat dels cavallers i dels homes de Perpinyà i de Tuïr, tota la garriga de Coma Auriola, que depèn del seu prebostat de Trullars, situada al terme de Sant Aciscle de Trullars, més avall del priorat, excepte el que Ramon Podadora i Joan Josbert de Vilamulaca hi conreen. Els monjos de Sant Salvador hauran de donar-li un cens anual de dues oques, la tercera part dels fruits pels tamarius que hi ha, i la tasca, el delme i les primícies del pa, del vi i de l'oli, segons el que s'hi hagi cultivat. Si ho desitgen, els religiosos de Sant Salvador podran protegir tota o una part de la garriga. Per aquesta concessió, Guillem Jordà reconeix haver rebut 200 sous melgoresos. Dilardó, batlle de Trullars, ha confirmat aquesta transacció.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 12v-13, acta núm. 24.

*C* Còpia del 31 de desembre de 1747 per Thomas Diego, notari, arxiu privat de Trullars, segons *B*.<sup>206</sup>

*D* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 561-564, segons *B*.

*a* GIBRAT, G., «Note sur l'église de Saint-Sauveur de Sira», *Revue historique et littéraire du diocèse de Perpignan*, núm. 11, novembre de 1925, pp. 159-160, edició parcial segons *C*.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Guilelmus Jordani de Solerio, archidiachonus Elnensis et prepositus de *Trullars*, per me et per omnes meos successores, non coactus ulla vi nec deceptus in aliquo, set bona fide, sine omni enganno et malo ingenio, inspecta<sup>a</sup> etiam maxima utilitate Sancte Eulalie Elnensis, et mei, et meorum successorum, et sine omni contradictu alicujus viventis persone, dono, laudo firmiterque concedo Deo et ecclesie Sancti Salvatoris Sirani et tibi, Bernardo de Pineto, ejus loci ministro, et omnibus successoribus tuis, et omnibus fratribus et sororibus et habitatoribus Sancti Salvatoris, presentibus et futuris, et cui vel quibus volueritis, exceptis militibus et hominibus Perpiniani et Tuiri, et jure perfecte ac vere donationis et laudationis,

206. «Copia hujusmodi sumpta fuit a quodam libro pergameneo postibus et pelle nigra cohopto in archivio Beate Marie Templi. (...) Ego dictus Thomas Diego notarius et secretarius, die 31 decembris anno 1747.»

cum hac presenti carta imperpetuum valitura, de meo jure et dominio et tenore ac potestate, et meorum successorum, in vestrum jus et dominium et tenorem ac potestatem, et omnium vestrorum, in presenti trado, et in plenam possessionem mitto per accapitum et per tenedonem imperpetuum, ad omnes vestras vestrorumque voluntates complendas et faciendas in omnibus per secula cuncta, salvis juribus Sancte Eulalie Elnensis in omnibus, totam illam meam garrigam integre, que est mee prepositure de *Trullars*, de celo usque in abyssum,<sup>b</sup> que vocatur de Cumba Auriola, subtus domum vestram<sup>c</sup> Sancti Salvatoris, et quam habeo et habere debeo in episcopatu Elnensis, in terminio Sancti Aciscli de *Trulars*, sicut tenet, et est, et esse debet de via illa publica, versus occasum, que exit de domo Mansi Dei et vadit ad Villam mulacam, usque ad flumen aque Riardelli, et sicut ipsa aqua discurrit versus meridiem<sup>d</sup> de longo in longum, usque ad ripam vinearum de Romaguedus, que est versus orientem, et versus aquilonem, sicut Cumba Auriola includit a prefata ripa vinearum usque ad viam Ville mulacque superius dictam. Sicut in hiis predictis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur et terminatur et sicut superius est dictum, sic dono et trado vobis et vestris in presenti totam predictam donationem, integre ac generaliter et plenarie, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis ac pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, ad se qualicumque modo pertinentibus et pertinere debentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius ac plenius et consultius et utilius a vobis vel a vestris sive a quoquam vivente viro sapienti dici vel legi aut intelligi potest, modo vel inantea, ad bonam utilitatem vestram et omnium vestrorum, excepto illo, solummodo, quod Raymundus *Podadora* et Johannes Jotzberti de Villamulaca in presenti infra predictam donationem laborant. Et ita, scilicet, quod jam amplius ab ipso presenti die inantea de hac predicta donatione [...] <sup>e</sup> extrahere, nec vos nec vestros engannare unquam de augmentis et melioramentis, quem ibi, salvis juribus Sancte Eulalie Elnensis [...] <sup>f</sup> jure, vel lege, vel ratione, vel consuetudine, vel judicio, occulte<sup>g</sup> vel manifeste, nec alio aliquo modo, set ego et mei successores [...] <sup>h</sup> vobis et vestris bonam et liberam ab omni emparatore et contradicente, semper et ubique, et omni excusatione cessante [...] <sup>i</sup> erimus vobis et vestris et domui vestre Sancti Salvatoris legales guirentes et deffensores contra omnes homines [...] <sup>j</sup> per bonam fidem et per firmam stipulationem vobis et vestris promittimus.<sup>k</sup> Et pro hac predicta donatione facietis per singulum

[...]l Ecclesie Elne [...]m quoque festo sancti Johannis Babtiste de junio duos anseres recipientes, et tertium pro tamarigueris [...]n vel tascam et decimam et primiciam panis et vini et olei, si ibi fuerit. Et hoc sit semper in arbitrium ecclesie [...]o successorum prepositorum de *Trulars*, atque bajulorum nostrorum de *Trulars* utrum magis noluerimus tascam et decimam [...]p tascham et decimam non faciatis censum,<sup>q</sup> similiter, si acceperimus censum<sup>q</sup> predictum non [...].<sup>r</sup> Et si volueritis, faciatis ibi defensam in toto vel in parte semper. Et pro hac donatione, habui et recepi a vobis pro accapite ad meum comodum CC solidos malguriensium, de quibus omnibus mihi integre et plenarie satisfacistis, et ita quod omni exceptioni non numerate pecunie<sup>s</sup> scienter renuncio. Ideo, ut hec predicta donatio, cum supradictis conditionibus, et cum omnibus suis augmentis et melioramentis, firma et stabilis, simplex et vera semper maneat inter vivos omni tempore, salvis juribus Sancte Eulalie Elnensis in omnibus, et nunquam possit corrumpi. Que est facta XV<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XII<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi Jordani, archidiaconi Elnensis et prepositi de *Trulars* predicti, qui per bonam fidem, salvis juribus Sancte Eulalie Elnensis in omnibus, hoc fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Dilardoni, bajuli de *Trulars*, qui hoc laudavi. Signum<sup>t</sup> (*creu patent*) Raymundi, Elnensis episcopi, et signum (*estel de cinc puntas*) Berengarii de Cantalupis, precentoris<sup>u</sup> Elnensis ecclesie. Sig+num Ram.<sup>v</sup> Sig+++na Guilelmi, presbiteri de *Trulars*, et Bernardi Bajuli et Raymundi *Joffre* Pontiliani, testium.

Berengarius, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. inspeccta B. b. habissum B. c. nostram B. d. meridie B. e. *Paraula il·legible B.* f. *Passatge il·legible, llacuna de 15 mm B.* g. *oculte B.* h. *Passatge il·legible, llacuna de 15 mm B.* i. *Passatge il·legible, llacuna de 30 mm B.* j. *Passatge il·legible, llacuna de 35 mm B.* k. *Promitimus B.* l. *Passatge il·legible, llacuna de 25 mm B.* m. *Paraula il·legible B.* n. *Passatge il·legible, llacuna de 50 mm B.* o. *Passatge il·legible, llacuna de 15 mm B.* p. *Passatge il·legible, llacuna de 50 mm B.* q. *scensum B.* r. *Passatge il·legible, llacuna de 40 mm B.* s. *peccunie B.* t. *siggnum B.* u. *preceptoris B.* v. *Titlla sobre la lletra m, potser cal llegir Ramon B.*

1213, 6 de novembre

*Fra Raimon de Periguers, comanador del Masdèu, amb el consentiment dels frares d'aquesta casa, es posa d'acord amb Guillem*

*Sapte de Malloles, home del Temple, i el seu fill Ponç, a fi d'arranjar el litigi que els enfrontava a propòsit del cens que aquests darrers havien de fer pel mas i l'honor que tenen per la casa del Masdèu. D'ara endavant, Guillem Sapte i els seus hauran de donar cada any, el dia de Nadal, quatre mitgeres del millor vi que venen a Perpinyà, un quartó de forment per a les fogasses, un pernil del millor porc que matin a llur casa o 3 sous de moneda corrent al Rosselló, un quartó d'ordi per la civada i una gallina. I donaran totes les servituds i tots els usos deguts pel mas i per l'honor.*

- A Original quirògraf, desaparegut.  
 B Vidimus del 13 de maig de 1271, perdut.<sup>207</sup>  
 C Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 218v-219, acta núm. 381, segons B.  
 D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, p. 564, segons B.  
 E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 478-480, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Petragorgo, preceptor domus Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros presentes ac futuros, bona fide et sine omni enganno, consilio et voluntate fratrum ejusdem, cum hac carta imperpetuum valitura facimus in presenti talem compositionem tecum Guilelmo Sapte de Malleolis, homine nostro, et filio tuo Poncio de censu quem debetis facere domui milicie Templi per mansum et honorem quem tenetis pro dicta domo, de quo censu jam contencio versa fuerat inter vos et fratres domus Mansi Dei. Ita facimus dictam compositionem quod vos et vestri faciatis et donetis annuatim pro censu dicti mansi et honoris, quem tenetis pro domo jam dicta, fratribus Mansi Dei omni tempore IIII<sup>or</sup> migerias melioris vini quod vendant apud Perpinianum ad rectam mensuram Perpiniani, et I cartonum<sup>a</sup> frumenti pulcri et recipientis ad mensuram Perpiniani per fogacias, et unam pernam melioris porci quem occideritis in vestra domo vel III solidos monete curribilis per Rossillionem, quicquid melius placuerit fratribus Mansi Dei, et I cartonum ordeï pro civata, et I gallinam. Omnem predictum censum persolveritis vos et vestri domui predictæ in festo Natalis Domini, ut dictum est superius. Et dabitis fideliter vos et vestri dicte domui omnia terremerita et usatica mansi et honoris predictorum. Et ego Guilelmus Sapte, et ego Poncius, filius ejus,

207. Vegeu més endavant l'acta núm. 817.

nos predicti, per nos et per omnes nostros, bona fide concedimus et recognoscimus nos esse paccatos de predicta compositione, et promittimus<sup>b</sup> per firmam stipulationem nos facere et dare omnem predictum censum annuatim omni tempore dicte domui milicie Templi et fratribus Mansi Dei, et terremerita et usatica mansi<sup>c</sup> et honoris predictorum, ut superius est dictum, sine ullo retentu. Et est manifestum. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> idus novembris, anno Incarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup>. Sig+num fratris Raymundi de Petragorgo, preceptori Mansi Dei, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++na Guilelmi Sabte de Malleolis et Poncii, filii ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Bernardi Johannis, presbiteri, et Petri Roqua, presbiteri, et Raymundi de Ansons, presbiteri. Andreas levita, publicus scriptor, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

a. cartonem C.    b. promittimus C.    c. et mansi C.

## 241

1214, 29 de març

*Guillem de Montesquiu fa testament. [1] Lliura el seu cos a la milícia del Temple per a ésser sebollit al cementiri de Santa Maria, de la comanda del Masdèu. Llega el seu cavall i les seves armes al Masdèu, així com tot el que posseeix al terme de Santa Maria de Nils. [2] Llega a la comunitat de Santa Maria del Vilar tota l'honor situada a Sant Esteve de Vilallonga dels Monts i altres llocs, que havia adquirit de Ramon de Castell-rosselló i que pertanyien abans a la difunta Ul-liarda de Peracalç; les seves dues parts de tots els delmes de la parròquia de Sant Martí de l'Albera, que havia comprat al cavaller Berenguer Llançol; el terç del delme de la parròquia de Sant Sadurní de Montesquiu, que havia comprat a Guillem de Brullà; el terç del delme de Sant Sadurní de Tresserra, que havia pertangut a Ul-liarda de Peracalç, [7] i tots els seus drets i ingressos sobre dues vinyes situades al vinyar anomenat de Malloles, al terme d'Orla, amb la condició que el prebost i la comunitat de Santa Maria del Vilar institueixin tres sacerdots que celebraran perpètuament misses i altres oficis pel repòs de la seva ànima i de les dels seus pares. [3] Llega a Santa Maria de Fontfreda 1.500 sous de Barcelona que aquesta abadia li devia, així com les dues copes de*



plata que l'abadia té d'ell en dipòsit; tanmateix, si recuperés aquesta quantitat abans de la seva mort, s'hauria de restituir l'equivalent al monestir. [4] Per a vestir els pobres, dona tot el que ha deixat en dipòsit a Fontfreda, excepte els 1.500 sous esmentats més amunt, així com tots els diners que el Masdéu té en dipòsit d'ell. [5] Llega 80 sous a l'abadia Santa Maria de Vallmanya pel reemborsament d'un bou. [6] Fa diverses deixes piadoses en benefici de diversos establiments religiosos per un import de cent setanta aimines d'ordi. [8] En compensació del forn de calç i del mas que li era contigu, llega als clergues que serveixen a l'església de Sant Esteve d'Orla un pati mitger a aquest santuari, més 100 sous per a les despeses de construcció. [9] Llega tres aimines d'ordi als leprosos d'Elna i dues aimines als de Tatzó. [10] Cedeix a Ramon de Vilarnau, fill de Gauter de Vilallonga, el domini que el difunt Pere de Vilarnau tenia en feu per ell a Baó, el qual el tindrà en feu per ell i per aquells hereus seus que tinguin el castrum de Sant Esteve. [11] Deixa als seus deutors la tercera part de les quantitats empenyorades per ell. [12] Guillem confirma el quirògraf que estipula el dot i la viduïtat de la seva esposa Ermessenda. [13] Institueix el seu fill Guillem Guerrejat hereu del castrum i del poble de Sant Esteve, així com de tot el que posseeix a les parròquies de Sant Esteve del Monestir, Sant Mamet i Sant Vicenç de Baó i de tot el que li pertoca del seu avi, Ramon de Termes, sobre els castells i pobles del Termenès.<sup>208</sup> Guillem Guerrejat ho tindrà tot en feu del seu germà Bernat, que el succeirà si aquell no té hereu legítim. [14] Designa el seu fill gran Bernat el seu principal hereu, raó per la qual aquest darrer tindrà tots els béns mobles i immobles del seu pare, excepte els que aquest disposa d'una altra manera en aquest testament. Tindrà en particular tot el domini que posseeix a Vilanova de la Muga, més enllà dels Pirineus, el castrum de Montesquiu, les possessions situades a les parròquies de Sant Martí i Sant Joan de l'Albera, Santa Maria de les Cluses, Sant Esteve de Nidoleres, Sant Esteve de Vilallonga dels

208. El pare de Guillem de Montesquiu, Bernat, s'havia casat amb Rixoven de Termes, filla de Raimon de Termes abans del 1163; vegeu DEVIC-VAISSETE, *Histoire générale de Languedoc*, ed. Privat, t. V, acta núm. 656-II. Un acord conclòs entre l'abadia de la Grassa i Oliver de Termes el 12 de juliol de 1259 té com a objectiu resoldre el contenciós que enfrontava aquestes dues parts a propòsit de la successió del Termenès; hom hi constata a més a més que Oliver de Termes havia heretat de les possessions de Rixoven i de Guerrejat, el seu successor, a causa de *faidiment* [paraula occitana que significa bandejament, desterrament; vegeu Claudine PAILHÈS (ed.), *Recueil des chartes de l'abbaye de La Grasse*, tom II, acta núm. 210.

Monts, Sant Quirze de Cànoes i els castra i parròquies de Santa Maria del Voló, Santa Eulàlia d'Alenyà i Sant Esteve d'Orla; els drets de justícia que posseeix sobre el poble de Malloles, així com els feus que els cavallers de Malloles tenen per ell i tots els altres drets de justícia que posseeix per raó del castrum d'Orla. [16] Llega 6.000 sous a la seva filla Bernarda, 5.000 sous a la seva filla Alamanda, 3.000 sous a la seva filla Ricsenda, i 1.000 sous a Sibil-la, filla de Bigorra, quantitat que li serà donada quan es casi. [17] En cas de naixement d'altres fills, cada fill que neixi rebrà 2.000 sous, que seran donats a l'església d'Elna, i llur germà Bernat haurà de vetllar per llur instrucció i satisfer llurs necessitats fins que hagin assolit l'edat de dotze anys. Guillem demana al bisbe i als religiosos d'Elna de rebre'l (o rebre'ls) com a canonges. Llega 3.000 sous a cada filla que neixi. [19] En cas de decés, les substitucions entre els seus diferents hereus hauran de seguir l'ordre de primogenitura masculina i després femenina. Si no hi ha cap supervivent, Ramon de Canet heretarà del seu patrimoni. [20] Llega dues aimines d'ordi a cada una de les esglésies següents: Sant Sadurní de Montesquiu, Santa Eulàlia d'Alenyà, Sant Esteve d'Orla, Sant Esteve del Monestir i Santa Maria del Voló, perquè s'hi celebri dignament la seva missa d'òbit. [21-22] Encarrega al comanador i als templers del Masdèu que vetllin per l'execució de totes aquestes disposicions. Per a fer-ho, aquests disposaran dels ingressos dels seus dominis, dels quals hauran de garantir la gestió i la vigilància. Igualment, els templers hauran de garantir la protecció dels seus fills, que mantindran amb els ingressos patrimonials fins que Bernat arribi a l'edat de vint-i-cinc anys i prengui possessió de la seva herència. Si es presenta el cas, els templers hauran de conservar la gestió dels castra d'Orla i d'Alenyà fins a l'extinció de totes les dotacions estipulades al testament. [23] Guillem nomena set coadjutors que hauran d'assistir els templers i que aquests podran revocar. [24] Encarrega finalment al seu senyor Hug, comte d'Empúries, al senyor Nunó Sanç i a Ponç del Vernet que protegeixin els templers i els seus coadjutors.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 9-10v, acta núm. 21.<sup>209</sup>

209 Al marge dret del foli 9, una mà del segle XVI ha escrit aquesta postil·la en llatí corresponent a una crida «A.» afegida al mig de la quarta interlínia: «A. Nota que mansus Dei [...]»; a baix i a la dreta, una altra glossa de la mateixa mà respon a una crida «b.» a la vint-i-cinquena interlínia: «b. Nota que domus Sancti Salvatoris non est domus Mansi Dei cum hoc dictum est juxta ipsum mansum et etiam que mansus Dei non vocatur Sanctus Salvator, sed Sancta Maria Mansi Dei, ut. Et etiam

- C Còpia de l'any 1425 en el Registre XVIII de la Procuració Reial, ADPO, 1B226, ff. CLXXXIIIv-CLXXXVv.
- D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 591-603, segons B.
- E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 481-488, sgons B.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest. Idcirco ego Guilelmus de Monte Esquivo facio meum testamentum, ne post mortem meam questio aliqua de bonis meis insurgere possit.

[1] In primis, dimitto<sup>a</sup> corpus meum sepelliendum in domo milicie Templi Mansi Dei, ut in cimiterio<sup>b</sup> Beate Marie ejusdem loci sepelliatur, cui domui Mansi Dei dimitto<sup>a</sup> equum meum et arma pro remedio anime mee. Amplius etiam, dimitto<sup>a</sup> domino Deo et domui milicie dicte, et preceptori ejusdem domus, et fratribus ibi presentibus et futuris, quicquid habeo vel habere debeo infra fines et terminos Beate Marie de Anillis pro alodio libero, ad omnes suas suorumque voluntates imperpetuum faciendas.

[2] Dimitto<sup>a</sup> domino Deo et Beate Marie de Villari totum illum honorem quem emi a Raymundo de Castro Rossilione, qui fuit Ulliardis condam de Petra Calice. Qui honor predictus est infra fines et terminis Sancti Stephani de Villalonga sive in aliis locis ubicumque sit, et totam illam decimam quam habeo in parrochia Sancti Martini de Albaria, scilicet duas partes totius decime illius ville, quam decimam emi a Berengario *Lancol*, milite; et amplius totam decimam quam emi a Guilelmo de Brullano in parrochia Sancti Saturnini de Monte<sup>c</sup> Esquivo, scilicet terciam partem quam emi a dicto Guilelmo de Brullano. Amplius etiam dimitto<sup>a</sup> dicte domui Sancte Marie de Villari totam terciam partem decime quam habeo in parrochia Sancti Saturnini de Tressera, que decima fuit condam Ulliardis dicte de Petra Calice. Predictum autem honorem, quem superius dimitto<sup>a</sup> dicte domui Sancte Marie de Villari, infra terminos predictos, habeat dicta domus et habitatores ejusdem loci, presentes et futuri, ad omnes suas suorumque voluntates imperpetuum faciendas pro alodio libero, tali tamen conditione ut prepositus dicte domus de Villari et habitatores ejusdem loci, presentes et futuri, teneant imperpetuum III presbiteros idoneos, qui

quod dicta domus Sancti Salvatoris dicitur esse in parrochia Sancti Juliani Vilamulaca, ut patet in f. X pag. Secunda circa finem bene tamen [...] hoc est in ipso termino Mansi Dei ut [...] f. XI pag. I ad finem.»

celebrent missas et alia divina officia pro anima mea et parentum meorum imperpetuum.

[3] Dimitto<sup>a</sup> domui Sancte Marie Fontis frigidi MD solidos barchinonensium, quos dicta domus Fontis frigidi mihi debet. Amplius etiam dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie Fontis frigidi II cifos argenteos, quos dictos cifos habet a me in causa depositi. Si vero dictos MD solidos a dicta domo Fontisfrigidi antequam ab hoc seculo descedam recuperavero, volo ac jubeo quod de bonis meis dicti MD solidos dicte domui restituantur. Que omnia predicta dimitto<sup>a</sup> domui dicte Sancte Marie pro remedio anime mee.

[4] Dimitto<sup>a</sup> pro indumentis pauperum totam illam pecuniam<sup>d</sup> quam domus Fontisfrigidi habet a me in causam depositi, exceptis dictis MD solidos. Et amplius dimitto<sup>a</sup> pro indumentis pauperum totam illam pecuniam<sup>d</sup> quam domus Mansi Dei habet a me in causam depositi, pro remedio anime mee.

[5] Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Vallis Magna LXXX solidos pro restitutione unius bovis.

[6] Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Espirano XX eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Campo XX eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie Fontis frigidi XX eimina ordei. Dimitto<sup>a</sup> monasterio Sancti Genesisii XX eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Eules X eiminas. Dimitto<sup>a</sup> Sancto Michaeli de Coyxano X eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> hospitali pauperum de Perpignano X eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Hospitali Jherosolimitani X eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Hospitali pauperum Sancti Spiritus de Montepessulano X eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> monasterio Sancti Andree X eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Hospitali pauperum ville Ellnensis V eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Garriga juxta Eyglinum X eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Sancto Salvatore juxta domum Mansi Dei V eiminas ordei. Dimitto<sup>a</sup> Sancte Marie de Paniçariis V eiminas ordei.

[7] Amplius etiam dimitto<sup>a</sup> dicte domui de Villari quicquid habebam vel percipiebam vel aliquo modo habere debebam in duabus fayxis vinearum que fuerunt Petri Arnaldi condam de Orulo, quas tenent modo Bernardus *Espolegat* et *Lias Fania*. Que vinee dicte sunt in quodam vineto de Orulo quod dicitur Mallolas, cum terra in quibus dicte vinee sunt plantate.

[8] Dimitto<sup>a</sup> quoddam pati quod habeo in villa de Orulo, juxta ecclesiam Sancti Stephani de Orulo, et juxta domum Valone Fine, clericis qui dictam ecclesiam Sancti Stephani servient, pro emendatione domus caucinalis et mansi qui juxta domum causalis erat, quibus clericis dimitto<sup>a</sup> C solidos ad dictum pati edificandum.

[9] Dimitto<sup>a</sup> leprosis Elne III eiminas ordei, et leprosis de Tacione II eiminas ordei.

[10] Dimitto<sup>a</sup> Raymundo de Villarnaldo, filio<sup>e</sup> Gauterii de Villalonga, illum honorem quem Petrus de Villarnaldo condam tenebat pro me in villa de Basono ad fevodum, quem honorem dictus Raymundus et sui teneant pro me ad fevodum, et pro heredibus meis qui castrum meum de Sancto Stephano tenuerant.

[11] Dimitto<sup>a</sup> omnibus illis inpignoratoribus a quibus pignus habeo terciam partem totius pecunie<sup>f</sup> quam super dicta pignora eis mutuavi.

[12] Laudo et confirmo uxori mee, Ermessendi, totam illam pecuniam<sup>d</sup> quam mihi attulit, et totam illam donationem propter nupcias, sive sponsaliciam, quod ei feci, sicut in instrumentis inter me et ipsam per alphabetum divisim continetur.

[13] Institutio filium meum, Guilelmum *Gerregat*, mihi heredem in toto castro de Sancto Stephano, et in villa, et in ejus terminis mihi pertinentibus, et in omnibus hiis quem habeo vel habere debeo in parrochia dicti Sancti Stephani de Monasterio, et in omnibus hiis quem habeo vel habere debeo in parrochia Sancti Mameti, et in omnibus hiis quem habeo in parrochia Sancti Vincentii de Basono, et in omnibus hiis quem habeo vel habere debeo in honore de Termino, in castris scilicet, et in villis, et possessionibus, et in toto honoris de *Termenes*, qui dictus honor evenit mihi successione et voce Raymundi de Termino, avii mei, in omnibus actionibus etiam quem mihi competunt vel competere possunt pro dicto honore de *Termenes* dictum Guilelmum, filium meum, mihi heredem instituo. Tali tamen conditione dictum filium meum Guilelmum in omnibus predictis mihi heredem instituo, ut habeat et possideat omnia predicta que ei superius jure institutionis dimitto<sup>a</sup> in fevodum pro fratre suo Bernardo, et pro suis ipse et sui. Si vero dictus filius meus Guilelmus decesserit sine legitimis liberis, substituo<sup>g</sup> ei filium meum Bernardum, et suos, in omnibus supradictis.

[14] Institutio filium Bernardum mihi heredem in omnibus aliis meis bonis mobilibus et immobilibus, exceptis hiis quem superius dimisi, et exceptis hiis que inferius dimitam, et specialiter in toto illo honore que habeo ultra montem, apud Villam Novam de *Samuga*, ubicumque sit vel esse possit, et in toto castro de Monte Esquivo, cum omnibus suis pertinentiis, et in toto illo honore quem habeo vel habere debeo in parrochia Sancti Martini

et Sancti Johannis de Albaria, et Sancte Marie de Clusa, et in toto castro et in honore quem habeo in parrochia Sancte Marie de Volono, et in toto honore quem habeo in parrochia Sancti Stephani de Nidoleriis, et Sancti Stephani de Villalonga de Monte, et in castro et in honore quem habeo in parrochia Sancte Eulalie de Aliniano, vel habere debeo. In omnibus autem predictis et in omnibus aliis bonis meis mobilibus et immobilibus, que habeo vel habere debeo, quecumque sint et ubicumque sint, instituo filium meum Bernardum predictum mihi heredem, exceptis hiis que superius specialiter dimiseram vel adhuc inferius dimittam.<sup>h</sup> Adhuc etiam instituo dictum filium meum Bernardum mihi heredem in toto castro de Orulo, et in omni honore quem habeo vel habere debeo in parrochia Sancti Stephani de Orulo,<sup>i</sup> et in omni honore quem habeo vel habere debeo in parrochia Sancti Quirici de *Chanoy*, et in justiciis quas habeo vel habere debeo in villa de Mayllolis, et in fevodis que milites de Mallolis tenent pro me, et in omnibus aliis dominiis et fevodis que habeo vel habere debeo pro castro de Orulo.

[15] Si vero dictus filius meus Bernardus decesserit sine legitimis liberis, substituo ei Guilelmum filium meum in omnibus supradictis.

[16] Instituo filiam meam Bernardam mihi heredem in VI<sup>M</sup> solidis monete curribilis in Rossellione. Instituo filiam meam Alamandam mihi heredem in V<sup>M</sup> solidis monete curribilis per Rossellionem. Instituo filiam meam Ricsoendem mihi heredem in IIII milibus solidis monete curribilis per Rossellionem. Dimitto<sup>a</sup> M solidos Sibilie, filie Bigorre, qui ei dentur cum nupserit.

[17] Si vero decetero filius mihi natus fuerit, instituo eum mihi heredem in II<sup>M</sup> solidis, quos ei donet Bernardus filius meus, vel ille qui locum ejus tenuerit. Et jubeo ac constituo quod dicti II<sup>M</sup> solidi dentur ecclesie Elnensis. Et rogo episcopum et clericos Elnensis ut dictum filium meum, si mihi natus fuerit, recipiant in canonicum. Si vero decetero filii masculi sexus plures mihi nati fuerint, eodem modo in II<sup>M</sup> solidis eos heredes mihi instituo, et ipsos clericos, ut predictum est, fieri jubeo. Et constituo ut, si qui filii mihi decetero nati fuerint, Bernardus filius meus, vel ille qui locum ejus tenuerit, provideat illis in necessariis, et faciat eos instrui donec sint etatis XII annorum. Si qua vero filia vel filie mihi decetero nati fuerint, ipsam, vel ipsas singulas, scilicet quasque in tribus M solidis mihi heredes instituo.

[18] Adhuc etiam instituo filium meum Bernardum mihi heredem in omnibus augmentis que decetero fecero, et in omnibus hiis que adquirere potero.

[19] Si vero una de filiam meis vel omnes decesserint sine legitimis liberis, substituo<sup>g</sup> ei, vel eis, dictum filium meum Bernardum, vel eum qui locum ejus tenuerit. Si vero filii mihi decetero nati fuerint et antequam canonici fiant decesserint, substituo eis, vel ei, filium meum Bernardum. Si autem predicti duo filii mei decesserint sine legitimis liberis existentibus, aliis filiis masculi sexus substituo<sup>g</sup> eis filium, vel filios mihi decetero nascituros,<sup>j</sup> filiis meis predictis. Et constituo quod, existentibus masculini sexus filiis, nulle filie ad substitutionem filiorum vel filiarum admittant.<sup>k</sup> Si autem omnes filii mei masculini sexus nati, vel nascituri, sine legitimis liberis decesserint, substituo eis filias meas, ita ut, existente prima alie, non admittantur<sup>l</sup> ad substitutionem, et sic deceteris. Si vero omnes predicti infantes mei, qui modo nati sunt, vel inantea<sup>m</sup> nascentur, sine legitimis liberis decesserint, substituo<sup>g</sup> eis Raymundum de Chaneto.

[20] Post hec, jubeo ut meum septimum, ut honorifice fiat, dimitto<sup>a</sup> ecclesie Sancti Saturnini de Monte Esquivo II ei(minas) ordei, et ecclesie Sancte Eulalie de Aleniano II ei(minas) ordei, ecclesie Sancti Stephani de Orulo II ei(minas) ordei, Sancto Stephano de Monasterio II ei(minas) ordei, Sancte Marie de Volono II ei(minas) ordei.

[21] Post hec autem predicta, dimitto<sup>a</sup> filios meos predictos, et qui decetero mihi nascentur, et omnem honorem meum, et omnia bona mea, quecumque habeo vel habere debeo, in potestate Dei et domui milicie Templi et in posse preceptoris et fratrum Mansi Dei. Et rogo preceptorem et fratres domus Mansi Dei, ut recipiant totum dictum honorem meum, et eum gubernent ac deffendant, et filios meos gubernent et deffendant. Et de fructibus ac redditibus totius meis honoris et de mobilibus meo satisfaciant illis quos dampnificavi,<sup>n</sup> vel quibus injurias intuli, et filiabus meis predictis hereditates suas superius eis relictas solvant cum nupserint, vel cum fuerint nobiles etatis.

[22] Totum autem predictum honorem, quem superius dicto filio meo Bernardo dimitto,<sup>a</sup> volo ac constituo<sup>o</sup> et rogo ut teneant<sup>p</sup> preceptor et fratres Mansi Dei usque quo filius meus Bernardus sit etatis XXV annorum. In qua etate, volo et constituo ut dictus filius meus Bernardus recuperet honorem quem superius ei

dimitto,<sup>a</sup> ita tamen si, tempore illo, hereditates filiarum mearum fuerint solute et injurie mee fuerint plenarie restitute. Si vero dicte injurie mee predicto termino plenarie non fuerint restitute, et hereditates filiarum mearum non fuerint solute, et manumissio mea non fuerint persoluta, volo, rogo ac constituo quod preceptor domus Mansi Dei et fratres teneant ac possideant totum castrum meum de Orulo, cum omnibus suis pertinentiis, et totum castrum meum de Aliniano, cum omnibus suis pertinentiis, usque quo omnes injurie mee sint plenarie restitute et emendate,<sup>q</sup> et hereditates filiarum mearum sint solute, et manumissio mea similiter sit soluta. Que omnia persolvantur ex fructibus et redditibus dicti honoris mei. Si vero, restitutis dictis injuriis meis, solutis hereditatibus dictarum filiarum mearum, et soluta dicta manumissione, aliquid superfuerit de dictis fructibus et redditibus meis, jubeo totum reservari in utilitate dicti filii mei Bernardi, et ei dari cum fuerit predictae etatis. Jubeo etiam, ut dictus filius meus Bernardus provideat dicto filio meo Guilelmo, fratre suo, quousque<sup>r</sup> dictus Guilelmus habeat et recuperet totum honorem, vel partem, unde sibi providere possit.

[23] Rogo Guilemum Jordanum de Villa francha, archidiaconum Elenensis, et Guilelmum de Sancto Martino, Elenensis canonicum, et Raymundum de Sancto Martino, Berengarium Gitardum de Aliniano, Raymundum de Accato, et Gauterium de Orulo, et Arnaldum de Fulullis, ut omnes isti sint fideles coadjutores<sup>s</sup> in omnibus, in quibuscumque possint, predicto preceptori et fratribus Mansi Dei, ita tamen quod preceptor et fratres Mansi Dei habeant licenciam removendi eum vel eos qui eis inutilis coadjutor<sup>t</sup> fuerit.

[24] Rogo autem dominum meum Uguonem, comitem Ympuriarum, et dominum Nunum Sancii, et Poncium de Verneto, ut ipsi deffendant dictos fratres et preceptorem domus Mansi Dei et coadjutores<sup>u</sup> quos eis superius dedi.

Siquos autem codicillos<sup>v</sup> adhuc facerem,<sup>w</sup> ipsos valere volo. Et est manifestum. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup>, regnante Philippo rege in Francia. Sig+num Guilelmi de Monte Esquivo, qui hoc testamentum fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++++num Raymundi de Sancto Mameto, Raymundi *Cabal*, Guilelmi de Sancto Martino, canonici Elenensis, Arnaldi de Fullules, Bernardi Peleti, Benedicti, presbiteri de Sancto Michaeli, et Petri, presbiteri de Palaudano, testium rogatorum hujus testamenti a predicto testatore.



Hec est autem ultima mea voluntas, quam vice testamenti habere volo, et si non valet jure testamenti, valeat saltem jure codicillorum, vel jure cujuslibet alterius ultime voluntatis. Arnaldus capellanus (SM) scripsit, rogatus, cum litteris in XXX<sup>a</sup>V<sup>a</sup> linea et in XXX<sup>a</sup>VI<sup>a</sup> linea superpositis et in XII<sup>a</sup> et in L<sup>a</sup>III<sup>a</sup>.

a. dimitto B. b. ciminterio B. c. Una mà posterior ha substituït Maria per Monte. d. peccuniam B. e. filii B. f. peccunie B. g. sustituo B. h. dimitam B. i. et in omni honore quem habeo vel habere debeo in parrochia sancti Stephani de Orulo *repetit per error* B. j. naciuros B. k. admitant B. l. admitantur B. m. antea B. n. dapnificavi B. o. constituo B. p. teneat B. q. esmendate B. r. quo ad usque B. s. choadjutores B. t. quoadjutor B. u. quoadjutores B. v. quodicillos B. w. fecere B.

## 242

1214, 31 d'agost

*Pere de Llupià, malalt, fa testament. Designa Ramon de Sant Jaume i Guillem Sapte executors testamentaris. [1] Lliura la seva ànima i el seu cos a Déu i a Santa Maria del Masdèu. Llega a la milícia tots els drets que té per ella i per Bremon de Vilallonga sobre un camp situat al terme de Malloles, excepte la pròxima collita que s'hi faci. Llega igualment la seva vinya de Figuera situada al vinyar prop de la leproseria, amb la condició que els frares del Masdèu els rebin, a ell i al seu fill Ramon, com a donats quan vulguin prendre els hàbits d'aquesta casa. [2] Llega a l'església de Malloles quatre sestera de blat i vi, l'àpat de setena, els seus millors vestits i les seves sabates. Llega mitja aimina d'ordi als preveres d'aquesta església, 6 diners als diaques, 12 diners al llantier, mig quartó d'ordi als leprosos de Malloles i un quartó a Sant Aciscle. Llega a la sagristia de Santa Maria de Malloles la meitat d'una de les oliveres que té en comú amb ella. [3] Pere llega la seva vinya de Figuera a Guillem Ras, que la tindrà mentre visqui; després de la mort d'aquest darrer, revertirà a Ramon, fill del testador. [4] Llega 400 sous barcelonesos a Maria Gautera, la seva esposa, que els hi havia aportat en dot, quantitat per la qual li obliga el seu hort de l'Horta d'Avall de Malloles, que està empenyorat per 104 sous, el seu hort de l'Horta Mitjana, el seu mallol de Puig Genest i el seu camp de Gamissa, que està empenyorat per 50 sous. [5] Llega al seu fill Ramon el camp de Coma, dues feixes de vinyes al vinyar de Batipalmes i tots els seus altres béns dels quals no ha disposat en cap altra banda. L'institueix hereu i el posa, juntament amb la seva*

*mare Maria, sota la protecció i la tutela dels frares de la milícia del Temple, amb la condició que Maria els faci una oca de cens anual mentre visqui. [6] Aquest testament ha estat fet en presència de fra Pere Guillem, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, delegat de Raimon de Periguers, comanador del Masdéu. [7] Llega la casa a la seva esposa Maria perquè la tingui per tota la vida, i després revertirà al seu fill Ramon.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 45v-46v, acta núm. 72.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 564-567, segons *B*.  
*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 75-77, segons *B*.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest. Ego Petrus de Lupiano, detentus in egretudine, timeo penas inferni et cupio pervenire ad gaudia paradisi. Ideo facio meum testamentum, in quo omnia mea jure ultime voluntatis dispono. Et eligo manumissores meos Raymundum de Sancto Jacobo et Guilelmum Sapte, quibus dono plenariam potestatem ordinandi et dividendi omnia mea mobilia et inmobilia, sicut in hoc meo testamento inferius scriptum reperitur.

[1] In primis, dimitto<sup>a</sup> animam et corpus meum Deo et Beate Marie Mansi Dei. Et dimitto<sup>b</sup> ibi pro Dei amore et in presenti dono, in vita et morte, omnia jura que pro milicia habeo et teneo in uno campo, quem pro eadem milicia et pro Bremundo de Villa longa teneo in terminis de Maleolis, ad Ferragines super villam, preter primum expletum quod ibi erit. Et amplius dimitto<sup>b</sup> dicte milicie, ut post mortem meam habeat<sup>c</sup> et teneat, vineam I meam de Figuera, juxta vineam Raymundi *Adalbert*, que est in vineto juxta domum leprosorum, in tali pacto quod, quandocumque hora ego (et) Raymundus filius meus voluerimus<sup>d</sup> accipere habitum ejusdem domus, fratres illius loci recipiant nos<sup>e</sup> pro donatis cum aliis nostris rebus, exceptis illis que aliis subtus dimitto.<sup>b</sup>

[2] Et dimitto<sup>b</sup> me matri ecclesie de Malleolis IIII<sup>or</sup> sestarios, inter annonam et vinum, septimum prandium et melius vestimentum et mea calciamenta. Dimitto<sup>b</sup> sacerdotibus ejusdem ecclesie mediam eiminam ordeï; levite, VI denarios; candele, XII denarios; leprosis de Malleolis, medium quart[on]um<sup>f</sup> ordeï; et Sancto Acicclo, I quart[on]um.<sup>f</sup> Dimitto<sup>b</sup> sacristie Sancte Marie de Malleolis medietatem unius olivarii de illis IIII<sup>a</sup>, quas habeo cum eadem sacristia, scilicet illam que est versus ortum Guilelmi Torti, apud occidentem.

[3] Dimitto<sup>b</sup> Guilelmo *Ras* vineam meam de Figuera, que est juxta vineam Arnaldi *Mauran*, dum vixerit, et post mortem ejus revertatur Raymundo filio meo.

[4] Dimitto<sup>b</sup> Marie Gautere, uxori mee, CCCC solidos bonorum barchinonensium, ad omnem suam voluntatem, quos omnes mihi abstulit in die nupciali. Et pro eisdem CCCC solidis modo in presenti obligo ei returnum jure pignoris et cui pro eadem pecunia<sup>g</sup> obligare velit, ortum meum, quem habeo in Ortis inferioribus de Maleolis, juxta ortum Raymundi Poncii, et est in pignore pro CIII solidis barchinonensium; et ortum meum de Ortis medianis, juxta ortum Bernardi *Gros*; et maleolum meum de Podio *Genest*, juxta vineam condam Arnaldi de *na Dies*; et campum meum de *Gamissa* de alodio, juxta campum Bartholomei *Torrat*, qui est in pignore pro L solidis barchinonensium. Totum hoc, pro returno sue pecunie<sup>h</sup> habeat et teneat, non computando fructus in sortem, tamdiu, integre et potenter, donec predictos CCCC solidos ei vel cui jusserit reddantur vel marchas boni argenti et fini rectique pensi Perpiniani ad computum<sup>i</sup> XLVIII solidorum barchinonensium, donec de omnibus predictis CCCC solidis sit bene pacata<sup>j</sup> illa vel cui dimiserit ad suam voluntatem et sine enganno.

[5] Dimitto<sup>b</sup> Raymundo, filio meo, campum meum de Cumba, juxta campum infantum Tiburgis femine et juxta campum Arnaldi *Venrel*; et duas faxias de vineis de alodio, in vineto de Batipalmis; una est juxta vineam Berengarii Raymundi, et altera Bernardi *Larc* qui fuit. Omnia alia mea hic expressa vel non expressa, que mihi contingunt et contingere debent, ulla voce et aliqua ratione, in cunctis locis, exceptis illis que aliis superius dimitto<sup>b</sup>, et instituo eum heredem. Et dimitto<sup>b</sup> eum et matrem ejus in potestate Dei et milicie Templi et fratrum ejus loci, ut illi sint tutores<sup>k</sup> et defensores<sup>l</sup> ac gubernatores eorum et omnium rerum suarum dum vixerint, et in tali modo quod uxor mea dicta faciat annuatim censum unam anserem milicie in omni vita sua.

Totum hoc fuit dictum in presencia fratris Petri Guilelmi, commendatoris domus milicie Perpiniani, quem ibi<sup>m</sup> misit Raymundus de Petra Gorice, preceptor Mansi Dei.

[6] Et amplius dimitto Marie, uxori mee, casam meam in qua habito, ut teneat dum vixerit; et post obitum ejus revertatur Raymundo filio meo.

Hec est ultima mea voluntas et quam pro testamento observari jubeo omni tempore. Actum est hoc II<sup>e</sup> kalendas septembris,

anno Incarnationis Christi M° CC° XIII°, regnante rege Filipo. Sig+num Petri de Lupiano dicti, qui hoc laudo et testes firmare rogo. Sig++++na Raymundi de Sancto Jacobo, Guilelmi Sapte, Arnaldi *Venrel*, Malleoli *Gasal* et Raymundi de *Mosselons*. Guilelmus de *Heliz*, vice Arnaldi de Capcirio, cum suprascriptis<sup>n</sup> in XX<sup>a</sup> linea et XXI<sup>a</sup>, scripsit rogatus (SM).

Arnaldus de Capcirio, sacerdos, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitens B.    b. dimito B.    c. habeant B.    d. noluerimus B.    e. vos B.  
f. quartum B.    g. pecunia B.    h. pecunie B.    i. compotum B.    j. paccata B.  
k. tutores *repetit per error* B.    l. deffensores B.    m. ib B.    n. supprascriptis B.

## 243

1214, 23 d'octubre

*Guillem Pelegrí de Malloles i el seu germà Jaume, fill del difunt Pelegrí de Malloles, venen a fra Raimon de Periguers, comanador del Masdeu, i als altres frares d'aquesta casa dos cellers que tenen a la cellera de Malloles i una vinya que tenen al terme de Malloles, al vinyar d'Herber. Fan aquesta venda pel preu de 1.700 sous de Barcelona, és a dir, 700 sous pels cellers i 1.000 sous per la vinya. Berenguer Sagristà, pel qual són tinguts els cellers, ha confirmat aquesta venda, salvat el cens anual de 6 diners que se li deu, i declara haver-ne rebut tot el foriscapi.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 204-205, acta núm. 356.  
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 567-568, segons B.  
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 489-494, segons B.


In Dei nomine. Notum sit omnibus hec audientibus quod ego Guilelmus Peregrinus de Malleolis, et ego Jacobus, frater ejus, nos duo simul condam filii Peregrini de Malleolis, non vi metuve compulsi, non dolo vel fraude inducti, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus domus Mansi Dei et tibi, fratri Raymundo de *Petragorcs*, ejusdem domus preceptoris, et successoribus tuis, et fratribus ejusdem domus, presentibus ac futuris, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, duos cellarios nostros, quos habemus et habere debemus intus cellariam de Malleolis, in adjacencia Beate Marie ejusdem ville; et unam vineam nostram de francho alodio, quam habemus et habere debemus in

terminis dicte ville de Malleolis, in vineario de *Herber*. Affrontant autem predicti cellarii ab oriente in cellario Guilelmi Bugarrelli, a meridie in ecclesia et in cimiterio,<sup>a</sup> ab occidente et aquilone in viis publicis. Supradicta vinea affrontat ab oriente in vinea Arnaldi Venrelli, a meridie in vinea Arnaldi Textoris, ab occidente et aquilone in vinea Berengarii Sacriste. Sicut in hiis omnibus prenomiatis affrontacionibus includitur, sic nos prenominati vendimus dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptoris, et successoribus tuis, et fratribus dicte domus, presentibus et futuris, predictos cellarios, de celo usque in abyssum,<sup>b</sup> et predictam vineam, cum terra in qua est plantata, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno dicte domui et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem dicte domus Mansi Dei. Cedimus etiam et damus Deo et dicte milicie et tibi, pretaxato preceptoris ejusdem domus, et successoribus tuis, et fratribus ibidem presentibus atque futuris, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, omnes actiones et exceptiones et jura, que adversus aliquas personas pro predictis omnibus habemus vel habere debemus aliquo modo. Hanc autem vendicionem et donacionem vobis et dicte domui Mansi Dei facimus pretio mille DCC solidorum barchinonensium bonorum, scilicet cellarios pro DCC solidis et vineam pro mille solidis barchinonensium, et sic sunt completi supradicti mille DCC solidi barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse pacatos,<sup>c</sup> renunciando exceptioni non numerate pecunie, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii pretii sunt decepti similiter scienter et consulte renunciamus. Quapropter in presenti de nostro jure et de nostro posse in proprium jus et posse dicte domus Mansi Dei totum prenomiatum honorem tradimus, ad omnes voluntates tui, dicti preceptoris, et successorum tuorum faciendas omni tempore. Et si hec predicta vendicio modo plus valet predicto pretio, vel in posterum est valitura, quicquid est illud seu illam magis valenciam Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptoris, et successoribus tuis, damus et laudamus inter vivos, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Promittimus<sup>d</sup> etiam vobis et dicte domui Mansi Dei, bona fide per stipulationem, quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus hec venditio valeat vel infringi possit, quod si forte fecimus, vel faceremus, nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto predicto honore et juribus ad

predictum honorem pertinentibus vel pertinere debentibus nos et nostros denudamus, et prorsus vos et dictam domum Mansi Dei investimus. Promittentes<sup>e</sup> vobis et dicte domui Mansi Dei bona fide per stipulationem nos et nostros semper vobis et dicte domui fore legitimos auctores ac defensores<sup>f</sup> de predicta venditione, et teneri sine fraude de evictione, dantes inde vobis et dicte domui Mansi Dei returnum et hypothecam<sup>g</sup> in omnibus nostris acquisitis et acquirendis ubique sine exceptione aliqua. Omnia vero superius scripta, prout melius et plenius intelligi vel dici possunt ad utilitatem vestram et dicte domus Mansi Dei, nos duo prenominati fratres per nos et per omnes nostros laudamus et confirmamus vobis et successoribus vestris et dicte domui Mansi Dei. Et quod contra nunquam veniamus vel veniri faciamus per nos vel per aliquam interpositam personam bona fide per stipulationem vobis et dicte domui Mansi Dei promittimus,<sup>d</sup> et etiam corporaliter per Deum tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis sponte juramus, renunciantes per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, generaliter vel specialiter, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Et est manifestum. Actum est hoc X<sup>o</sup> kalendas novembris, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi Peregrini, Sig+num Jacobi fratris ejus, qui ambo<sup>h</sup> hoc laudamus, firmamus firmarique rogamus. Sig+num Berengarii de Cantalupis, Elenensis canonici et precentoris<sup>i</sup> majoris. Sig+num Berengarii Amblardi. Sig+num Bertrandi de sa Cavaleria. Sig+num Johannis de sa Cavaleria. Sig+num Petri de Recco de Tacione.

Poncius de Bajolis, scriptor publicus vicem gerens Berengarii de Crassa, hoc scripsit, rogatus, voce et mandato omnium supradictorum et domini<sup>j</sup> Berengarii Sacriste cujus dicti cellarii tenentur, qui hoc totum laudavit et firmavit, salvis suis juribus, scilicet annuatim VI denariis de censu, et inde totum suum foriscapium<sup>k</sup> habuit, et ipse Poncius de Bajolis hoc sig-(SM)-num suum fecit.

a. ciminterio *B.*    b. habissum *B.*    c. paccatos *B.*    d. promittimus *B.*    e. promittentes *B.*  
 f. deffensores *B.*    g. ypothecam *B.*    h. amobo *B.*    i. preceptoris *B.*  
 j. dompni *B.*    k. forischapium *B.*



## 244

1214, 18 de desembre

*Raimon de Periguers, comanador del Masdéu, i els frares d'aquesta casa, d'una banda, i Bremon de Vilallonga, d'una altra banda, han confiat l'arbitratge del litigi que els enfrontava a Bernat Amell. El comanador i els frares del Masdéu reclamaven a Bremon de Vilallonga el camp dels Estanyols, que Gombau de Malloles havia llegat<sup>210</sup> amb la condició que el senyor del castrum de Malloles l'explotés i fes cada any, el dia de l'aniversari de la seva mort, una almoïna de cinc aimines d'ordi recol·lectades en aquest lloc, altrament el camp revertiria en plena propietat al Masdéu a fi que els templers fessin aquesta almoïna. Els templers deien que Bremon de Vilallonga no havia donat l'almoïna, i que, per tant, el camp els pertanyia. En canvi, Bremon de Vilallonga afirmava haver respectat sempre aquesta clàusula del testament de Gombau de Malloles. Bernat Amell, havent escoltat les al·legacions de les dues parts i havent tingut coneixença del testament en qüestió, disposa que Bremon de Vilallonga conservi aquest camp, amb la condició que ell i els seus donin les cinc aimines d'ordi als templers el dia de la festa dels sants Pere i Fèlix, les quals seran repartides en almoïna perpètua el dia de l'aniversari de la mort de Gombau de Malloles; altrament, el camp revertirà al Masdéu. Les parts es consideren satisfetes i es comprometen solemnement a respectar aquest arbitratge.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 254v-255, acta núm. 453.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 603-605, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 495-498, segons B.

Notum sit cunctis quod controversia<sup>a</sup> et placitum fuit inter Raymundum de Petra Goricis, preceptorem domus Mansi Dei, et fratres ejusdem domus, ex una parte, et Bremundum de Villa longa, ex altera parte. De qua contraversia omnes simul compromiserunt in Bernardum Ameli. Petebat siquidem dictus preceptor Mansi Dei, et fratres ejusdem domus, a pretaxato Bremundo de Villa longa campum de Stagniole, qui fuit Gombaldi de Malleolis,

<sup>210</sup> Per al seu testament del 21 de març de 1173, vegeu més amunt l'acta núm. 91.

quem ipse Gombaldus emit a Guilelmo de *Ainils*, qui campus se continet cum campo Berengarii Sinfredi, quem campum predictum dictus Gombaldus dimisit ad faciendum elemosinam,<sup>b</sup> ita scilicet ut dominus castri laboret dictum campum et daret semper in die anniversarii<sup>c</sup> dicti Gombaldi V eiminas ordei ad faciendam elemosinam; quod nisi faceret, dimisit dictum campum pro francho alodio domui Mansi Dei et ut preceptor et fratres dicte domus facerent semper dictam elemosinam<sup>b</sup> V eiminarum ordei in die sui anniversarii.<sup>c</sup> Predictos vero preceptor et fratres domus Mansi Dei dicebant quod dictus Bremundus de Villa longa non dederat elemosinam supradictam; et ideo dicebant prenomiatum campum esse suum proprium. Econtra dictus Bremundus respondens dicebat quod semper dederat predictam elemosinam<sup>b</sup> in die anniversarii<sup>c</sup> dicti Gombaldi, sicut in suo testamento continetur. Bernardus vero Ameli prenomiatum, auditis racionibus et allegacionibus utriusque partis, et visa ac perlecto testamento pretaxati Gombaldi, ita dixit pro jure quod ab ambis partibus fuit receptum gratis et sine vi hoc modo, ut dictus Bremundus de Villa longa habeat et teneat prenomiatum campum, et sui imperpetuum; et teneantur dare ipse et sui perpetuis temporibus domui Mansi Dei in die festo sancti Petri et sancti Felicis predictas V eiminas ordei, que semper dentur in elemosinis<sup>d</sup> pauperum in die anniversarii,<sup>c</sup> sicut continetur in testamento prefati Gombaldi, quod nisi fecerint, dictus campus sit proprius domus Mansi Dei omni tempore. Et ego Raymundus de Petra Goricis, preceptor domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, et ego Bremundus de Villa longa, per me et per omnes meos, hoc prenomiatum jus suscipimus, et ex eo per pacatos<sup>e</sup> nos tenemus, ita quod contra nunquam veniemus vel veniri faciemus et sic per nostram bonam fidem plivimus. Et est manifestum. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas januarii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup>. Sig+num Raymundi de Petra Goricis, Sig+num Bremundi de Villa Longa, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig+num Petri Guilelmi, fratris domus Mansi Dei et preceptoris domus Perpiniani. Sig+num fratris Martini de Rua. Sig+num Berengarii de Cantalupis, Elnensis canonici. Sig+num Petri Sinfredi. Sig+num Arnaldi Sartoris, scriptoris. Poncius de Bajolis, scriptor publicus vicem gerens Berengarii de Crassa, hoc scripsit, rogatus, et suprascriptus in VIII<sup>a</sup> linea «proprium», et hoc sig-(SM)-num fecit, et rasit et emendavit in XIII<sup>a</sup> linea «festo sancti Petri et sancti Felicis».

a. contraverssia B.    b. helemosinam B.    c. aniversarii B.    d. helemosinis B.    e. pacatos B.



## 245

1215 (nou estil), 3 de març

*Ramon del Viver, amb el consentiment del seus germans Bernat del Viver, Arnau i Berenguer, dona a fra Balaguer, comanador del Masdéu, a fra Esteve, comanador de Centernac, i als altres frares de la milícia del Temple tota la seva part, és a dir, la meitat, del delme que té als condominis dels templers a Borrat i en tota l'honor de la difunta Boneta, així com en totes les vinyes i terres de la reserva que els templers tenen a Centernac, Borrat i a tota la parròquia de Sant Esteve de Derc. Ramon precisa que va heretar aquesta part de delme del seu pare, i que la tenia en feu per Pere de Domanova, el qual havia llegat aquest feu a la milícia del Temple.<sup>211</sup> Per la confirmació d'aquesta donació, Ramon ha rebut 100 sous melgoresos dels templers. Els tres germans de Ramon confirmen aquesta donació i cedeixen als templers tots llurs drets sobre aquest delme. Aquesta acta ha estat aprovada i posada a les mans de fra Arnau, capellà del Masdéu.*

- A Original, pergami, amplada 255 mm, alçada 170/180 mm, ADPO, Hp186.<sup>212</sup>  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 106v-107, acta núm. 169.  
 C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 589-590.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 499-503, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Ramundus de Viverio, non inductus dolo nec aliqua fraude deceptus, set bono animo ac voluntate ductus, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, voluntate ac laude fratrum meorum, Bernardi de Viverio et Arnaldi et Berengarii, pro amore Dei et remissione peccatorum meorum et parentum meorum et hereditate anime mee, dono firmiterque concedo et cum hac presenti carta perfecte donationis inter vivos imperpetuum valitura de mea potestate in vestra in presenti trado, perpetuo jure possidendum et habendum, domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Balaguerio, preceptori Mansi Dei, et tibi Stephano fratri,<sup>a</sup> preceptori de Sancto Arnacho, et omnibus aliis fratribus, presentibus et futuris, ejusdem domus, totam meam partem totius decime, quam habeo et debeo habere

211. L'11 de març de 1157 o de 1158; vegeu més amunt l'acta núm. 61.

212. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2108».

et possideo et debeo possidere in omnibus vestris condaminis de *Borrad*, et in omni honore Bonete femine condam, et in omni alia vestra laboratione vinearum et terrarum, quam habetis et habere debetis et facitis vel deinde estis facturi ad Sanctum Arnachum et ad *Borrad* et in omni terminio et adjacentia Sancti Stephani de *Derg*. Quam partem predictae decime habui a patre meo jure hereditatis mee. Quam decimam tenebam ad feodum pro Petro de Domanava condam. Quod feodum ipse dimisit domui milicie Templi et donavit. Predictam siquidem mediam partem decime prefate, quam habeo et debeo habere in omnibus vestris condaminis de *Borrad*, et in omni honore Bonete femine condam predictae, et in omni alia vestra laboratione vinearum et terrarum, quam habetis et facitis vel deinde estis facturi ad Sanctum Arnachum et *Borrad* et in terminio Sancti Stephani de *Derg*,<sup>b</sup> totum, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius a vobis et a vestris intelligi vel dici potest, libere et quiete, ad vestram et vestrorum utilitatem et ad omnes vestras et vestrorum<sup>c</sup> voluntates omni tempore faciendas dono, et de mea potestate in vestra in presenti trado ego Ramundus de Viverio predictus, et laudo et diffinio firmiterque concedo irrevocabiliter, ut dictum est superius, pro Dei amore, jam dicte domui milicie Templi et vobis predictis fratribus, presentibus et futuris. Et pro confirmatione hujus predictae donationis, quam vobis facio in presenti, habui et accepi a vobis C solidos malguriensium bonorum, de quibus omnibus a vobis profiteor me bene esse peccatum, renuntians omni exceptioni non numerate pecunie.<sup>d</sup> Et omni juri divino et humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, mihi vel meis competitori<sup>e</sup> sive competitoro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum, expresse et consulte renuncio. Et promito<sup>f</sup> me teneri vobis et vestris ab omni evictione sine aliqua fraude, unde obligo vobis predictis et vestris et domui milicie omnia mea bona ubique. Et ut ita totum, ut dictum est superius, fideliter teneam et observem et contra non veniam nec faciam venire, bona fide per firmam stipulationem promito,<sup>f</sup> et etiam, corporaliter tactis sacrosanctis III<sup>or</sup> Euvangeliiis sponte juro.<sup>g</sup> Et ego Bernardus de Viverio, et ego Arnaldus, et ego Berengarius, nos tres prenominati fratres dicti Ramundi de Viverio, per nos et per omnes nostros laudamus, diffinimus et concedimus dicte milicie Templi et vobis, predictis fratribus, et vestris, totam predictam donationem sine omni retentu, ut dictum est superius; et quicquid<sup>h</sup> in dicta decima habemus et habere debemus, totum integriter et generaliter, sine

omni diminutione dicte milicie et vobis predictis, pro amore Dei damus in perpetuum<sup>l</sup> et diffinimus. Et est manifestum. Actum est hoc V<sup>o</sup> nonas marcii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup>. Sig++++na Ramundi de Viverio, et Bernardi de Viverio, et Arnaldi, et Berengarii, fratrum dicti Ramundi de Viverio, qui omnes hoc<sup>j</sup> fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++++na Petri de Brulano, presbiteri, et Petri de Recco, et Petri de Sancto Arnacho. Sig++na Poncii Eibrini et Petri Eibrini de Viveriis. Sig+num fratris Arnaldi, capellani Mansi Dei, in manu cujus hec<sup>k</sup> laudata fuerunt.

Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit rogatus atque jussus et hoc signum (SM) fecit.

a. fratri Stephano B. b. Clers B. c. vestras et vestrorum B. d. Sic AB per pecunie. e. competenti B. f. Sic AB per promitto. g. Evangeliiis juro B. h. quicquid B. i. imperpetuum B. j. hoc omnes B. k. hec omès B.

## 246

1215, 21 de juny

*Guillem, vescomte de Castellnou, i Ramona, la seva muller, donen a fra Balaguer, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa llur home propi de nom Arnau Mudat i la seva esposa, Guillema, amb tota llur descendència i amb tots llurs béns. Fan aquesta concessió amb la condició que Arnau i els seus resideixin sempre a la vila de Pontellà. Per aquesta donació, Guillem i Ramona reconeixen haver rebut 100 sous barcelonesos.*

A Original, pergami, amplada 245/260 mm, alçada 80/85 mm, ADPO, Hp188.<sup>213</sup>  
 B Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 504-506, segons A.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus, vice comes Castri novi, et ego domina Ramunda, uxor ejus, nos II insimul, per nos et per omnes nostros, bona fide sine omni enganno, damus et diffinimus, et diligenter affranchimus,<sup>a</sup> et cum hac carta inperpetuum valitura in presenti yrrevocabiliter<sup>b</sup> tradimus domino Deo et Beate Marie Mansi Dei, et domui milicie Templi, et vobis fratri Balaguerio, preceptori Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, ad omnes vestras et vestrorum voluntates

<sup>213</sup> El document porta al dors un regest del segle xiv: «Carta diffinitionis A. Mudati», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 3029».

omni tempore faciendas, quendam nostrum hominem proprium nomine Arnaldum Mudati et uxorem ejus Guilelmam, cum omni eorum posteritate, quam modo habent vel deinde habuerint, et cum omnibus eorum rebus et suorum presentibus et futuris. In tali vero pacto diffinimus et affranchimus<sup>a</sup> vobis, fratri Balaguerio predicto, et vestris successoribus dictum hominem et uxorem ejus Guilelmam et omnem posteritatem eorum, cum omnibus suis et suorum rebus, presentibus et futuris, quod vobis nec vestris decetero ullam actionem, petitionem nos nec nostri nec aliquis nostro nomine unquam amplius in eis nec in eorum posteritate nec in rebus ipsorum facere vel movere non valeamus; set decetero sit totum solutum et diffinitum Deo, et domui milicie Templi, et vobis, et vestris successoribus per liberum et francum alodium a nobis et a nostris omni tempore, ita tamen quod ipsi et successores eorum semper maneant et faciant stationem in villa de Pontiliano. Et pro hac donatione et diffinitione, quam vobis, fratri Balaguerio predicto, et vestris successoribus facimus, concedimus a vobis nos habuisse et accepisse de bonis domus vestre Mansi Dei C solidos barchinonensium bonorum, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse paccatos,<sup>c</sup> renunciantes omni exceptioni non numerate pecunie.<sup>d</sup> Et omni juri et mori nobis et nostris competenti sive competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum expresim<sup>e</sup> et consulte renuntiamus. Et est manifestum. Actum est hoc XI<sup>o</sup> kalendas julii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>. Sig++na Guilelmi, vice comitis Castri novi, et domine Ramunde, uxoris ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Petri Guilelmi, et Bernardi de Sancto Johanne et Dalmacii Bartolomei. Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit rogatus atque jussus et hoc signum (SM) fecit.

a. Sic A per affranquimus. b. Sic A per irrevocabiliter. c. Sic A per paccatos. d. Sic A per pecunie. e. Sic A per expresim.

1215, 7 de juliol

*Ermengol de les Torres es dóna com a donat i coservidor a la milícia del Temple, a fra Balaguer, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa amb la condició que quan li sobrevingui la mort, els templers rebin el seu cos i el sebolleixin al cementiri del Masdéu com a un dels seus. Dóna al Masdéu un poltre i*

*tota la seva part del delme recaptat a la parròquia de Santa Maria de Nils, és a dir, la sisena part del delme de tots els productes delmables, excepte la llana, el formatge i les olives.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 191v-192, acta núm. 332.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 612-614, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 507-509, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Ermengaudus de Turribus, non coactus ulla vi nec deceptus fraude, set bona fide ac spontanea voluntate, cum hac presenti carta perpetim valitura dono et in presenti trado ac reddo meipsum per donatum et per conservum<sup>a</sup> domino Deo et Sancte Marie et domui Mansi Dei et milicie Templi et tibi, fratri Balagerio, procuratori predictae domus Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus ac futuris, tali vero conditione quod, cum mors mihi advenerit, fratres domus Mansi Dei et milicie Templi recipiant corpus meum et sepeliant in cimiterio<sup>b</sup> ejusdem domus, et faciant de me sicut de uno fratre milicie Templi. Qua de causa modo in presenti, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, pro amore Dei ac remissione omnium peccatorum et hereditate anime mee, dono cum hac presenti carta perfecte donationis de mea potestate in vestra in presenti trado perpetuo jure ad habendum et possidendum domino Deo et jam dicte domui milicie Templi et vobis, predictis fratribus, presentibus et futuris, totam meam decimam quam habeo et habere debeo in villa de *Agnils*, in adjacentia Sancte Marie ejusdem ville, scilicet sextam partem totius decime omnium rerum ejusdem adjacentie que decimam dari debentur, excepto lana et caseis et olivis. Et amplius dono jam dicte domui unum pullinum equinum. Que omnia supradicta dono modo in presenti irrevocabiliter dicte domui et omnibus fratribus, presentibus et futuris, ejusdem domus imperpetuum ad habendum et possidendum et hodie in possessionem et in tenedonem vos mitto,<sup>c</sup> de toto exueris me et indueris vos perpetuo. Et hoc juro perpetuo per Deum et per hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia tactis manibus, quod sacramentum corporaliter facio, quod contra hoc non veniam neque venire faciam ullomodo nec permittam<sup>d</sup> in aliquo, set ita imperpetuum observem et observari faciam. Et est manifestum. Actum est hoc nonas julii, anno Christi M° CC° XV°. Sig+num Ermengaudi de Turribus, qui hoc ita fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++na Johannis Duranni, et Petri de Recho et Johannis Rubei.

Arnaldus, levita, scripsit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

B. a. conservium B. b. sepelliant in ciminterio B. c. mito B. d. permitam B.

## 248

1215, 11 d'octubre

*Bernat del Viver, cavaller, i Saurimunda, la seva esposa, reconeixen a fra Balaguer, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa que el mas de Ponç Eibrí d'Entrerius, amb tot el que en depèn, és alou de la milícia del Temple. Cedeixen al comanador del Masdèu i al de Centernac, així com a llurs successors, tot el que tenien el dret d'exigir sobre dos homes del Temple, Bernat Eibrí i el seu germà Ramon, fills de Ponç Eibrí, així com sobre llurs descendents i llurs béns. Per aquesta concessió, Bernat del Viver i Saurimunda han rebut 100 sous barcelonesos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 137r-v, acta núm. 221.

C Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 607-608.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 510-514, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Viveriis, miles, et ego domina Saurimunda, uxor ejus, nos simul, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros, bona fide, sine omni enganno, concedimus et recognoscimus firmiter in veritate cum hac presenti carta inter vivos imperpetuum irrevocabiliter valitura, ubique, vobis, fratri Balaguerio, preceptori domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, mansum Poncii Eibrini de Inter rivos, cum omnibus suis pertinentiis et tenedonibus, et cum omnibus sibi pertinentibus et accidentibus et pertinere debentibus, esse alodium franchum liberum et solidum domus milicie Templi et fratrum ejusdem, sicut a vobis melius, vel ab aliquo viro sapienti, potest intelligi vel dici ad omnem utilitatem dicte domus milicie Templi et fratrum Mansi Dei. Quapropter diffinimus et solvimus et evacuamus atque affranquimus cum hac eadem carta et in presenti tradimus domino Deo et beate Marie et vobis, fratri Balaguerio predicto, preceptori Mansi Dei, et vestris successoribus et vobis fratri Stephano, preceptori domus de Sancto Arnacho, et vestris successoribus et cui volue-

ritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, quicquid querimus et querere possumus et petimus et petere possumus jure vel consuetudine vel alio aliquo modo, et habemus et debemus habere in duobus vestris hominibus nomine Bernardo Eibrini et Raymundo Eibrini, fratre ejus, filiis dicti Poncii Eibrini de Inter rivos, et in omni eorum posteritate et in omnibus suis et suorum rebus, presentibus et futuris, que modo habent vel inde habebunt omnibus locis. In tali modo diffinimus et affranchimus vobis predictis et vestris successoribus quicquid petimus et petere possumus et habemus et habere debemus ullo jure vel aliqua consuetudine in dictis hominibus nomine Bernardo Eibrini et Raymundo Eibrini, fratre ejus, per liberum et franchum alodium et solidum vestrum et in omni sua et suorum posteritate et in omnibus rebus eorum, presentibus et futuris, nunc et imperpetuum, quod ab hac presenti die inantea nos vel nostri, vel aliquis nostro nomine, unquam amplius vobis vel vestris ulla actionem vel petitionem in dictis duobus hominibus et in eorum posteritatibus et in ipsorum rebus, presentibus et futuris, facere vel movere non valeamus, set decetero sit totum solutum et diffinitum vobis et vestris a nobis et a nostris omni tempore per liberum et franchum alodium. Cedimus etiam et damus vobis et vestris successoribus, ad omnem vestram et vestrorum voluntatem omni tempore faciendam, omnes actiones et excepciones et replicaciones et jura que adversus aliquas personas habemus et habere debemus aliquo modo. Et modo in presenti de nostro jure et posse in vestrum jus et posse et vestrorum successorum quicquid petimus et possumus petere et habemus et habere debemus aliquo modo vel consuetudine in dictis hominibus et eorum posteritatibus et rebus, presentibus et futuris, et in presenti tradimus et hodie vos et vestros in possessione mitimus cum omni plenitudine tocius domini ad omnem vestram et vestrorumque voluntatem omni tempore faciendam. Et pro hac diffinitione et solucione, quam vobis et vestris facimus, habuimus et accepimus a vobis de bonis et elemosinis milicie Templi C solidos barchinonensium bonorum, de quibus omnibus a vobis profitemur nos esse bene pacatos,<sup>a</sup> renunciantes omni excepcioni non numerate pecunie.<sup>b</sup> Et omni juri ac mori quorum auxilio contra hec predicta possemus venire nos vel nostri, modo vel inantea, ex certa sciencia renunciamus; et etiam illi legi qua deceptis ultra dimidiam justii precii subvenitur expressim et consulte renunciamus. Et promittimus<sup>c</sup> vobis quod faciemus vobis et vestris tenere et habere totam predictam

diffinicionem, quam vobis facimus superius ut est dictum, sine aliquo contradictu alicujus persone viventis omni tempore, et teneri ab omni evictione, unde vobis et vestris obligamus omnia nostra ubique. Et est manifestum. Actum est hoc V<sup>o</sup> idus octobris, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>. Sig+++na Bernardi de Viveriis, militis, et domine Saurimunda, uxoris ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Bernardi de Trilano, militis, et Arnaldi Mironis de Villa mulacha et Petri de Reco.

Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit rogatus atque jussus et hoc signum (SM) fecit.

a. pccatos B.    b. peccunie B.    c. promitimus B.

## 249

1215, 24 de novembre

*Ermessenda Rafarda de Tesà fa testament. [1] Lliura la seva ànima i el seu cos per a ésser sebollit al cementiri de Santa Maria del Masdèu, amb el seu llit guarrit amb llençols. Llega a la milícia del Temple i als frares del Masdèu la seva honor de Nils, que els templers hauran d'alliberar pagant la quantitat de 65 sous barcelonesos per la qual està empenyorada. Els llega igualment el dret i el dominium que té sobre un camp que Guillem Bonet de Mosselons i el seu germà Ramon tenen per ella al terme de Sant Esteve de Vila-rasa. [2] Llega mitja aimina d'ordi a l'església Sant Pere de Tesà i sis quartons d'ordi al prevere d'aquesta església per tal que pregui per ella i pels fidels difunts; mitja aimina d'ordi a Santa Maria de Cornellà [del Bercol], així com a Santa Maria de Fontclara. [3] Constitueix l'herència de la seva filla Fabressa, que tindrà el mas que està a la cellera de Tesà i totes les masades i bordes que la seva mare posseeix en aquesta vila, amb tots els drets i possessions que en depenen, i diversos drets i ingressos a Tesà, el dominium i el quart dels fruits sobre els vinyars de Boaçà i de Vilanova de Raò, i una feixa, un camp i una meitat de l'hort a Tesà. Després del decés de Fabressa, la feixa, així com els drets sobre el vinyar de Vilanova, revertiran al fill d'Ermessenda, Guillem; [4] igualment, el camp i l'hort aniran al seu nét Pere, al qual llega tota la seva altra honor. I si aquest darrer morís sense hereu legítim, l'honor revertiria a Fabressa.*



- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 135r-v, acta núm. 218.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 614-618, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 515-517, segons *B*.

Cum nil morte sit certius quamvis ejus hora dubia sit, et incerta per tempore enim et momenta labendo properamus<sup>a</sup> ad finem. Sapientis enim est, et discreti, sua considerare novissima ne post transitum illius culpa sua questio aliqua oriatur. Idcirco, in Dei nomine, ego Ermessendis Raffarda de Teçano, sana et incolumis, facio meum testamentum in meo pleno sensu et memoria, in quo omnia mea bona mobilia et immobilia scripta et ordinata reperiantur.

[1] In primis, dimitto<sup>b</sup> domino Deo et beate Marie animam meam et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio<sup>c</sup> Sancte Marie domus Mansi Dei cum meo lecto vestito. Et dimitto,<sup>b</sup> amore Dei in remissione peccatorum meorum, Deo et milicie Templi et fratribus Mansi Dei totum meum honorem heremum et condirectum et dominium et census et usatica et omnia alia que habeo et debeo habere in villa de *Anils* et in omni termino et in adjacencia Sancte Marie ejusdem ville, et fratres Mansi Dei deliberent et solvant dictum honorem de pignore ex LXV solidis barchinonensium. Et amplius dimitto<sup>b</sup> dicte milicie Templi et dictis fratribus Mansi Dei totum jus et dominium que habeo et debeo habere in quodam campo, quem tenent pro me Guilelmus Boneti de Mossilionis et fratris ejus Raymundus Boneti in termino Sancti Stephani de Villa rasa.

[2] Et dimitto<sup>b</sup> ecclesie Sancti Petri de Teçano mediam eiminam ordeï, et presbitero ejusdem ecclesie VI cartones ordeï, amore Dei, ut ipse deprecetur Deum pro anima mea et fidelium defunctorum;<sup>d</sup> et Sancte Marie de Corniliano mediam eiminam ordeï; et Sancte Marie Fontis clari mediam eiminam ordeï.

[3] Et modo in presenti confiteor et recognosco firmiter me adhuc<sup>e</sup> non dedisse hereditatem filie mee Fabrisse pro parte et hereditate mearum rerum, totum mansum integriter meum, quem habeo et debeo habere intus cellariam de Teçano, et omnes meas mansatas et bordas, quas habeo et debeo habere in villa de Teçano et in terminis Sancti Petri ejusdem ville, scilicet cum omnibus hominibus et feminabus ibidem manentibus, presentibus et futuris, et pertinentibus, et omnia dominia et jura et terramerita, census et usatica, et omnia alia que mihi pertinent et pertinere debent

aliquo jure in dictis mansatis et bordis, et omnia alia dominia et usatica et quartos et jura que habeo in villa prefata de Teçano; et dominia et jura et quartos que habeo in vineto quod dicitur Hominis Mali, quod vinetum est in termino Sancti Martini de Buassano. Et amplius dono et dimitto<sup>b</sup> dicte Fabrisse totum dominium et quartos que habeo in vineto de Boscho et in termino Sancti Martini de Buassano; et totum jus et dominium et quartos, que habeo in vineto de Solanis in termino Sancti Juliani de Villa nova Rationis. Et amplius unam faxiam terre, quam habeo in termino Sancti Petri de Teçano, in via qua itur apud Buassanum, et affrontat ab oriente in terra Petri Bocherii et in terra Guilelmi de Burgo, militis, et a meridie in campo accuto Ermengaudi Grossi et Arnaldi Sacci, ex occidente in via publica, ab aquilone in terra Ville nove femine. Hanc predictam donationem et legationem dono et dimitto,<sup>b</sup> ut dictum est superius, dicte filie mee Fabrisse, ad omnes suas et suorum voluntates omni tempore faciendas, preter fexam terre predictae et quartos et dominia vineti de Solanis, que post mortem dicte Fabrisse remaneant et revertantur filio meo Guilelmo, ad suas voluntates omni tempore faciendas. Adhuc etiam dimitto<sup>b</sup> Fabrisse filie mee, omni vita sua, unum meum campum, qui dicitur Campus medius, et medietatem mei orti, qui campus et ortus predicti sunt in termino Sancti Petri de Teçano.

[4] Post ipsius mortem, campus et medietas orti predictorum remaneant Petro meo nepti, filio Bernardi Raffardi quondam, filii mei. Preterea dono et dimitto<sup>b</sup> Petro meo nepti predicto, filio condam Bernardi Rafardi, filii mei, per partem et hereditatem omnium mearum rerum, totum alium meum honorem heremum et condirectum quem habeo et debeo habere omnibus locis, ita tamen quod si ipse sine legitimis defuerit, totum quem ei dimitto<sup>b</sup> revertatur Fabrisse filie mee predictae et suis heredibus.

Hec omnia que a me disposita superius sunt volo quod valeant jure testamenti. Que si non valent jure testamenti volo quod valeant jure codicillorum aut cujuslibet ultime voluntatis. Et est manifestum. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> kalendas decembris, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>. Sig+num Ermessendis Raffarde de Teçano, qui hoc testamentum fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++++na Petri de Seguriliis, presbiteri, et Guilelmi *Ros* de Teçano, et Petri *Cog*, donati milicie Templi, et Raymundi *Reverta* de Sancto Stephano, et Johannis Fornerii de Bajolis.

Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et suprascripsit in XX<sup>a</sup> linea et hoc signum (SM) fecit.

a. properemus B.    b. dimito B.    c. sepelliendum in ciminterio B.    d. de-  
ffunctorum B.    e. athuc B.

## 250

1215, 14 de desembre

*Fra Balaguer, comanador del Masdèu, amb el consentiment de fra Pere Guillem, comanador de Perpinyà, dóna en acapte a Guavarret i a Maria Macelera un terreny de cinc canes quadrades de Narbona, situat en una vinya del Temple, prop de la Porta de Malloles, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases. Per aquesta concessió, els templers han rebut 40 sous barcelonesos. Els terratgers hauran de donar a l'església Santa Maria del Masdèu un cens anual de dues lliures de cera per Sant Joan Baptista de juny. Els templers es reserven el dret de fadiga durant trenta dies en cas d'alienació.*

*B*<sup>1</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 263, acta núm. 462.

*B*<sup>2</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 283v-284, acta núm. 502.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 619-620, segons *B*.

*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 78-82, segons *B*<sup>1</sup>.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod nos, frater Balagerius, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Guilelmi, preceptor nostre domus Perpiniani, et fratrum Mansi Dei predicti, per nos et per omnes nostros successores, bona fide, sine omni enganno, damus, laudamus firmiterque concedimus et cum hac carta inter vivos imperpetuum valitura in presenti irrevocabiliter tradimus per accapitum et tenedonem tibi, Guavarreto, et tibi, Marie Maçellerie, et omnibus vestris, et cui volueritis dare sive dimitere vel inpingnorare, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis, militibus et eorum uxoribus et infantibus et domibus religionum, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus, unum *patil* ad faciendum domum sive domos in vinea quadam milicie Templi. Que vinea est versus meridie, juxta portale Perpiniani qui dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, scilicet quinque canas narbonensis

de fronte et V canas ex longitudine. Et affrontat predictum patil ab oriente in corrigo, a meridie in vinea milicie Templi, ex occidente in patil Johannis Fabri et Raymundi Fabri, ab aquilone in via publica. Sicut in hiis predictis IIII<sup>or</sup> affrontacionibus includitur et terminatur; sic nos, frater Balagerius predictus, damus et in presenti tradimus vobis, prenominatis, et vestris, dictum patil per accapitum et tenedonem,<sup>a</sup> ut est dictum<sup>b</sup> superius, a celo usque in abyssum,<sup>c</sup> totum, integriter ac generaliter; cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius a vobis et a vestris intelligi vel dici potest ad vestram et vestrorum utilitatem. Et pro hac donacione quam vobis et vestris facimus, ut est dictum superius, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XL solidos barchinonensium bonorum, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse pacatos,<sup>d</sup> renunciando omni exceptioni non numerate pecunie.<sup>e</sup> Et ut hec predicta donacio firmior habeatur nobis et nostris, dabitur vos et vestri de censu annuatim in festo sancti Johannis Bapteste, quod est in mense junii, pro jam dicto patil et domibus quas ibi feceritis, II libras cere Sancte Marie domus Mansi Dei. Et promittimus<sup>f</sup> vobis, predictis, et vestris, quod faciemus vobis et vestris tenere et<sup>g</sup> habere et possidere in pace bona totum predictum patil omni tempore sine ullo contradictu alicujus persone, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus. Et si forte dictum patil vel domum sive domos que in eo fuerint volueritis vendere vos vel vestri, faciatis nobis vel successoribus nostris pro tanto precio quod ab aliquo homine sive femina inveneritis, expectantes nos de precio XXX diebus cum noctibus. Et si forte noluerimus nos illud emere, vel nostri successores, habeatis licenciam et auctoritatem vendendi illud cuicumque volueritis condicionibus supranominatis, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus. Transactis vero XXX diebus cum noctibus, si noluerimus emere dictum patil nos vel nostri, habeatis licenciam vendendi dictum patil cui volueritis condicionibus predictis, salvis nostris juribus in omnibus. Et est manifestum. Actum est hoc XVIII<sup>o</sup> kalendas januarii, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>. Sig++na fratris Balagerii, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Petri Guilelmi, preceptoris nostre domus Perpiniiani, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Petri Mauratoni, et Johannis Fabri et Raymundi Fabri, de Castaneriis. Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit vice Berengarii de Crassa et hoc sig-(SM)-num fecit.

Ego Poncius de Bajolis, scriptor publicus vice gerens Berengarii de Crassa, subscribo et hoc meum sig-(SM)-num facio.

a. et tenedonem *repetit per error* B<sup>2</sup>.    b. dictum est B<sup>2</sup>.    c. habissum B' B<sup>2</sup>.  
d. paccatos B' B<sup>2</sup>.    e. peccunie B' B<sup>2</sup>.    f. promitimus B' B<sup>2</sup>.    g. et omès B<sup>2</sup>.

## 251

1215, 14 de desembre

*Fra Balaguer, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Guillem, comanador de Perpinyà, dona en acapte a Ramon Fabre i a Joan Fabre un terreny de dotze canes de Narbona d'amplada i cinc canes de llargada perquè hi construeixin una o diverses cases. Aquest terreny se situa en una vinya de la milícia del Temple, prop de la Porta de Malloles, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Per aquesta concessió, els templers han rebut 100 sous de Barcelona. I per aquest terreny i les cases que s'hi edificuin, els terratgers donaran a l'església Santa Maria del Masdéu un cens anual de cinc lliures de cera per Sant Joan Baptista de juny. Els templers es reserven el dret de fadiga durant trenta dies en cas d'alienació.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 263v-264, acta núm. 463.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 83-85, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod nos, frater Balagerius, preceptor nostre domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Guilelmi, preceptor nostre domus Perpiniani, et fratrum nostre domus Mansi Dei, per nos et per omnes nostros successores bona fide, sine omni enganno, damus, laudamus firmiterque concedimus et cum hac carta inter vivos imperpetuum valitura in presenti irrevocabiliter tradimus per accapitum et tenedonem tibi, Raymundo Fabri, et tibi, Johanni Fabri, communiter, et omnibus vestris, et cui volueritis dare sive dimittere<sup>a</sup> vel inpignorare, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et infantibus et domibus religionum, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus, unum *patil* ad faciendum et construendum domum sive domos in quadam vinea milicie Templi. Que vinea est versus meridie, juxta portale Perpiniani qui dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, scilicet XII canas Narbonensis de fronte et V canas ex longitudine. Et affrontat ab oriente predictum *patil* in *patil* Gavarreti et Marie Maçelerie, a meridie in vinea milicie

Templi, ex occidente in *patil* Bernardi Dominici, ab aquilone in via publica. Sicut in hiis predictis III<sup>or</sup> affrontacionibus includitur et terminatur, sic nos, frater Balagerius predictus, damus et in presenti tradimus vobis, prenominatis, et vestris, dictum *patil* per accapitum et per tenedonem, ut est superius dictum, a celo usque in abyssum,<sup>b</sup> totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius a vobis et a vestris intelligi vel dici potest ad vestram et vestrorum utilitatem. Et pro hac donacione quam vobis et vestris facimus, ut est dictum superius, habuimus et accepimus a vobis pro accapito C solidos barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse pacatos,<sup>c</sup> renunciando omni excepcioni non numerate pecunie.<sup>d</sup> Et ut hec predicta donacio firmior habeatur nobis et nostris<sup>e</sup> omni tempore, dabitur vos et vestri de censu annuatim in festo sancti Johannis Bapliste, quod est in mense junii, pro jam dicto *patil* et domibus quas ibi feceritis, V libras cere ecclesie Sancte Marie domus Mansi Dei. Et promittimus<sup>f</sup> vobis predictis et vestris quod faciemus vobis et vestris tenere et habere [et]<sup>g</sup> possidere in bona pace totum predictum *patil* omni tempore sine ullo contradictu alicujus persone, salvis semper juribus milicie in omnibus. Et si forte vos vel vestri dictum *patil*, vel domum sive domos que in eo fuerint, volueritis vendere, faciatis nobis vel successoribus nostris pro tanto precio quod ab aliquo homine sive femina inveneritis, expectantes nos de concordacione emendi dictum *patil* et de precio ejusdem *patil* XXX diebus cum noctibus. Transactis vero XXX diebus cum noctibus, si forte nos vel nostri successores noluerimus emere dictum *patil*, habeatis licenciam et auctoritatem vendendi illud cui vel quibus volueritis condicionibus prenominatis, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus. Et est manifestum. Actum est hoc XVIII<sup>o</sup> kalendas januarii, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>. Sig++na fratris Balagerii, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Petri Guilelmi, preceptoris domus milicie de Perpignano, qui hoc fieri jussimus et firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Petri Mauratoni, et Gavarreti et Ermengaudi Fabri. Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit vice Berengarii de Crassa et hoc sig-(SM)-num fecit.

Ego Poncius de Bajolis, scriptor publicus vice gerens Berengarii de Crassa, subscribo et hoc meum sig-(SM)-num facio.

a. dimitere B.    b. habissum B.    c. paccatos B.    d. peccunie B.    e. vobis et vestris B.    f. promittimus B.    g. et omès B.

## 252

1215, 14 de desembre

*Fra Balaguer, comanador del Masdèu, amb el consentiment de fra Pere Guillem, comanador de Perpinyà, dóna en acapte a Arnau Guillem, fuster, un terreny de cinc canes quadrades de Narbona per a construir-hi una o diverses cases. Aquest terreny se situa en una vinya de la milícia del Temple, prop de la Porta de Malloles, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Per aquesta concessió, els templers han rebut 50 sous de Barcelona. I per aquest terreny i les cases que hi siguin edificades, l'arrendatari donarà a l'església de Santa Maria del Masdèu un cens anual de dues lliures i mitja de cera per Sant Joan Baptista de juny. Els templers es reserven el dret de fadiga durant trenta dies en cas d'alienació.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 285v, acta núm. 505.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 86-88, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod nos, frater Balagerius, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Guilelmi, preceptoris nostre domus Perpiniani, et fratrum nostre domus Mansi Dei, per nos et per omnes nostros successores bona fide, sine omni enganno, damus, laudamus firmiterque concedimus et cum hac carta inter vivos imperpetuum valitura in presenti irrevocabiler tradimus tibi, Arnaldo<sup>a</sup> Guilelmi, fusterio,<sup>b</sup> et omnibus tuis, per accapitum et tenedonem, et cui volueris dare sive dimitere vel inignorare, ad omnes tuas et tuorum voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et infantibus et domibus religionum, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus, unum *patil* ad faciendum et construendum domum sive domos in quadam vinea milicie Templi. Que vinea est versus meridie, juxta portalem Perpiniani qui dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, scilicet V canas de fronte et quinque canas Narbone ex longitudine. Et affrontat predictum patil ab oriente in patil Petri Mauratoni, a meridie in milicia Templi, ex occidente in patil Ermengaldi Fabri, ab aquilone in via publica. Sicut in hiis predictis IIII<sup>or</sup> affrontacionibus includitur et terminatur, sic nos frater Balagerius predictus damus et in presenti tradimus tibi Arnaldo Guilelmi,<sup>c</sup> fusterio<sup>b</sup> predicto, et tuis omnibus, totum predictum patil, de celo usque in abyssum,<sup>d</sup> per accapitum et tenedonem, ut superius est dictum, totum, in-

tegriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius a te et a tuis intelligi vel dici potest ad tuam et tuorum utilitatem. Et pro hac donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos barchinonensium bonorum, de quibus omnibus a te profitemur nos bene esse pacatos,<sup>e</sup> renunciando omni excepcioni non numerate pecunie.<sup>f</sup> Et ut hec predicta donacio firmior habeatur tibi et tuis omni tempore, dabis tu et tui de censu annuatim in festo sancti Johannis Bapstiste, quod est in mense junii, pro jam dicto patil et domibus quas ibi feceris, II libras et dimidiam cere ecclesie Sancte Marie domus Mansi Dei. Et promittimus<sup>g</sup> tibi quod faciemus tibi et tuis tenere et habere et possidere totum predictum patil omni tempore sine ullo contradictu alicujus persone, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus. Et si forte tu vel tui volueritis vendere dictum patil, vel domum sive domos que in eo fuerint, faciatis nobis vel nostris successoribus pro tanto precio quod ab aliquo homine sive femina poteritis invenire, expectantes nos de concordacione emendi dictum patil et de precio ejusdem patil XXX diebus cum noctibus. Quibus transactis, si forte nos vel nostri successores dictum patil emere noluerimus, licenciam et auctoritatem habeatis vendendi illud cui volueritis condicionibus prefatis, salvis semper juribus milicie Templi in omnibus. Et est manifestum. Actum est hoc XVIII<sup>o</sup> kalendas januarii, anno Incarnacionis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>. Sig++na fratris Balagerii, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Petri Guilelmi, preceptoris domus milicie Templi de Perpiniiano, qui hoc fieri jussimus et firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Petri Mauratoni, et Johannis Fabri et Bernardi Dominici. Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Arnaldi B.      b. fusterii B.      c. Guillmi B.      d. habissum B.      e. pacatos B.  
f. peccunie B.      g. promitimus B.

## 252 bis

1216 (nou estil), 22 de gener

*Vidimus pel diaca i escrivà públic Andreu de l'acta de l'1 d'agost de 1209 per la qual Ponç del Vernet ven a fra Bernat de Gunyoles diversos drets sobre Sant Hipòlit.*<sup>214</sup>

214. Vegeu més amunt l'acta núm. 221.



- A Original perdut.  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 32v-33, acta núm. 53, segons A.

[*Fórmula d'autenticació després de la transcripció de l'acta de venda:*] Andreas, levita, publicus scriptor, translatavit hoc instrumentum ab originali instrumento bene et fideliter, puncto ad punctum, verbo ad verbum, nil addens nil minuens, coram tribus testibus qui hec translatum et originale instrumentum viderunt et legerunt, scilicet Petro de Riuppullo, presbitero, et Petro de Pardi-niis, presbitero, et Salvono, presbitero de Sorniano, XI° kalendas febroarii, anno Incarnationis Domini M° CCXV°, et hoc signum (SM) fecit.

## 253

1216, 13 de novembre

*Gausbert de n'Elisenda, de Vilanova de la Ribera, Ramon de n'Elisenda, el seu germà, i Alamanda, muller de Gausbert, venen a fra Balaguer, comanador del Masdèu, a fra Arnau, capellà, i a tots els frares d'aquesta casa tota l'honor que tenen a la vila de Pontellà i a la parròquia de Sant Esteve, és a dir, dues parts del mas del difunt Pere Esquerrer que els seus successors tenen per ell i tota l'altra honor que aquests tenen per ells, així com tots els censos, usos, ingressos immobiliaris i drets senyoriais que tenen sobre aquests hereus, i tots els drets i ingressos que tenen sobre el mas que té per ells Joan Garriga, i sobre les honors que Guerau Guillem, Pere Dalmau, Joan Cerdà, Joan Gras, Guerau Tort, Ramon Gausfred i Guerau de Sant Nicolau tenen per ells, i sobre l'hort que té Bartomeu de Vilarmilà, i d'una manera general tots els drets i possessions que puguin tenir a Pontellà. Per aquesta venda, han rebut 285 sous barcelonesos dels templers. Aquesta venda ha estat feta per fra Arnau, capellà, i més particularment per a l'obra de l'església de Santa Maria del Masdèu.*

- A' Original, pergami mutilat, amplada 190/230 mm, alçada 345/350 mm, ADPO, Hp188.<sup>215</sup>

215. La part inferior dreta (cara de carn) del document està rosegada des de la línia 23 fins al final. El document porta al dors una anotació del final del segle XIII: «...nois de Pontiliano que fuit Gauberti de Alissende» i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2960».

- A*<sup>2</sup> Original perdut.  
*B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 110-111, acta núm. 175, segons *A*<sup>2</sup>  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 639-640, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 518-525, segons *B*.

A més de nombroses variants i d'importants correccions purament formals que poden haver sorgit de la voluntat, o de la distracció, del seu redactor, la versió *B* presenta notables diferències amb la de *A*<sup>1</sup>: a la clàusula on són enumerades les honors cedides als templers, la llista *B* conté dues honors suplementàries, i aquesta adjunció ha comportat un retoc d'aquesta part del text. Si es descarta la hipòtesi, poc versemblant, d'un fals per part del redactor del cartulari, aquestes variants només s'expliquen si la còpia del cartulari ha estat feta segons un altre original, avui perdut, en el qual aquestes diferències ja existien.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Gausbertus de Alissende de Villa nova de Rauter, et ego Ramundus de Alissende, frater ejus,<sup>a</sup> et ego Alamanda, uxor dicti Gausberti, nos tres simul, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, bona fide, sine omni enganno, non aliqua vi compulsi nec ulla fraude<sup>b</sup> decepti, imo<sup>c</sup> bono animo ac spontanea voluntate ducti, vendimus, laudamus, firmiterque concedimus, et cum hac carta inter vivos inperpetuum<sup>d</sup> valitura in presenti irrevocabiliter<sup>e</sup> tradimus domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Balaguerio, preceptori domus Mansi Dei, et vobis, fratri Arnaldo, capellano ejusdem domus, et omnibus vestris successoribus et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, et omnibus vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas,<sup>f</sup> per liberum et francum<sup>g</sup> alodium, totum honorem heremum et condirectum, quem habemus et debemus habere in<sup>h</sup> villam de Pontiliano et in terminio et adjacentia Sancti Stephani ejusdem ville, videlicet duas partes totius mansi qui fuit<sup>i</sup> Petri Squerrerii condam, quas II partes ipse pro nobis tenebat et tenere debebat,<sup>j</sup> et sui ad huc tenent et possident pro nobis, et<sup>k</sup> totum alium honorem que<sup>l</sup> sui successores tenent pro nobis et tenere debent, et omnes scensus<sup>m</sup> et usatica et terramerita<sup>n</sup> et dominia, que in eis habemus et habere debemus; et omnes scensus<sup>o</sup> et usatica et dominia que habemus et debemus habere in quodam manso, quem pro nobis tenet et tenere debet Johannes Garriga; et omnia jura, terramerita<sup>p</sup> et dominia que habemus et debemus habere in omni honore quem pro nobis tenet et tenere debet<sup>q</sup> Gueraldus Guilelmi, et in omni honore quem pro nobis tenet et tenere debet Bernardus Serventi, et in omni honore quem pro nobis tenet et tenere debet Petrus Dalmacii, et in omni honore quem pro nobis tenet

et tenere debet Johannes Cerdani, et in omni honore quem pro nobis tenet et tenere debet Johannes Grassi, et in omni honore quem pro nobis tenet et tenere debet<sup>r</sup> Gueraldus Torti,<sup>s</sup> et in omni honore quem pro nobis tenet et tenere debet Ramundus Gofredi,<sup>t</sup> et in quodam orto, cum omnibus arboribus que in illo sunt site, quem pro nobis tenet et tenere debet Bartolomeus de Villarmilano, et in omni honore quem pro nobis tenet et tenere debet Guilelmus Gueraldi de Sancto Nicholao.<sup>u</sup> Totum hoc, ut superius dictum est, nos omnes prenominati vendimus et in presenti tradimus vobis, fratri Balagerio predicto, et vobis, fratri Arnaldo, capellano predicto,<sup>v</sup> et vestris successoribus, et dicte domui milicie Templi, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris,<sup>w</sup> per liberum et franchum<sup>x</sup> alodium, a celo usque in abissum,<sup>y</sup> et totum quantum habemus et habere debemus ulla voce vel aliqua ratione infra fines et terminos dicte ville de Pontiliano, et in omni terminio et adjacentia Sancti Stephani ejusdem ville, scilicet mansos, casas et casalia, ortos et ortalia, arbores fructiferas et infructiferas, cujuscumque generis sint, campos et vineas, herema et condirecta, census et usatica, terramerita<sup>n</sup> et dominia, et omnia nobis ibidem accidentia et pertinentia sive ullo modo vel aliqua ratione competitura, cum omnibus nostris juribus, vocibus et rationibus et dominationibus ibidem nobis vel nostris accidentibus et pertinentibus, absque ullo retentu et exceptione,<sup>z</sup> et omnia alia hic expressa vel non expressa nobis vel nostris in villa predicta<sup>aa</sup> de Pontiliano et in omni terminio Sancti Stephani ejusdem ville<sup>ab</sup> accidentia vel pertinentia, sive ullo modo competitura, a celo usque in abissum,<sup>ac</sup> totum, integriter ac generaliter, sine ullo<sup>ad</sup> vestro et vestrorum enganno, sicut melius et plenius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem dicte domus milicie Templi, et vestram, et fratrum domus Mansi Dei.<sup>ae</sup> Cedimus etiam in presenti transferimus Deo, et dicte domui milicie Templi, et vobis, predictis fratribus, et fratribus domus Mansi Dei, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, omnia jura, voces, actiones et exceptiones et replicationes que adversus aliquas personas pro omnibus predictis habemus vel aliquo modo vel ratione habere debemus.<sup>af</sup> Pro qua venditione predicta, habuimus et accepimus a vobis, fratre Balagerio predicto, et a vobis, fratre Arnaldo, capellano prefato,<sup>ag</sup> de bonis vestre domus Mansi Dei CCLXXXV solidos barchinonensium bonorum<sup>ah</sup>, de quibus omnibus a vobis profitemur in veritate<sup>ai</sup> nos bene esse paccatos, renuntiando omni exceptioni non numerate peccunie. Et

modo in presenti de nostro jure et posse in vestrum jus et posse et domus milicie Templi et fratrum domus<sup>aj</sup> Mansi Dei omnia predicta tradimus, et domum milicie Templi, et vos,<sup>ak</sup> et fratres domus<sup>aj</sup> Mansi Dei, hodie plenarie in possessionem mittimus,<sup>al</sup> cum omni plenitudine totius dominii, per liberum et francum<sup>am</sup> alodium, ad<sup>an</sup> omnes vestras voluntates et vestrorum<sup>ao</sup> omni tempore faciendas, et hodie plenarie dictam domum milicie Templi et fratres domus Mansi Dei de omnibus supradictis in [di-... ...-os] ex toto denundando omni tempore.<sup>ap</sup> Et si hec vendicio prescripta<sup>aq</sup> modo plus valet<sup>ar</sup> vel in posterum est valitura, prescripto precio<sup>as</sup> quod inde a vobis [...-us] accipimus,<sup>at</sup> quicquid<sup>au</sup> est illud seu magis valentiam<sup>av</sup> Deo, et domui milicie Templi, et fratribus domus Mansi Dei, presentibus et futuris,<sup>aw</sup> pro elemosina amore Dei<sup>ax</sup> in remissione peccatorum nostrorum damus, et dimittimus, et irrevocabiliter sine ullo retentu in presenti tradimus et transferimus.<sup>ay</sup> Inquam ego Alamanda predicta, uxor dicti Gausberti de Alissende, laudo et confirmo Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Balaguerio predicto, et fratri Arnaldo prefato, et fratribus domus Mansi Dei, presentibus et futuris, omnia superius scripta et pre-nominata, solvens et diffiniens supradicte domui milicie Templi et fratribus domus Mansi Dei, si quod jus vel vinculum ypotece sive returnum ibi in dicto honore et in omnibus predictis habebam vel habere debebam pro sponsalicio [sive] dote seu pro alio modo, renuntians specialiter beneficio privilegii legis julie de fundo dotalis qua cavetur ne durante matrimonio dos vel donatio propter nuptias valeat alienari. Et nos omnes predicti renuntiamus omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis nobis vel nostris competenti sive competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum [...] et illi legi qua deceptis ultra dimidiam justii precii subvenitur expressim et consulte renuntiamus, et unusquisque nostrum pro toto tenet [...] domui milicie Templi et fratribus domus Mansi Dei, presentibus et futuris, ab omni evictione, unde unusquisque ex nobis tribus predictis per totum [...] et per omnes nostros successores obligamus dicte domui milicie Templi et fratribus Mansi Dei omnia nostra honoris et aliis presentia et futura [... ubique] sine ulla fraude. Et ita quod unus pro alio de omnibus supradictis non valeat se neque sua excusare nec defendere in judicio vel extra [...] Et ut ita totum ut superius dictum est nos omnes tres pre-nominati fideliter teneamus et observemus, et contra non veniamus, nec veniri faciamus, per nos nec per aliquas interpositas personas,

bona fide et per firmam stipulationem promittimus, et etiam unusquisque nostrum trium predictorum corporaliter, et tactis sacro sanctis IIII<sup>or</sup> Dei Euvangeliiis, sponte juramus. Et est certum quod de predicta emptio fuit empta et facta pro fratre Arnaldo, capellano predicto, specialiter ad opus ecclesie sancte Marie domus Mansi Dei.<sup>az</sup> Et est manifestum. Actum est hoc idibus novembris, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVI<sup>o</sup>. Sig++++na Gausberti de Alissende de Villa nova de Rauter, et Ramundi<sup>ba</sup> de Alissende, fratris ejus,<sup>bb</sup> et Alamande, uxoris dicti Gausberti, qui nos omnes predicti hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++++na Ramundi,<sup>ba</sup> presbiteri de Toirio, et fratris Bernardi de *na Ramunda* de Toirio, et Guilelmi Dalmacii de Pontiliano, et Bernardi Albaricis,<sup>bc</sup> sutoris de Banulis de Asperis, et Berengarii Catalani, pelliparii de Cereto, et Poncii Rotberti de Bajolis.

Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

a. ejus frater *B.* b. non compulsi ulla vi neque aliqua fraude *B.* c. immo *B.* d. imperpetuum *B.* e. irrevocabiliter *B.* f. et omnibus vestris et cui volueritis ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas *omès B.* g. franchum *B.* h. habere debemus intus *B.* i. qui fuit *omès B.* j. et tenere debebat *omès B.* k. et *omès B.* l. quem *B.* m. et census *B.* n. terremerita *B.* o. census *B.* p. et terremerita *B.* q. pro nobis tenet et debet tenere pro nobis *B.* r. debet tenere *B.* s. et in omni honore quem pro nobis tenent et tenere debent Petrus Dominici *afegit després de* Gueraldus Torti *B.* t. Raymundus Goffredi *B.* u. et in honore quem tenet pro nobis et tenere debet Guilelmus Gueraldi de Sancto Nicholao, et in omni honore quem pro nobis tenet et debet tenere Bernardus Godan condam et sui adhuc tenent, et in quodam orto cum omnibus arboribus que in eo sunt, quem ortum Bartholomeus de Vilarmilano pro nobis tenet et debet tenere *B.* v. prenominato *B.* w. et dicte domui milicie Templi, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris *omès B.* x. francum *B.* y. habissum *B.* z. et exceptione *omès B.* aa. dicta villa *B.* ab. ville *omès B.* ac. a celo usque in abissum *omès B.* ad. ullo *omès B.* ae. ad vestram et vestrorum utilitatem et domus milicie Templi et fratrum ejusdem *B.* af. Cedimus etiam vobis predictis et domui milicie Templi et fratribus domus Mansi Dei atque damus, ad omnes vestras et vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, omnes actiones et exceptiones et jura que adversas aliquas personas pro omnibus predictis habemus vel aliquo modo debemus habere *B.* ag. fratre Balagerio predicto et a vobis fratre Arnaldo, capellano prefato *omès B.* ah. bonorum *omès B.* ai. in veritate *omès B.* aj. domus *omès B.* ak. et vos et domum milicie Templi *B.* al. mitimus *B.* am. franchum *B.* an. ad *repetit per error B.* ao. omnes vestras et vestrorum voluntates *B.* ap. et hodie plenarie (...) omni tempore *omès B.* aq. predicta *B.* ar. valet *omès B.* as. precio supradicto *B.* at. a vobis inde accepimus *B.* au. quicquid *B.* av. seu illa magis valencia *B.* aw. vobis predictis fratribus et vestris successoribus *B.* ax. amore Dei *omès B.* ay. damus et in presenti tradimus irrevocabiliter sine ullo retentu *B.* az. Omnia vero superius scripta, prout melius et plenius scribi vel intelligi potest ad vestram et vestrorum utilitatem et dicte domus milicie Templi, ego inquam Alamanda predicta, uxor dicti Gausberti, laudo et confirmo vobis predictis fratribus et vestris successoribus, renuncians specialiter beneficio privilegii legis julie de fundo dotali qua cavetur ne

durante matrimonio dos vel donacio propter nupcias valeat alienari. Et ut ita totum, ut superius dictum est, nos omnes predicti fideliter teneamus et observemus et contra non veniamus nec veniri faciamus, per nos nec per aliquas interpositas personas, bona fide et per firmam stipulationem, promittimus, et etiam unusquisque nostrum corporaliter tactis sacrosanctis III<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juramus, renunciantes per ejusdem sacramenti religionis omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis nobis vel nostris competenti sive competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum, et etiam illi legi qua deceptis ultra dimidiam justii precii subvenitur expressim et consulte renunciamus, et tenemur vobis predictis fratribus et domui milicie Templi et omnibus vestris successoribus ab omni evictione, unde vobis et domui milicie Templi obligamus omnia nostra bona presentia et futura, ubique, sine ulla fraude. Et est certum quod predicta emptio fuit facta pro fratre Arnaldo, capellano predicto, ad opus ecclesie Sancte Marie Mansi Dei specialiter B. ba. Raymundi B. bb. ejus fratris B. bc. Albarici B.

## 254

1216, 16 de desembre

*Berenguer Sifre, cavaller de Malloles, i la seva filla Berenguera, amb l'acord de Guillema, muller de Berenguer, donen en almoïna a fra Balaguer, comanador del Masdèu, a fra Arnau, capellà, i als frares d'aquesta casa tota l'honor que tenen a la vila de Bages i a la parròquia de Sant Andreu. Per aquesta concessió, han rebut 300 sous barcelonesos. Fra Arnau, capellà, ha pagat aquesta quantitat, a fi que els ingressos d'aquesta honor siguin especialment destinats a l'església de Santa Maria del Masdèu.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 158v-159v, acta núm. 261.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 535-536, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 526-532, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Berengarius Sifredi, miles de Maleolis, et ego Berengaria ejus filia, nos simul, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, non compulsia aliqua vi nec ulla fraude decepti, immo bono animo et voluntate ducti, consilio tamen voluntate et laude domine Guillelme, uxoris mei Berengarii Siffredi predicti, donamus, laudamus firmiterque concedimus et cum hac carta inter vivos imperpetuum valitura in presenti irrevocabiliter tradimus pro elemosina, amore Dei, in remissione peccatorum meorum et pro hereditate animarum nostrarum, domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Balagerio, preceptorum domus Mansi Dei, et vobis fratri Arnaldo, capellano

ejusdem domus, et vestris fratribus ejusdem domus Mansi Dei, presentibus et futuris, et cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium, omnem nostrum honorem heremum et condirectum et totum quantum habemus et habere debemus in omni villa de Bagis et in omnibus ejusdem terminis et in omni adjacentia Sancti Andree ejusdem ville de Bagis, scilicet et homines nostros et feminas ibidem nobis et nostris pertinentibus, presentibus atque futuris,<sup>b</sup> mansos et mansatas et bordas et totum quantum aliquis pro nobis tenet et tenere debet in dicta villa de Bagis et omnibus ejusdem terminis, in diversis locis, casas et casalia, ortos et ortalia, arbores fructiferas et infructiferas cujuscumque generis sint, campos et vineas, herema et condirecta, census et usatica, quistas et toltas, forcias et albergas, justicias et firmancias, accapita et foriscapia,<sup>c</sup> terremerita et servicia, dominia et ademprivia, quartos, quintos et agrarios, pratos et pratalia, totum integriter et generaliter, a celo usque in abyssum,<sup>d</sup> cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus, et cum omnibus nostris juribus, vocibus et rationibus et dominationibus ibidem nobis pertinentibus et accidentibus, et omnia alia hic expressa vel non expressa nobis vel nostris in villa predicta de Bagis et in omnibus ejusdem terminis accidentia vel pertinentia, sive ullo modo decetero competitura, totum, integriter et generaliter, a celo usque in abyssum,<sup>d</sup> sicut melius et plenius a vobis et a vestris intelligi vel dici potest ad vestram utilitatem et domus milicie Templi et fratrum domus Mansi Dei, libere et quiete absque ulla exceptione et retentu, per liberum et franchum alodium, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas. Et pro hac donatione et laudatione predicta, quam Deo et domui milicie Templi et vobis predictis fratribus et fratribus Mansi Dei, presentibus et futuris, facimus, habuimus et accepimus a vobis de bonis vestre domus Mansi Dei CCC solidos bonorum barchinonensium, de quibus omnibus a vobis profitemur nos bene esse pacatos,<sup>e</sup> renunciando omni exceptioni non numerate pecunie.<sup>f</sup> Et scientes et cognoscentes veraciter, sine dubio, dictam donationem valere magis precio predicto quod inde a vobis accepimus, quicquid est illud seu magis valentiam Deo et domui milicie Templi et vobis predictis fratribus, amore Dei et hereditate animarum nostra, in remissione peccatorum nostrorum irrevocabiliter damus et in presenti transferimus. Et de nostro jure et posse in vestrum jus et posse et vestrorum omnia prenomina modo in presenti tradimus, et vos et domum milicie Templi hodie in plenam

possessionem mittimus<sup>g</sup> cum omni plenitudine totius domini et de omnibus supradictis vos et dictam domum milicie Templi et fratres Mansi Dei induimus hodie plenarie nos et nostros ex toto denudando omni tempore. Cedimus etiam et damus dicte domui milicie Templi et vobis, predictis fratribus Mansi Dei, et omnibus vestris et cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, omnes actiones et exceptiones et replicationes et iura que adversus aliquas personas pro omnibus predictis habemus et habere debemus vel aliquo modo habere possumus. Tamen vero, si aliqua persona per se vel pro nobis sive nos metipsi in dicta donatione et laudatione aliquid vel totum imparaverit vel abstulerit vobis vel vestris successoribus, et inde aliquid perdidideritis, totum illud damus vobis et vestris sine ulla fraude super omnia nostra bona in cunctis locis, de quibus omnibus vobis et vestris simplici verbo credaris sine omni sacramento. Et convenimus vobis per firmam stipulationem nos et nostros teneri ab omni evictione domui milicie Templi et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, ubique, sine ulla fraude. Unde obligamus domui milicie Templi et vestris successoribus omnia nostra bona, honoris et averis, habita et habenda, ubique, sine ulla exceptione. Unde renunciamus omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, vel legis vel consuetudinis nobis vel nostris competenti sive competituro ad hec infringenda vel aliquid<sup>h</sup> horum predictorum, ex nostra certa sciencia, in iudicio vel extra iudicium. Et est certum quod frater Arnaldus, capellanus predictus, solvit totam pecuniam<sup>i</sup> predictam ob hoc ut omnes redditus qui exierint de predicta hec donatione sint specialiter adeptus ecclesie domus Mansi Dei. Et est manifestum. Actum est hoc XVII<sup>o</sup> kalendas januarii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVI<sup>o</sup>. Sig++++na Berengarii Sifredi, militis de Maleolis, et Berengarie ejus filie et domine Guilelme, uxoris dicti Berengarii Sifredi, qui omnes predicti hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++++na Guilelmi Peregrini de Maleolis, et Guilelmi Sabte, et Berengarii *Sadol*, et Petri Cerdani et Berengarii Gaschi de Furcis.

Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et suprascriptus in linea XIII<sup>a</sup> et rasisit et emendavit in XX<sup>a</sup> III<sup>a</sup>, et hoc signum (SM) fecit.

a. compulsi *B.*    b. futuros *B.*    c. foriscapita *B.*    d. habissum *B.*    e. pacatos *B.*    f. peccunie *B.*    g. mitimus *B.*    h. aliquod *B.*    i. peccuniam *B.*



1217 (nou estil), 13 de gener

*Pere Guillem de Pontellà ven a fra Balaguer, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa tot el que té en penyora a tots els alous que els difunts Elisenda de Vilanova de la Ribera i el seu fill Reinald tenien a la parròquia de Sant Esteve de Pontellà; alous que aquests darrers li havien obligat per 110 sous barcelonesos sobre el delme de les lleguminoses, mills i llegums de gra rodó, és a dir, dues parts de tots aquests delmes, tal com està estipulat a l'acta d'empenyorament que Pere Guillem lliura ara als templers. Pere Guillem fa aquesta venda als templers pel preu de 110 sous de moneda barcelonesa.*

- A Original, pergami, amplada 170/215 mm, alçada 45/80 mm, ADPO, Hp188.<sup>216</sup>  
 B Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 533-535, segons A.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus Guilelmi de Pontiliani,<sup>a</sup> per me et per omnes meos, bona fide, sine omni enganno, vendo et cum hac carta in presenti trado Deo, et domui milicie Templi, et vobis fratri Balaguerio, preceptori domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem, et cui volueritis, quicquit habeo et debeo habere jure pignoris in omnibus alodiis que habebant et habere debebant Alissencdis de Villanova de Rauter et Rainaldus ejus filius condam in omni terminio Sancti Stephani de Pontiliano. Que alodia ipsi michi obligaverunt pro CX solidis barchinonensium bonorum, si aliquis michi in aliquo contradicent, in decimam leguminium et milium et ciceronum, scilicet in duabus partibus decime totius leguminis et milium et ciceronum totius adjacentia Sancti Stephani de Pontiliano. Quam decimam ipsis<sup>b</sup> michi obligaverant pro eisdem predictis CX solidis barchinonensium ut in carta pignoraticia continetur, quam vobis in presenti trado. Sicut superius est dictum, sic ego Petrus Guilelmi predictus vendo et in presenti trado vobis, fratri Balaguerio predicto, et vestris successoribus fratribus Mansi Dei, et cui volueritis, quicquit habeo et habere debeo jure pignoris in omnibus predictis alodiis que fuerunt Alissencdis predictae condam et Arnaldi<sup>c</sup> filii ejus condam,<sup>d</sup> totum, integriter, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem domus milicie Templi et fratrum ejusdem pro CX solidis barchinonensium bonorum, de quibus omnibus a vobis profiteor me bene esse paccatum, ita quod renuntio omni exceptioni non

<sup>216</sup> El document porta al dors una anotació del segle xiv: «De honor G. de Pontiliano», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 822».

accepte peccunie et omni juri et mori quorum auxilio contra hac predicta possem venire in iudicio vel extra iudicium. Et est manifestum. Actum est hoc idibus januarii, anno Incarnationis Domini M° CC° XVI°. Sig+num Petri Guilelmi de Pontiliano predicti, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig++++a Johannis de Laurono, presbiteri, et Johannis, subdiachoni de Canois, et Berengarii Catalani, pelliparii de Cereto. Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit rogatus atque jussus et suprascriptis in linea VIII<sup>a</sup> et hoc signum (SM) fecit.

a. Sic A per Pontiliano.    b. Sic A per ipsi.    c. Sic A per Rainaldi?    d. con-  
dam afegit a la interlínia A.

## 256

1217 (nou estil), 21 de març

*Ponç Guerau d'Illa ven a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa tot el que posseeix i que havia pertangut al seu difunt pare, Hug de Tatzó, a la vila i a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, així com tot el que és tingut per ell en aquesta vila, pel preu de 1.300 sous barcelonesos. A més a més, per a la remissió del seus pecats, dóna al Masdèu tots els censos, usos i senyories que té, o que altres tenen per ell, a la vila i a la parròquia de Sant Julià de Terrats.*

*B'* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 95r-v, acta núm. 152.

*B<sup>2</sup>* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart, ff. 125v-126, acta núm. 202.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, pp. 637-638, segons *B'* et *B<sup>2</sup>*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 536-541, segons *B'*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Poncius Geraldus de Insula, non inductus dolo nec aliqua vi compulsus, immo bono<sup>a</sup> animo ac spontanea voluntate ductus, inspecta etiam maxima mea et meorum utilitate, per me et per omnes meos,<sup>b</sup> presentes atque futuros, bona fide et<sup>c</sup> sine omni enganno, vendo, laudo firmiterque concedo cum hac carta inter vivos imperpetuum valitura in presenti irrevocabiliter trado domino<sup>d</sup> Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Raymundo de Cervera, preceptori domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, et cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas,

per liberum et franchum alodium, totum quantum habeo et habere debeo in omni villa que dicitur Villa mulacha, ulla voce vel aliqua ratione, et<sup>e</sup> infra fines suos et terminos Sancti Juliani ejusdem ville, scilicet totam meam laboracionem, mansos et mansatas et bordas et omnes<sup>f</sup> meos homines et feminas ibidem presentes atque futuros, cum omnibus eorum tenedonibus et pertinenciis,<sup>g</sup> casas et casalia, ortos et ortalia, arbores fructiferas et infructiferas cujuscumque sint generis,<sup>h</sup> campos, vineas, herema et condirecta, census et usatica, quistas, toltas, forcias et albergas, justicias et firmancias, accapita<sup>i</sup> et foriscapia, terremerita et servicia, dominia et ademprivia,<sup>j</sup> quartos, quintos, agrarios et decimam et<sup>e</sup> aquas et aqualia, prata et pratalia, paschua, pastura et pasturalia et queque esse possunt ad usum<sup>k</sup> hominum et animalium, et omnia mihi vel meis accidentia<sup>l</sup> et pertinentibus seu competituris sine ullo retentu, cum omnibus aliis hic expressis et non expressis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis et cum terminis et pertinenciis suis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius pater meus,<sup>m</sup> Ugo de Tacione condan habuit et possedit in vita sua, et ego ipso<sup>n</sup> modo habeo et habere debeo et teneo et tenere debeo, et totum quantum aliquis vel aliqua pro me tenet et habet et tenere et habere debet in dicta Villa mulaca et in ejus terminis, sicut melius et plenius a vobis et a vestris intelligi vel dici potest ad vestram et vestrorum<sup>o</sup> utilitatem per liberum et franchum alodium. Hanc autem vendicionem prescripta facio vobis et domui milicie Templi pro M<sup>p</sup> CCC solidis barchinonensium bonorum,<sup>q</sup> de quibus omnibus a vobis profiteor me bene esse paccatum, ita quod renuncio omni exceptioni non numerate et accepte<sup>r</sup> peccunie et omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto,<sup>s</sup> legis vel consuetudinis mihi vel meis<sup>t</sup> competenti seu<sup>u</sup> competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum; et etiam illi legi, qua deceptis ultra dimidiam justii precii subvenitur, expressim et consulte renuncio. Preterea dono et in presenti trado vobis, fratri Raymundo<sup>v</sup> de Cervera predicto preceptori domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, amore Dei et<sup>e</sup> in remissione peccatorum meorum et parentum meorum et fidelium defunctorum, omnes census et usatica et jura et dominaciones, que habeo et habere debeo, et totum quantum aliquis vel aliqua pro me tenet et tenere debet aliqua voce vel ratione in omni villa de Terratz de Vallispirio et in omni terminio<sup>w</sup> Sancti Juliani ejusdem ville, per liberum et franchum alodium, ad omnes vestras et vestrorum<sup>x</sup>

voluntates omni tempore faciendas, sine ullo retentu. Cedo etiam et dono vobis et domui milicie Templi et cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, omnes actiones et exceptiones et replicationes et jura, que adversus aliquas personas pro hiis omnibus predictis habebam vel habere debebam vel aliquo modo habere poteram; et modo in presenti de meo jure et posse in vestrum jus et posse et vestrorum omnia supradicta trado et transfero imperpetuum, et vos et domum milicie Templi hodie in possessionem mitto<sup>y</sup> cum omni plenitudine totius domini, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et promitto<sup>z</sup> vobis per firmam stipulacionem, quod ab hac die inantea de predicta vendicione et donacione ego et mei erimus vobis et domui milicie Templi et fratribus Mansi Dei fideles legitimos auctores et deffensores ab omni viventi persona, et teneor vobis et domui milicie Templi et fratribus Mansi Dei<sup>aa</sup> ab omni eviczione, unde vobis et vestris successoribus<sup>ab</sup> obligo omnia mea bona mobilia et immobilia, presentia et futura, ubique, sine ulla excepcione. Et ut ita totum, ut superius dictum est, fideliter teneam et observem et in aliquo<sup>ac</sup> contra non veniam nec veniri faciam,<sup>ad</sup> per me nec per aliquam interpositam personam, bona fide et per firmam stipulacionem promitto,<sup>z</sup> et etiam, corporaliter tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juro. Et est manifestum. Actum est hoc XII<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVI<sup>o</sup>. Sig+num Poncii Geraldi de Insula predicti,<sup>ae</sup> qui hoc totum, ut dictum est, fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi.<sup>af</sup> Sig++++na Petri de Petra alba, presbiteri, et Johannis de Laurono, presbiteri, et Berengarii de Bagis, militis, et Stephani Poncii de Anilis et Bernardis Justi de Trulariis. Andreas, levita, publicus scriptor,<sup>ag</sup> scripsit rogatus atque jussus et hoc signum (SM) fecit.

a. bo B<sup>1</sup>. b. meos omès B<sup>2</sup>. c. et omès B<sup>2</sup>. d. domino omès B<sup>2</sup>. e. et omès B<sup>1</sup>. f. omnes omès B<sup>2</sup>. g. cum tenedonibus et pertinenciis eorum B<sup>2</sup>. h. generis sint B<sup>2</sup>. i. acapita B<sup>2</sup>. j. adempriva B<sup>2</sup>. k. husum B<sup>2</sup>. l. mihi accidentibus B<sup>2</sup>. m. pater meus, Ugo de Tacione condam habuit et possedit in vita sua et omès B<sup>2</sup>. n. ipse B<sup>2</sup>. o. vestrarum B<sup>2</sup>. p. mille B<sup>2</sup>. q. bonorum omès B<sup>1</sup>. r. et accepte omès B<sup>2</sup>. s. vel scripto aut non scripto B<sup>2</sup>. t. vel meis omès B<sup>2</sup>. u. sive B<sup>2</sup>. v. Raimundi B<sup>2</sup>. w. termino B<sup>2</sup>. x. et vestrorum omès B<sup>2</sup>. y. mito B<sup>1</sup>. z. promito B<sup>1</sup> B<sup>2</sup>. aa. et fratribus Mansi Dei omès B<sup>2</sup>. ab. unde vobis et domui milicie Templi et fratribus ejusdem obligo B<sup>2</sup>. ac. in aliquo omès B<sup>2</sup>. ad. faciam veniri B<sup>2</sup>. ae. predicti omès B<sup>2</sup>. af. testesque firmare rogavi omès B<sup>1</sup>. ag. forat a B<sup>1</sup>.

## 257

1217, 1 de maig

*Arnau de Mudagons i la seva esposa Mascarosa donen al convent de Sant Salvador de Cirà i al seu prior, Bernat de Pineda, un home anomenat Guillem Comte, fill de Pere Bosquer de Toluges, amb tota la seva descendència i tots els seus béns. Per aquesta donació, Arnau de Mudagons reconeix haver rebut 50 sous barcelonesos presos sobre els béns del susdit Guillem Comte. La donació és confirmada per Jaume Andreu i el seu germà Arbert, que tenen en penyora el castrum de Toluges i reconeixen haver rebut 50 sous barcelonesos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 14v-15, acta núm. 28.

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Mutacionibus, et uxor mea Mascharosa, nos ambo simul in unum, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, bona fide et sine omni malo ingenio et bona affectione, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, irrevocabiliter et sine omni retentu damus inter vivos et diffinimus et de nostra potestate in vestra vestrorumque tradimus in omnibus modis domino Deo et domui Sancti Salvatoris de Sirano et tibi, Bernardo de Pineda, priori ejusdem mansi, et omnibus successoribus tuis, tam presentibus quam futuris, quendam hominem nostrum, scilicet Guilelmum Comitem, filium Petri Boscherii Theologiarum, cum omnibus bonis suis et cum omni prole sua futura. Quem hominem predictum, cum omnibus bonis suis et cum omni prole sua futura, solvimus et in omnibus modis penitus diffinimus et damus vobis et vestris imperpetuum, et nullum jus in eo nobis<sup>a</sup> retinemus, set modo damus, in presenti tradimus vobis et vestris imperpetuum predictum hominem, cum omnibus bonis suis et cum omni prole sua futura, sicut melius et plenius et utilius dici aut intelligi potest ad vestrum intellectum et vestrorum, pro alodio libero. Quod faciemus vobis dictum hominem, cum omnibus bonis suis et cum omni prole sua futura, in pace<sup>b</sup> possidere et tenere sine<sup>c</sup> contradictu alicujus viventis persone imperpetuum. Et si forte aliqua persona pro nobis vel pro nostris vel pro aliqua ratione in predicto homine vel in rebus suis eviceret vobis vel successoribus vestris, quod ego Arnaldus predictus, et ego Mascharosa, per nos et per omnes nostros, erimus legitimi auctores. Pro qua diffinitione jam dicta, ego Arnaldus de Mutacionibus, per me et per meos presentes ac futuros, me concedo habuisse et recepisse L solidos barchinonensium bonorum de bonis jam dicti Guilelmi

Comiti, ex quibus ita mihi satisfactum esse confiteor quod exceptioni non numerate pecunie<sup>d</sup> renunciamus. Et quod contra hec predicta vel aliquid horum predictorum nunquam veniamus vel venire faciamus, bona fide per firmam stipulationem promittimus,<sup>e</sup> et specialiter omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generali vel speciali, ad hec infringenda nobis competentibus vel competitoris, et expressim beneficio omnium legum<sup>f</sup> jure morum vel aliquarum earum, ex certa scientia renuntiamus illi juri. Actum est hoc kalendis madii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVII. Sig++na Arnaldi de Mutacionibus et Mascharose, uxoris ejus, qui ita hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig++na Jacobi Andree et Arberti, fratri suo, pignoratotes de castro Teologiarum, qui ita hec omnia laudamus et firmamus testesque firmari rogamus, et de hoc habuimus L solidos barchinonensium, de quibus omnibus per paccatos nos tenemus, et renuntiamus excepconi non numerate pecunie.<sup>d</sup> Sig+++na Raymundi de Rochaneguada, et Guilelmi Sacriste Teologiarum, et Salamoni *d'en Terrats*, de Teologiis, testium.

Petrus Berengarii, notarius, hoc scripsit et suprascriptit in XI<sup>a</sup> linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. non B.    b. pasce B.    c. scilicet B.    d. peccunie B.    e. promittimus B.  
f. leguum B.

## 258

1217, 21 de setembre

*Maria Monera d'Ortafà ven a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdéu, tots els seus drets sobre el quartó i la senyoria directa de tres vinyes, amb les oliveres que hi ha, situades a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Remonels. Aquests drets li havien estat empenyorats així com al seu difunt marit, Pere Moner, per Beatriu d'Ortafà i el seu difunt marit, Berenguer de Coma, per set aimines d'ordi, que rep ara de les mans del comanador del Masdéu com a preu d'aquesta venda.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 94, acta núm. 150.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. VIII, p. 641, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 542-544, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Maria Moneria de Ortafano, per me et per omnes meos, bona fide, sine omni enganno, vendo et diffinio et cum hac presenti carta perfecte vendicionis et diffinicionis imperpetuum valitura de mea potestate in vestra in presenti trado, perpetuo jure possidendum et habendum, domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Cerveria, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem presentibus atque futuris, totum quantum habeo et habere debeo, jure ac more pignoris vel alio aliquo modo, in quarto et dominio trium vinearum cum terris in quibus sunt plantate et oliviarorum que in eis sunt, scilicet Petri *Armain* et Adalaici *Borrella* et Raymundi de Mare. Que vinee sunt in terminio Sancte Eugenie de Ortafano, in loco vocato ad *Remonels*. Quod quartum et dominium inpignoraverunt marito meo, Petro Monerio condam, et mihi, Beatrix de Ortafano, et vir ejus, Berengarius de Comba condam, pro VII eyminas ordeï, sicut in instrumento pignoracionis ab eis nobis facto continetur. Quas VII<sup>a</sup> eyminas ordeï a vobis predictis recipio, unde bene pacata<sup>b</sup> renuncio exceptioni non numerate pecunie,<sup>c</sup> pro quibus vendo et diffinio et in presenti trado totum quantum habeo et habere debeo in jam dicto quarto et in dominio predictarum vinearum et oliviarorum ad omnes vestras voluntates faciendas imperpetuum, renuncians omni juri vel mori per quod contra predictam vendicionem et diffinicionem venire possim. Actum est hoc XI kalendas octobris, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup>. Sig+num Marie Monerie de Ortafano, qui hoc totum fieri jussi, laudavi, firmavi, testesque firmare rogavi. Sig+++na Mathei Fabri, et Johannis Ugueti et Guilelmi Simonis de *Bages*.

Petrus, subdiaconus,<sup>d</sup> scripsit hoc rogatus atque jussus et hoc sig-(SM)-num fecit.

- a. VI B.    b. pacata B.    c. peccunie B.    d. subdiachonus B.

1218, 30 de març

*Ponç Ramon de Bages, la seva esposa, Berenguera i llur fill Deulosal venen a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa un casal situat a la vila de Bages, una feixa de terra situada a la parròquia de Sant Andreu de Bages i una vinya situada a la parròquia de Santa Eugènia*

*d'Ortafà, que tenen per la milícia del Temple. Per aquesta venda, reconeixen haver rebut 70 sous barcelonesos. Per [la resta de] l'honor que tenen per la milícia del Temple, faran mig tor d'ordi mesura rasa de Perpinyà de cens anual el dia de Nadal, i les servituds consuetudinàries per les terres.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 165r-v, acta núm. 276.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 545-549, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Poncius Raymundi de Bagis et uxor mea Berengaria et filius noster Deus *salvet*, nos omnes insimul, per nos et per omne nostros, bona fide, sine omni enganno, vendimus atque diffinimus et cum hac presenti carta perfecte venditionis et diffinitionis imperpetuum valitura de nostra potestate in vestra in presenti tradimus, perpetuo jure possidendum et habendum, domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Cervaria, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, unum casale et unam faxiam terre et una vineam cum terra in qua est plantata, que omnia predicta tenemus pro domo milicie Templi. Predictum *casal* est intro villam de Bagis, affrontat ab oriente in *casal Boneti Gasch*, a meridie et aquilone in honore Johannis Ugueti, quem tenet pro domo milicie, ab occidente in via publica. Predicta faxia terre est in terminis Sancti Andree de Bagis, juxta eram milicie, affrontat ab oriente in era milicie Templi, a meridie in Verdera, ab occidente in terra Johannis Ugueti, ab aquilone in terra Guilelmi *Reul*. Predicta vinea est in terminis Sancte Eugenie de Ortafano, in vineario de *d'Espit*, affrontat ab oriente et meridie et aquilone in vinea milicie Templi, ab occidente in vinea Berengarii de *Candor*, quam tenet pro domo milicie Templi. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas includitur et terminatur totum, sine vestro vestrorumque enganno et sine omni retentu, ut predictum est, vendimus et diffinimus atque in presenti tradimus vobis predictis et omnibus vestris, et cui volueritis, cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas, pro LXX solidis barchinonensium bonorum, quos omnes recognoscimus esse versos in maxima nostra utilitate, de quibus confitemur nos bene esse pacatos,<sup>a</sup> unde renunciamus exceptioni non numerate pecunie.<sup>b</sup> Et quicquid predicta venditio modo valet, vel inantea plus hujus predicti pretii valebit, totum



vera donatione vobis et vestris irrevocabiliter damus atque in presenti tradimus. Et omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justii pretii, vel alio aliquo modo, in judicio vel extra judicium, venire poterimus, ex certa scientia omnibus modis et expresse renunciamus totumque imperpetuum vobis et vestris diffinimus, et tenemur vobis de omni evictione, unde obligamus vobis omnia bona nostra ubique. Et de censu quod soluti sumus facere vobis pro honore quem pro vobis tenemus, faciemus annuatim domui milicie Templi et vobis jam dictis fratribus de censu, in festo Natalis Domini, medium *tor* ordei *ras* ad rectam mensuram Perpiniiani et terremerita terrarum quas pro vobis tenemus, sicuti consuetum est. Et promittimus<sup>c</sup> vobis bona fide et per firmam stipulationem quod totum, ut predictum est, fideliter observemus et observare faciemus, et contra non veniemus nec venire faciemus per nos nec per aliquam interpositam personam. Et ut firmius atque securius vobis et vestris sit, ego predictus Poncius Raymundi, et uxor mea Berengaria, quisque ex nobis duobus, per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia corporaliter hoc juramus nostris propriis manibus. Actum est hoc III<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>. Sig+++na Poncii Raymundi de Bagis et uxoris ejus Berengarie et filii eorum Dei *salvet*, qui hoc totum fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Petri Borrelli, et Arnaldi Mathei, et Guilelmi de Argilariis de Bagis.

Petrus, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

- a. paccatos B.    b. peccunie B.    c. promittimus B.

260

1218, 3 d'abril

*Fra Guillem Torner, comanador de Palau [del Vidre], amb el consentiment de fra Ponç, dóna en acapte a Guillem Bonadona i a la seva muller Guillema una borda amb un hort contigu. Aquesta borda, que tenia abans la difunta Elieta, se situa a la parròquia de Santa Maria de Palau. Guillem i els seus hauran de pagar un cens anual d'una gallina el dia de Nadal, així com les servituds degudes per l'hort. Per aquesta concessió, el comanador de Palau reconeix haver rebut 15 sous barcelonesos.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 121, acta núm. 193.  
*C* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 324-326, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus Tornerius, preceptor Palacii, bona fide et sine enganno, consilio et voluntate fratris Poncii, per me et per omnes successores meos, cum hac carta omni tempore valitura, dono firmiterque concedo in presenti ad accapitum et per tenedonem tibi, Guilermo Bone domine, et uxori tue, Guilelme, et omni posteritati vel consanguinitati vestre et cui dare, dimittere, vendere aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras et vestrorum omni tempore faciendas, exceptis militibus et locis religionis et hominibus regis, totam unam bordam, quam fuit Eliete femine condam, cum orto qui tenet cum borda jam dicta, in villa et terminis Sancte Marie de Palacio. Quam bordam jam dictam et ortum jam dictum dono et concedo vobis et vestris et cui volueritis, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, a celo usque in abyssum,<sup>a</sup> et cum omni melioramento quod ibi feceritis, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum dici vel intelligi potest. Et hoc totum facio salvis juribus milicie Templi in omnibus et per omnia. Et facietis vos et vestri de censu annuatim pro jam dicta borda unam gallinam in festo Natalis Domini, et terremerita de orto, sicut debet dare. Et promitto<sup>b</sup> vobis et vestris, bona fide et per firmam stipulacionem, quod in hoc vos nec vestros non engannemus nec decipi ullo modo permittemus,<sup>c</sup> set totum vobis et vestris et cui volueritis tenere et possidere faciemus in pace sine aliquo contradictu, perpetuo, salvis juribus milicie Templi in omnibus et per omnia. Pro qua donacione, valitura perpetuo, accipio a vobis XV solidos barchinonensium, de quibus sum bene pacatus,<sup>d</sup> unde renuncio excepcioni non numerate pecunie.<sup>e</sup> Et affrontat ab oriente in via, a meridie in orto Bernardi Marcucii, occidente in orto Bernardi Bajuli, aquilone in manso Bernardi Capcirii. Et est manifestum. Actum est hoc III<sup>o</sup> nonas aprilis, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>, Filippo rege in Francia.

Sig+num Guilelmi Tornerii, fratris, qui hoc totum fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+num fratris Poncii, qui hoc totum laudo. Sig+++na Guilelmi Sacriste, et Petri Clirvi et Guilelmi de Vallo.

Petrus de Palacio, presbiter, scripsit et hoc signum (SM) fecit.

- a. habissum *B.*    b. promito *B.*    c. permitemus *B.*    d. paccatus *B.*  
e. peccunie *B.*

## 261

1218, 21 d'abril

*Ramon Esteve de Malloles ven als frares del Masdéu, a les mans i en poder de Ramon de Cervera, comanador del Masdéu, i de Pere Guillem, comanador de la casa de Perpinyà, un farraginar que tenia pels templers a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al camí dels molins, i que està delimitat al sud pel fossat de la cellera de Malloles. Per aquesta venda, reconeix haver rebut 25 sous melgoresos.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, f. 216r-v, acta núm. 376.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 159, segons *B.*

*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 89-91, segons *B.*

In nomine Domini. Notum sit quod ego Raymundus Stephanus de Malleolis, gratis et bona fide, per me et per omnes meos heredes et posteros vendo omnibus fratribus domus milicie Mansi Dei, presentibus et futuris, in manu et in potestate tui, Raymundi de Cervaria, preceptoris ejusdem domus, in manu tui, Petri Guilelmi, preceptoris ejusdem domus Perpiniani, unam videlicet ferraginem que nunc de vobis et in vestra dominatione tenebam et habebam in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, scilicet ad viam molendinorum, que affrontat ab oriente et ab aquilone in vestro honore, et de meridie in tovo cellarie de Malleolis, de occidente in ipsa via molendinorum. Istam ferraginem, sicut includitur in predictis affrontationibus, cum suo solo et plantario<sup>a</sup> et cum omnibus juribus et undique pertinentiis, prout melius et plenius nunc ego et mei a vobis tenebamus et habebamus, vobis vendo nunc et dono et in plenam possessionem inde vos mitto<sup>b</sup> et hoc propter XXV solidorum malguriensium bonorum, de quibus per pacatum<sup>c</sup> me teneo, renuncians exceptioni pecunie<sup>d</sup> non numerate. Et si forte hec venditio aliquid amplius valet, illud totum cum plena donatione inter vivos nunc vobis dono et omnia jura et actiones, petitiones et exceptiones et voces ibi michi<sup>e</sup> et meis competentes et competituras nunc vobis cedo, ita ut ab hac die inantea ipsam ferraginem cum omnibus ejus pertinentiis in vestro proprio teneatis et habeatis omnemque vestram voluntatem ex ea

facientis in eternum, absque ullo interdictu vel revocatione, quam ego vel mei aliquo modo vel voce facere nequemus. Ego vero et mei super omnia bona mea mobilia et immobilia per vinculum in vita et in morte tenemur facere vobis et cui volueritis bonam et legalem guarentiam, sine vestro inganno, ex omnibus scilicet amparatoribus, scilicet per nos vel per factum nostrum et evictionis. Et quod ita hanc venditionem et donationem perpetuis temporibus ego et mei vobis teneamus et inviolabiliter observemus et nullatenus contra veniamus vel veniri faciamus aliquo ingenio, occulto vel manifesto, et quod non fecimus vel faciamus aliquid per quod minus hec omnia vobis valeant, per meam bonam fidem plivio. Actum est hoc XI° kalendas madii, anno Domini M° CC° XVIII°. Sig+num Raymundi Stephani de Malleolis predicti, qui ita hec omnia predicta firmo firmarique rogo. Sig+++na Petri Raymundi Ferrerii, et Guilelmi Sapte de Malleolis et Bertrandi de Milicia, testium. Et Arnaldi Sartoris, scriptoris publici, qui vice Berengarii de Crassa hoc scripsit<sup>f</sup> et feci hoc sig-(SM)-num.

a. solio et planterio B.    b. mito B.    c. paccatum B.    d. peccunie B.  
e. meis B.    f. scripsu B.

## 262

1218, 18 de maig

*Hug, comte d'Empúries,<sup>217</sup> i Maria, la seva esposa, donen a la milícia del Temple, i a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdeú, tots llurs drets sobre 2 sous de cens i sobre la propietat del mas que havia pertangut al difunt Joan Pasqual, a la vila de Perpinyà, així com sobre els ingressos i la propietat d'un hort situat a l'horta de Perpinyà, possessions que Alamanda, la mare de Maria, havia donat abans als templers. Donen igualment tot el que tenen el dret de percebre sobre l'honor del difunt Ponç de Gleisa d'Ortafà i dels seus nebots, Guillem i Berenguer de Coma, a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, que els templers posseeixen en alou. Ramon Aurer de Perpinyà, batlle d'aquests béns, ha confirmat aquesta donació.*

A Original, pergamí, amplada 255/260 mm, alçada 100/105 mm, ADPO, Hp188.<sup>218</sup>

217. Hug IV, comte d'Empúries: 1200-† 24 d'abril de 1230.

218. El document porta al dors una anotació moderna.

*B* Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 557-560, prise sur *B*.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Ugo, gracia Dei comes Impuriensium, et ego domina Maria comitissa, uxor ejus, nos ambo insimul, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros, bona fide sine omni enganno, pro amore Dei et in remissione peccatorum nostrorum, damus ac diffinimus et cum hac presenti carta perfecte donationis ac diffinitionis inter vivos inperpetuum valitura de nostra potestate in vestra in presenti tradimus perpetuo jure possidendum et habendum domino Deo, et domui milicie Templi, et tibi, fratri Raimundo de Cerveria, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus atque futuris, totum quantum habemus et habere debemus et quantum querimus et petere possumus jure vel consuetudine, vel alio aliquo modo, in II solidis de censu et in dominatione unius mansi vestri, qui fuit Johannis Paschali condam, intus villam Perpiniani, et in terrameritis et in dominatione unius vestri orti, quem habetis in terminis Sancti Johannis de Perpiniano, in orta ejusdem ville, que omnia predicta Alamanda, mater mei Marie jam dicte, donavit et tradidit condam jam dicte domui milicie Templi pro amore Dei; et quantum habemus et habere debemus et querimus et petere possumus ullo modo, aliqua voce vel ratione in omni honore qui fuit Poncii de Ecclesia de Ortafano et nepotum suorum, Guilelmi de Comba et Berengarii de Comba, quem honorem jam dictum habetis, et possidetis, et possidere debetis per alodium franchum in terminis Sancte Eugenie de Ortafano. Omnia siquidem jam dicta integre et generaliter damus ac diffinimus et in presenti tradimus quantum juris et rationis in eis habemus et habere debemus jure vel consuetudine, vel alio aliquo modo, jam dicte domui milicie Templi et vobis jam dictis fratribus, presentibus atque futuris, ita vero quod in jam dictis aliquid vel totum non requiramus nec petere ullo modo valeamus ab hac presenti die inantea, set totum sit jam dicte domus milicie Templi et jam dictorum fratrum, sicut melius et plenius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest, per liberum et franchum alodium, ad omnes vestras vestrorumque voluntates inperpetuum faciendas. Et omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo quod contra hanc predictam donationem et diffinitionem in aliquo vel in toto, in judicio vel extra judicium, venire poterimus, ex certa scientia et expresse omnibus modis renunciamus, totumque inperpetuum jam

dicte domui milicie Templi et jam dictis fratribus irrevocabiliter damus atque diffinimus. Actum est hoc XV kalendas junii, anno Christi M° CC° XVIII°. Sig++na Ugoni, gracia Dei comitis Impuriensium, et domine Marie comitisse, uxoris ejus, qui hoc totum fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Raimundi Aurerii de Perpiniano, bajuli hujus rerum predictarum, qui hoc totum laudavi et firmavi, et quicquid juris in predictis habui totum diffinio. Sig+++na Berengarii de Cantalupis, archidiaconi Elnensis, et Guilelmi de Laurono, diachoni, et Petri Sifredi de Perpiniano.

BERNARDUS, Dei gracia Sancti Petri Rodensis abbas (SM), in cujus manu Maria comitissa firmavit. Sig++na fratris Guilelmi de *Alest* Castillionis, et fratris Petri Ferrandi Mansi Dei.

Petrus, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

## 263

1218, 18 de maig

*Pere Sifre i la seva muller Garsenda venen a Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa l'honor que tenien fins ara en feu pel Temple, dins dels límits occidentals i septentrionals de la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, al llarg del riu Reard, des de la vila de Forques fins a l'església Sant Joan de Reard, tal com està indicat en el testament de Gombau i en una acta de Bernat de la Roca. Per aquesta venda, els esposos reconeixen haver rebut 1.250 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 124v-125v, acta núm. 201.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 157-158, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 550-556, segons B.

In nomine Domini. Notum sit quod ego Petrus Siffredi, et ego Garsendis, uxor ejus, simul in unum, per nos et per omnes infantes et posteros nostros, fide bona omnique fraude sublata non utique circumventi<sup>a</sup> in aliquo vel inducti dolo aut vi vel suggestione<sup>b</sup> alicujus persone, set cum nostra propria et spontanea voluntate et etiam pro evidenti utilitate nostra, cum hac publica scriptura imperpetuum valitura vendimus et cum plena et integra possessione juris et facti hodie et deinceps irrevocabiliter tradi-

mus tibi, Raymundo de Cerveria, preceptori domus milicie Templi Jherosolime Mansi Dei, et omnibus fratribus ipsius domus, tam presentibus quam futuris, et cui vel quibus dare, dimittere<sup>c</sup> vel transferre volueritis, totum, videlicet, illum honorem nostrum, quem nunc tenebamus et habebamus ad feudum de vobis metipsis, sicut nos bene exprobadimus et intelleximus in testamento viso et perlecto Gombaldi et in quodam instrumento Bernardi de Rocha, infra terminos occidentales et aquilonarios parrochie Sancti Juliani de Villa mulacha et flumen Riardi, sicut ipsa aqua decurrit a villa de Furchis usque ad ecclesiam Sancti Johannis de Riardo, terras, videlicet, atque vineas, ortos, ortales, quartos et quintos et agraria et omnia alia terremerita, prata et paschua, cultum et incultum, aquas et riparias,<sup>d</sup> arbores fructiferos et infructiferos, et omnes dominaciones, et etiam omnia alia que nominari possint expresse, quecumque et quomodocumque nos ibi habemus et tenemus et tenere et habere debemus, seu aliquis ibi pro nobis tenet et habet. Omnem illum honorem, absque ulla reservacione nostra et nostrorum, nunc vobis vendimus et de nostro proprio jure et proprietate inde nos et nostros penitus evacuantes et exeuntes in vestrum proprium jus et proprietate transferimus et vos investimus, et in plenam possessionem inde vos mittimus,<sup>e</sup> et hoc propter mille et CCL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos<sup>f</sup> et contentos nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie<sup>g</sup> non numerate. Verumtamen,<sup>h</sup> si forte hec vendicio aliquid amplius valet vel inantea valuerit, illud totum, quicquid vel quantumcumque sit, gratis et cum animi liberalitate nostra cum plena donacione inter vivos nunc vobis donamus, ad omnem voluntatem vestram faciendam in eternum, ita quod hec vendicio sive inter vivos donacio nunquam amplius rescindi vel revocari possit, scilicet occasione majoris precii vel valoris seu qualibet alia excepcione speciali et generali cujuslibet juris, legis vel terre consuetudinis, quibus omnibus ad hec apponenda vel infringenda, et expressim legi illi que dicit quod si venditores decepti fuerint ultra dimidiam justi precii possint revocare vendicionem, scienter et consulte renunciamus. Et amodo totum ipsum honorem nostrum in vestro proprio teneatis et habeatis et possideatis, et liceat vobis illum dare, vendere et inignorare et in quantis modis et cuicumque volueritis transfere et omnes voluntates vestras inde facere, absque ullo interdictu vel revocacione, quam vos seu alia ex vobis vel pro vobis persona ullo modo ibi facere nequimus imperpetuum. Cedimus etiam vobis, et cui volueritis, omnia jura,

actiones, petitiones, excepciones, opposiciones et voces in toto predicto honore vobis et vestris competentes et competituras adversus quaslibet personas. Et non fecimus vel faciemus seu neque facere vel machinari possimus unquam aliquid per quod minus hec omnia vobis valeant. Nos vero et nostri super omnia ubique bona nostra mobilia et immobilia per vinculum, in vita et in morte, tenemur facere vobis et cui volueritis bonam et legalem guirenciam ex omnibus emparatoribus<sup>i</sup> et evictionis ad accipiendum et retinendum vobis pro vestra auctoritate, ubicumque inveneritis, absque interdictu nostro vel nostrorum, donec ad plenum restituatur vobis quicquid inde amiseritis etiam cum gravamine expensarum. Et quod ita hec omnia, ut superius scripta sunt, vel si forte adhuc melius et plenius dici, scribi sive intelligi possunt ad utilitatem vestram et vestrorum successorum perpetuis temporibus rata et valitura servemus et inviolabiliter teneamus et nullatenus contraveniamus vel veniri faciamus aliquo ingenio occulto vel manifesto, per sollemnem<sup>j</sup> stipulacionem promittimus,<sup>k</sup> et per Deum et per vestram bonam fidem affirmantes vobis plivimus. Manifestans in veritate ego Garsendis predicta, quod in supradicto honore, scilicet in parte vel in toto, nichil juris habeo vel habere debeo nec aliquid ibi requirere possum, scilicet ratione dotis vel hereditatis seu donacionis mee propter nuptias vel ullo alio modo. Nam, si forte habeo quod non credo habere, illud totum, mea gratuita voluntate et libero animo, Deo et predictae domui milicie Templi Jherosolime perpetuis temporibus solvo, diffinio et dimitto.<sup>l</sup> Et omni juri, divino aut humano, vel civili, scripto et consuetudinario, et omni remedio mihi competenti et competituro, quia in potestate viri videor constituta, et etiam legi julie que rerum dotalium alienacionem vel distractionem fieri prohibet, scienter et consulte, sub virtute prestiti sacramenti, renuncio. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas junii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>. Sig++na Petri Siffredi et Garsendis, uxoris ejus, predictorum, qui ita hec omnia predicta firmamus firmarique rogamus. Sig++++na Petri de Turrelis, et Arnaldi Gallardi, legiste, et Ermengaudi Grossi junioris, et Ugueti de Turrellis, et Bertrandi de Milicia, testium. Et Arnaldi Sartoris, scriptoris publici, qui vice Berengarii de Crassa hoc scripsi et feci hoc sig-(SM)-num.

a. circumventi *B.*    b. suggestionem *B.*    c. dimittere *B.*    d. ripparias *B.*    e. mitemus *B.*  
 f. paccatos *B.*    g. peccunie *B.*    h. verumptamen *B.*    i. amparatoribus *B.*  
 j. sollempnem *B.*    k. promittimus *B.*    l. dimito *B.*



## 264

1218, 5 d'octubre

*Gil Garí, de Vilamulaca, els seus germans, Bernat i Guillem i llur mare Ermessenda venen a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa un camp, amb la vinya que hi ha, situat a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, al lloc anomenat Madeixo. Aquesta venda ha estat feta pel preu de 250 sous barcelonesos, que els templers han pagat amb els diners de Joan de Perpinyà, donat del Temple.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 140v-141, acta núm. 226.


C Còpia del començament del segle XX, ALBON, Cart. gén., nouv. acq. lat. 26, ff. 563-567, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego *Gili Gari* de Villa mulacha, et ego *Bernardus*, frater ejus, et ego *Guilelmus*, frater eorum, et mater nostra *Ermessendis*, nos omnes insimul, per nos et per omnes nostros, bona fide, sine omni enganno, non coacti ulla vi nec decepti fraude nec circumventi in aliquo, set bona et spontanea voluntate, vendimus ac diffinimus et cum hac presenti carta perfecte vendicionis et diffinicionis imperpetuum valitura de nostra potestate in vestra in presenti tradimus, perpetuo jure possidendum et habendum, domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri *Raimundo* de Cerveria, preceptori *Mansi Dei*, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, totum quendam campum nostrum et unam nostram vineam, que est intus jam dictum campum, que pro vobis tenemus, que habemus et habere debemus in terminis *Sancti Juliani* de Villa mulacha, in loco vocato ad *Madexo*. Affrontat autem ab oriente in alodio *Sancti Salvatoris*, a meridie in vinea *Arnaldi Pajesii* et in alodio milicie Templi, ab occidente in vinea nostra, quam tenemus pro domo milicie Templi, ab aquilone in campo *Sancte Marie de Campo* et in campo *Arnaldi Vilani*, quem tenet pro domo milicie Templi. Quantum infra istas affrontationes superius scriptas includitur et terminatur, totum, sine vestro vestrorumque enganno et sine omni malo ingenio et retentu, ut predictum est, vendimus et diffinimus atque in presenti tradimus vobis, jam dictis fratribus et jam dicte domui milicie Templi, et vestris, et cui volueritis, cum ingressibus et egressibus suis et pertinenciis et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, sicut melius et plenius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas, pro CCL

solidis barchinonensium bonorum, quos omnes recognoscimus esse reversos in maxima nostra utilitate, de quibus omnibus confitemur nos bene esse pacati,<sup>a</sup> unde renunciamus excepcioni non numerate pecunie.<sup>b</sup> Et quicquid predicta vendicio plus hoc precio modo valet, vel inantea valebit, totum vobis, jam dictis fratribus et jam dicte domui milicie Templi et vestris irrevocabiliter damus atque diffinimus. Et omni juri divino vel humano, generali vel speciali, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justii precii, vel alio aliquo modo, in iudicio vel extra iudicium, quod contra hoc in aliquo vel in toto venire poterimus, ex certa sciencia omnibus modi et expresse renunciamus, totumque imperpetuum vobis et vestris, presentibus atque futuris, ex gracia diffinimus. Et promittimus<sup>c</sup> vobis bona fide et per firmam stipulationem, quod in hoc vos nec vestros non engannemus nec decipi ullo modo permittemus,<sup>d</sup> set totum vobis et vestris et cui volueritis tenere et possidere faciemus in pace sine aliquo contradictu, et tenemur vobis de omni evictione, unde obligamus vobis omnia bona nostra ubique. Et ego Gili Gari, et ego Bernardus, et ego Guilelmus, nos tres jam dicti fratres, bona fide, sine omni enganno et per firmam stipulationem, promittimus<sup>c</sup> quod contra hanc hanc predictam vendicionem non veniamus nec venire faciamus et observemus et observari faciamus. Et ut firmitus atque securius vobis et vestris sit, tactis sacrosanctis IIII<sup>o</sup> Evangeliiis propriis nostris manibus corporaliter, juramus. Actum est hoc III<sup>o</sup> nonas octobris, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>. Sig++++na Gili Gari de Villa mulacha et fratrum ejus Bernardi et Guilelmi et matris eorum Ermessendis, qui hoc totum fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++++na Tuirii Pelliparii de Tuirio, et Bernardi Guila de Furchis, et Arnaldi Guilelmi, fusterii Mansi Dei. Et est certum quod jam dicta hec empicio fuit facta de denariis Johannis de Perpignano, donati milicie Templi.

Petrus, levita, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

- a. pacati *B.*    b. peccunie *B.*    c. promittimus *B.*    d. permittemus *B.*



## 265

1219 (nou estil), 3 de febrer

*Pere Ramon d'Orla i el seu germà Berenguer, fill d'Ermengarda Pelegrina, venen a Arnau Tolsà de Malloles tots els drets i ingressos que tenen sobre dues peces de vinya que Berenguer Ramon de Malloles i Dolça, filla de Bernat Espadet i esposa de Bernat Fabra, tenen per ells a la parròquia de Sant Esteve d'Orla, al vinyar de la Garrigola. Drets que Guillem del Soler, fill del difunt Bernat del Soler, havia donat a llur difunta mare, com ho estipula l'acta de donació que lliuren a l'adquiridor. Per aquesta venda, els dos germans reconeixen haver rebut 28 sous barcelonesos.*

A Original, pergamí mutilat, amplada 250 mm, alçada 110 mm, ADPO, 1B63.<sup>219</sup>

Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Petrus Raimundus de Orulo, filius Ermengardis Pelegrine, et ego Berengarius, frater ejus, nos duo dicti, bona fide, sine omni fraude, nulla vi coacti nulliusque ingenio decepti nec in aliquo seducti, ymo bona ac gratuita voluntate, cum hac eadem scriptura in perpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque per omne tempus concedimus et tradimus tibi, Arnaldo Tolosani de Malleolis, et omnibus tuis omnique tue posteritati ac consanguinitati, et cui dare, dimitere<sup>a</sup> vel in pignorare sive vendere aut alienare volueris, omnemque tuam voluntatem et tuorum in eternum faciendam, omnia nostra, videlicet jura et dominia, et foriscapia, et justicias, et quartos, que habemus et habere debemus in II petias vinearum, cum terris in quibus sunt plantate, quas Berengarius Raimundus de Malleolis et Dulcia, filia Stephani Spadeti et uxor Bernardi Fabris, tenent pro nobis in jacencia<sup>b</sup> Sancti Stephani Oruli, in vineto de *Carrichel*. Que jura<sup>c</sup> supradictarum vinearum Guilelmus de Solio,<sup>d</sup> filius condam Bernardi de Solio,<sup>d</sup> dedit nostre matri supradicte Ermengardi condam, ut continetur in instrumentum donationis quod incontinenti damus tibi et tuis. Namque affrontat ab oriente et ab aquilone vineam quam Berengarius Raimundi tenet in alia vinea quam Berengarius Raimundi supradictus tenet pro domino Guilelmo Monstis<sup>e</sup> Eschivi, a meridie et ab occidente in vinea Petri de Lancea, altera vero vinea affrontat ab oriente in Vassa,

219. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2093».

a meridie in vinea Johannis Peitavini condam, ab occidente et ab aquilone in tenezone supradicti Berengarii Raimundi. Has vineas, sicut includitur ex istis affrontationibus, cum omnibus juribus earum pertinentiis et melioramentis, cum exitibus et introitibus earum, sic vendimus et laudamus atque penitus derelinquimus, diffinimus et solvimus eas tibi et tuis per nos et per omnem nostram posteritatem, natam et nascituram, totum quantum ibi habemus vel habere quocumque modo debemus, ut supradictum est, sine omni retentu, per liberum alodium, quantum nunc valet, vel in futuro<sup>f</sup> valebit, sine omni tuo tuorumque enganno, pro XXVIII solidis bonorum barchinonensium, quos omnes habuisse a te concedimus, renunciando omni exceptioni non numerate peccunie. Pro quibus omnibus ita plenarie a nostro jure et de nostro posse in tuum jus dominium et tuorum irrevocabiliter transferimus, et nos exuimus et te induimus et tuos. Tamen autem si hec dicta vendicio modo plus valet, aut in posterum est valitura, quicquid est illud seu illam magis valenciam tibi et tuis, vel cui volueris, in perpetuum damus et laudamus omnemque tuam voluntatem et tuorum. Et etiam omni accioni que dicitur in factum recissoria renunciamus, ac doli et metus, et expressim beneficio omnium legum et morum omnique alii juri divino et humano ad hec infringenda nobis competendi<sup>g</sup> vel competituro. Et cavemus te et tuos de omni evictionis, obligando me tibi et tuis per vinculum omnia ubique bona nostra quisita et adquirenda indifferenter. Et si quo jure, legis vel consuetudinis, contra hoc venire poterimus, illi legi et juri sive consuetudini perpetim renunciamus. (Et)<sup>h</sup> quod contra hoc non veniamus, vel veniri faciamus, per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Euvangelia nos juramus duo, quod juramentum corporaliter facimus, ut ita teneamus sicut dictum est superius. Siquis autem contra hoc venire temptaverit, agere non valeat, set in duplo componat, postea firmiter maneat in eternum. Actum est hoc III nonas febroarii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>, regnante Philippo rege Francie. Sig++na Petri Raimundi et Berengarii, ejus fratris, predictorum, qui ita hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Raimundi de Sancto Jacobo, presbiteri, et Petri Burguesii de Malleolis, et Berengarii Amalrici de Ecclesia, testium.

Raimundus, levita, scripsit hoc vice gerens Arnaldi de Capcirio et hoc signum (SM) fecit.

Arnaldus de Capcirio, sacerdos, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Sic A per dimittere.    b. Sic A per adjacentia.    c. jura *afegit a la interltnia* A.  
d. Sic A, *cal segurament llegir* Solario.    e. Sic A per Montis.    f. Sic A per futurum.  
g. Sic A per competenti.    h. et *omès* A.

## 266

1219 (nou estil), 5 de març

*Arnau Mir de Sureda, el seu germà Guillem, clergue, i la filla del primer, Bigordana, venen a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdéu, a fra Cabot, comanador de Palau, a fra Pere de Castellnou i a tots els frares de la milícia del Temple tots els drets que tenen sobre vinyes i camps situats a la parròquia de Santa Maria de Palau [del Vidre], és a dir, el quartó que perceben sobre deu vinyes situades al vinyar de Batipalmes; sobre un camp i una vinya que Berenguer Toïr té per ells, i especialment el cens anual de catorze diners percebut el dia de Nadal; una oca i dues fogasses de cens que Garsenda Furciana els paga cada tres anys per sant Joan Baptista per un camp que té per ells; el cens anual de dos diners sobre una vinya que Pere Llombarda té per ells, i la meitat del quart i de l'ager sobre un camp que tenen els fills del difunt Ponç de Guilla. Arnau Mir i la seva filla juren sobre els sants Evangelis que sempre respectaran aquest contracte. Per aquesta venda, reconeixen haver rebut 320 sous barcelonesos.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 90-91, acta núm. 142.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 162-163, segons *B*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 327-334, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnallus Mir de Sureta,<sup>a</sup> et ego Guilelmus, clericus, frater ejus, et ego Bigordana, filia dicti Arnalli, nos omnes insimul, bona fide et sine enganno, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non coacti nec decepti in aliquo set maxima utilitate nostra inspecti, cum hac carta omni tempore valitura, vendimus et in presenti sine aliquo retentu domino Deo et milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Cerveria, preceptori domus Mansi Dei, et tibi, fratri Caboto, preceptorib<sup>b</sup> Palacii, et tibi, fratri Petro de Castro Novo, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, omnes quartos quos habemus in X vineis, que sunt in vinerio Batipalmarum, in terminis Sancte Marie de Palacio. Plus etiam vendimus vobis omnia jura et dominia et voces et actiones que habemus et habere debemus in quodam campo et in quadam vinea que tenet pro nobis Berengarius Toyr, et specialiter XIII denarios annuatim de censu in festo Natalis Domini. Adhuc etiam vendimus vobis unum anserem<sup>c</sup> et II

fogaças, quas Garssendis Furciana facit nobis de censu, de tercio in tercio anno, in festo sancti Johannis Babtiste, pro quodam campo quem ipsa tenet pro nobis. Plus etiam vendimus vobis illos duos denarios, quos accipimus annuatim de censu in quadam vinea quam tenet P. Lombarda pro nobis. Et quendam alium campum vendimus vobis, in quo accipimus medium quartum et medium agrarium, quem campum tenent pro nobis filii Poncii de Guilla quondam. Et hec honor est omnis in terminis Sancte Marie de Palacio. Omnia vero predicta, cum omnibus vocibus et juribus et dominacionibus que ibi habemus vel habere debemus et antecessores nostri melius habuerunt, vendimus vobis et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum dici vel intelligi potest, pro precio CCCXX solidorum barchinonensium, de quibus sumus bene paccati in utilitatem nostram, unde excepcioni non numerate peccunie renunciamus. Et hoc vendimus vobis et vestris per alodium franchum et liberum. Et promittimus<sup>d</sup> vobis et vestris, bona fide et per firmam stipulacionem, quod in hoc vos nec vestros non enganemus nec decipi ullo modo permittemus,<sup>e</sup> set totum vobis et vestris et cui volueritis tenere et possidere faciemus in pace, sine aliquo contradictu, perpetuo. Et renunciamus expresse omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quod contra hec in aliquo vel in toto venire poterimus, in judicio vel extra judicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam, et nullum jus in omnibus predictis nobis nec nostris retinemus, diffinientes ex gracia totum quod dicta vendicio plus hoc precio modo valet vel valebit. Et tenemur inde vobis et omnibus fratribus milicie Templi de omni evictione, unde obligamus omnia nostra adquisita et acquirenda ubique. Et ad majorem<sup>f</sup> cautelam, ego Arnaldus Mir, et ego Bigordana, filia ejus, nos duo, bona fide, juramus corporaliter per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, quod omnia sicut dicta sunt attendamus et in contra nullo tempore veniamus. Et de vineis jam dictis tenet unam Arnaldus Martini, et affrontat ab oriente in vinea Furciani, a meridie in vinea Guilelmi Fabri, occidente in vinea Petri Saurine quondam, aquilone in vinea Bernardi Martini. Et Bernardus Vivis et Bernardus Grimallus de Cabanis tenent aliam, et affrontat ab oriente in campo Berengarii *Toyr*, a meridie in vinea Arnaldi Andree, occidente in vinea Bernardi Paleti, aquilone in vinea Raymundi de Podio. Altera tenet Bernardum Paletum, et affrontat ab

oriente sua in vinea Bernardi Jochobi, a meridie in vinea Arnaldi Martini, occidente in vinea Petri Saurine quondam, ab aquilone in vinea Johannis Bruni. Arnaldus de Ortafano tenet alteram, et affrontat ab oriente in vinea Guilelmi Uxonis condam, a meridie in vinea Petri Lombarde, occidente in vinea Petri Canerii condam, aquilone in vinea Arnaldi de Poncio. Bernardus Guilaberti tenet aliam, et affrontat ab oriente in vinea Raymundi Augerii, a meridie in vinea Cortsavine, occidente in vinea Berengarii *Toyr*, aquilone in vinea Bernardi Bajuli. Bernardus Marcucius tenet alteram, et affrontat ab oriente et aquilone in vinea Johannis Bruni, a meridie in vinea Petri Saurine quondam, occidente in vinea Poncii Monerii. Bernardus Grimalli et frater ejus Petrus tenent aliam, et affrontat ab oriente in vinea Guilelmi Mathei, a meridie in via, occidente in vinea Poncii Monerii, aquilone in vinea Raymundi Clerici. Johannes Bru tenet aliam, et affrontat ab oriente in vinea Bernardi Martini, a meridie in vinea sua alia, occidente in vinea Bernardi Marcucii, aquilone in vinea Furciani. Garsendis, filia Petri Saurine condam, tenet aliam, et affrontat ab oriente in vinea Bernardi Martini, a meridie in vinea Guilelmi Fabri. Iste vinee, sicut superius dicte sunt, donant quartum. Campus quem Garsendis Furciana tenet, affrontat ab oriente in campo Arnaldi de Poncio, a meridie in vinea Raymundi de Poncio, et occidente et aquilone in campo Berengarii *Toyr*. Filii Poncii de Guilla quondam tenent alium campum, et affrontat ab oriente in via, a meridie in campo Poncii de Turri, occidente in campo Bernardi Marcuscii, aquilone in campo Bernardi Magistri. Et campus quem Berengarius *Toyr* tenet, affrontat ab oriente in campo Garsendis Furciane, a meridie in vinea Raymundi de Podio, occidente, in malleolo Bernardi Bajuli, aquilone in via. Et vinea quam ipse Berengarius tenetur, et affrontat ab oriente in vinea Raymundi Augerii, a meridie in vinea Bernardi Gilaberti, occidente in vinea Poncii Talanti condam, aquilone in vinea Guilelmi Uguonis condam. Petrus *Lombart* tenet aliam vineam, et affrontat ab oriente in vinea Poncii Talanti condam, a meridie in vinea Bernardi Cor-savini, occidente in vinea Johannis Canerii condam, aquilone in vinea Arnaldi de Ortafano. Et est manifestum. Actum est hoc III° nonas marcii, anno dominice Incarnationis M° CCXVIII°. Filippo rege in Francia. Sig+++na Arnalli Mir et Guilelmi clerici, fratris sui, et Bigordane, filie dicti Arnalli, qui hoc totum fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++na Guilelmi Sacriste de Palacio, et Bernardi Jacobi, et Arnaldi Andree.

Petrus de Palacio, presbiter, scripsit cum litteris<sup>g</sup> fideliter emendatis in XXVII<sup>a</sup> linea et in XXX<sup>a</sup>III<sup>a</sup>, et suprascriptis in XXX<sup>a</sup>VII<sup>a</sup> linea et hoc signum (SM) fecit.

a. Fureta *B.*      b. preceptor*i* repetit per error *B.*      c. ancerem *B.*      d. promitimus *B.*  
e. permitemus *B.*      f. mayorem *B.*      g. literis *B.*

## 267

1219 (n. st .), 23 de març

*Arnau Sac, fill del difunt Ramon Sac, i la seva mare Boneta venen a la milícia del Temple del Masdèu, a mans i en poder de Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, i de Pere Guillem, comanador de la casa de Perpinyà, 9 diners de cens i tot el dret de senyoria que tenen sobre el mas que el difunt Ricard del Soler tenia per Ramon Sac i pel Temple a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, mas que Ricard del Soler havia llegat als templers en el seu testament. Per aquesta venda, Arnau i la seva mare han rebut 180 sous melgoresos.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 270-271, acta núm. 476.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 163-164, segons *B.*

*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 92-96, segons *B.*

In nomine Domini. Notum sit quod ego Arnaldus Sachus, filius condam Raymundi Sacci, et ego Boneta Sacha, mater ejus, simul in unum per nos et per omnem nostram et nostrorum posteritatem fide bona omnique fraude sublata, non utique circumventi in aliquo aut vi vel suggestione<sup>a</sup> alicujus persone, set cum nostra propria et spontanea voluntate et pro evidenti utilitate nostra, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura vendimus et cum plena et integra possessione juris et facti hodie et deinceps irrevocabiliter tradimus domino Deo et beate domui milicie Templi Mansi Dei, in manu et potestate tui, domini Raymundi de Cervaria, preceptoris ejusdem domus, et Petri Guilelmi, vices ejus gerentis in domum Perpiniani, et omnibus fratribus ipsius domus Mansi Dei, presentibus ac futuris, scilicet illos VIII denarios censuales et totam aliam dominacionem, quam et quos modo habebamus et habere debebamus in toto illo manso, quem Ricardus de Solerio condam tenebat et habebat in vita sua de predicto Raymundo Sacho condam patre mei Arnaldi et de vobis metipsis, in villa et



in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano. Quem mansum ipse Ricardus vobis dedit et legavit in sua ultima voluntate. Ideoque illos VIII denarios annuales et totam dominationem quam nos et nostri in predicto manso sive in ejus pertinenciis modo habebamus, prout melius et plenius michi Arnaldo accidit et accidere debet ex successione predicti patris mei, viri condam mei Boneta, nunc vobis vendimus et de nostra et nostrorum proprietate inde nos et nostros exuentes in vestrum proprium jus et proprietatem transferimus et vos investimus et in plenam possessionem inde vos mittimus,<sup>b</sup> et hoc propter CLXXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos<sup>c</sup> et contentos a vobis nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie<sup>d</sup> non numerate. Verumtamen si forte hec vendicio aliquid amplius valet, vel inantea valuerit, illud totum cum plena donacione inter vivos et etiam pro amore Dei et remissione peccatorum predicti Raymundi Sacci et nostrorum nunc vobis donamus, et omnia jura, actiones, petitiones, excepciones, oppositiones et donaciones et voces in omni predicto manso Ricardis condam nobis et nostris competentes et competituras nunc vobis cedimus, ita quod ab hac die inantea omnia illa jura et dominia nostra in vestra propria teneatis et habeatis et possideatis omnemque vestram voluntatem faciatis imperpetuum, scilicet absque ullo interdictu vel revocatione quam nos vel nostri ibi facere nequeamus, scilicet aliquo jure divino aut humano vel civili scripto et consuetudinario, quibus omnibus ad hec opponenda vel infringenda, et expressim legi illi que dicit quod si venditores decepti fuerint ultra dimidiam justi precii possint revocare vendicionem, scienter et consulte renunciamus. Nos vero et nostri super omnia ubique bona nostra mobilia et immobilia per vinculum in vita et in morte tenemur facere vobis et vestris, et cui volueritis, bonam et legalem garentiam, si forte aliqua persona ex nostro genere, seu ulla qualibet alia, ibi vobis aliquid emparaverit<sup>e</sup> vel evincerit. Et quod ita hec omnia, ut superius scripta sunt, vel si forte adhuc melius et plenius dici, scribi sive intelligi possunt ad utilitatem vestram et tocius prefate domus, rata et valitura servemus et inviolabiliter teneamus et nullatenus contra veniamus, vel veniri faciamus aliquo ingenio, occulto vel manifesto, et quod non fecimus vel faciemus aliquid per quod minus hec omnia vobis valeant per nostram bonam fidem plivimus, et ultra fidem ego Arnaldus Sachus, tactis corporaliter sacrosanctis Dei IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juro, sciens me etatis esse XX annorum et plurium. Et per virtutem istius sacramenti renuncio omni beneficio majoris etatis.

Actum est hoc X° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° XVIII°. Sig+++na Arnaldi Sacci et Bonete, matris ejus, predictorum, qui ita hec omnia predicta firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Raymundi de Acciato, et Bernardi Grossi majoris, et Poncii de Agnils, testium. Et Arnaldi Sartoris, scriptoris publici, qui vice Berengarii de Crassa hoc scripsi et feci hoc sig-(SM)-num.

a. sugestione B. b. mitimus B. c. paccatos B. d. peccunie B. e. amparaverit B.

## 268

1219, 2 de maig

*Berenguer Sifre, cavaller de Malloles, malalt, fa testament, amb el consentiment de la seva muller Guillemma i en poder de Ramon de Cervera, comanador del Masdú, i de Pere Guillem, comanador de la casa del Temple de Perpinyà. [1] Designa Bernat Domènec, Pere Major de Perpinyà i Guillem Sapte de Malloles marmessors testamentaris. [2] Llega un total de 200 sous melgoresos a repartir de la manera següent: 50 sous a favor de l'església Santa Maria de Malloles per a la compra d'un pal·li, 10 sous per a almoines, 5 sous al sagristà, 3 sous a cada un dels preveres d'aquesta església, 2 sous als diaques, 4 diners a cada escolar, 5 diners al llantier de la sagristia, 12 diners a la candela dels homes, 12 diners als leprosos de Malloles, 12 diners a Sant Aciscle, 2 sous a Sant Martí, 5 sous a l'hospital dels pobres de Perpinyà, 12 diners als leprosos d'aquesta ciutat, 11 diners a l'obra del pont de la Tet, 5 sous a l'obra de l'església de Sant Joan de Perpinyà, 10 sous a la casa de Bajoles de l'Hospital Sant Joan de Jerusalem, 10 sous a Santa Maria de Fontclara, 10 sous a Santa Maria de l'Eula, 5 sous a l'obra de l'església Sant Andreu de Banyuls dels Aspres, 20 sous al fill de Mascarosa de Malloles, 10 sous que deu a Guillem Sapte, i els 30 sous restants seran repartits en almoines i caritats als pobres sota el control dels seus executors testamentaris. [3] Llega 50 sous al seu nebot Guillem Esquerd. [4] Demana ésser sebollit al cementiri del Masdú. Llega a aquesta casa el seu cavall i les seves armes de fusta i de ferro. Llega igualment al Masdú tots els béns, mobles i immobles, que té al terme de Malloles, excepte els drets de la seva esposa Guillemma tal com estan expressats en els seus capítols matrimonials, amb la condició que els templeers paguin totes les seves deixes i tots els seus deutes,*

*entre els quals 53 sous que deu a Pere Major de Perpinyà, així com dues aimines d'ordi, mig quartó i mitja aimina de blat, i 110 sous a Bernat Domènec, pels quals aquest darrer té en penyora el seus guarniments, que llega als templers. [5] Dóna el seu fill Ramon a la milícia del Temple perquè sigui donat del Masdéu. Tanmateix, si el seu fill rebutgés ésser donat, els templers li donarien 100 sous dels béns que els ha llegat. Mana que els templers alliberin de la penyora de 350 sous l'honor de Sant Esteve de Tesà, que llega a la seva filla. Llega al Masdéu tot el que Pere de Cànoes i Ramon Sac li deuen a causa de la fiança que els havia pagat a petició de Ferran del Soler. [6] Posa la seva esposa Guillema sota la protecció dels templers. [7] Institueix la seva filla Berenguera hereva de tots els béns que té pel senyor Guillem de Montesquiu a les parròquies de Sant Esteve i de Sant Mamet, i de tot el que té per Ponç del Vernet a la vila de Torrelles. Llega igualment la sisena part del delme del blat, el terç del delme del vi i tot el que li pertany al terme de Tesà.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 203-204, acta núm. 355.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 187-193, segons *B*.  
*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 97-102, segons *B*.

Cum nil morte sit certius quamvis ejus hora dubia sit et incerta per tempora enim et momenta labendo properamus ad finem. Sapientis enim viri est et discreti bona sua in testamento disponere ne post transitum ipsius culpa sua questio aliqua possit inde oriri.<sup>a</sup> Idcirco ego Berengarius Seniofredi, miles de Malleolis, in infirmitate positus, timore mortis exercitus, tamen per sacrificium et elemosinam et confessionem cupiens pervenire ad gaudia vite eterne, in Christi nomine, in meo bono sensu et plena memoria ultimum testamentum meum facio et omnia mea ibi dispono, consilio et voluntate et laude uxoris mee Guilelme, in potestate a me advocatorum Raymundi de Cerveria, preceptoris domus milicie Templi Jherosolimitani domus Mansi Dei, et Petri Guilelmi, domus Perpiniani preceptoris.

[1] In primis eligo meos manumissores Bernardum Dominicum et Petrum Majorem de Perpiniano et Guilelmmum Sapte de Malleolis, qui habeant potestatem et licenciam tamen sine eorum damno<sup>b</sup> dividendi et distribuendi omnes res meas, sicut inferius in hoc meo testamento declarabitur.

[2] Primum quidem nunc accipio de bonis meis CC solidos bonorum malguriensium, ex quibus dono et lego matri mee ecclesie Beate Marie de Malleolis pro remedio anime mee L solidos pro uno palio, et X solidos pro manumissione; et sacristano ipsius loci, V solidos; et unicuique inde sacerdotum, III solidos; et levite, II solidos; et unicuique inde scolarium, IIII denarios; et lampadi sacristie, V denarios; et candeles hominum, XII denarios; et leprosis ipsius ville, XII denarios. Et relinquo et dono pro amore Dei Sancto Acisclo XII denarios; et Sancto Martino, II solidos; et hospitali pauperum Beati Johanni Perpiniani, V solidos; et leprosis ipsius ville, XII denarios; ponti Tethis,<sup>c</sup> XI denarios; operi ecclesie Sancti Johannis Perpiniani, V solidos; et Hospitali domus de Bajolis, X solidos; Sancte Marie Fontisclari, X solidos; Sancte Marie de Eula, X solidos; operi ecclesie Sancti Andree de Banulis de Aspero, V solidos. Et dimitto<sup>d</sup> et dono filio Mascharose femine de Malleolis XX solidos, et Guilelmo Sapte supradicto X solidos, de quibus dandis ipse tenetur. Illud autem totum quod superaverit de predictis CC<sup>tis</sup> solidis detur in elemosinam et in caritate pauperibus, videlicet XXX solidos, cognitione predictorum manumissorum.

[3] Et dono et lego nepoti meo Guilelmo Squerdo L solidos malguriensium.

[4] Rursus volo et constituo ut corpus meum sepelliatur in cimiterio<sup>e</sup> domus milicie Templi Jherosolimitani Mansi Dei. Et lego ibi et dono pro Dei amore meum cavallum cum meis armis ligni et ferri. Et plus lego et dono eidem domui Mansi Dei pro redemptione anime mee, ut Deus omnipotens dignetur michi delicta remittere,<sup>f</sup> salvis juribus in omnibus uxoris mee Guilelme, ut in cartulis nupciarum sponsalicii inde factis continetur, omnia mea bona honoris et averis, mobilia et immobilia, que habeo vel habere debeo et mihi contigere debent aliqua voce vel racione in omni villa Sancte Marie de Malleolis, intus vel foris, vel in in ejus terminis, videlicet homines et feminas, campos et vineas, herema et condirecta, casas et casalia, ortos et ortalia, ferragines et ferraginalia,<sup>g</sup> arbores fructiferas et inpomiferas, census, usatica et servicia, dominationes et foriscapia et terremerita, et omnia alia mihi ibi pertinencia sive competitura, hic expressa vel non expressa, sic dono et dimitto<sup>d</sup> domino Deo et Beate Marie Templi Jherosolimitani domus Mansi Dei et omnibus fratribus, presentibus et futuris, ipsius loci, pro omni eorum voluntate ab hac die inantea faciendam in eternum, ita tamen ut ipsi persolvant meam manumissionem predictam de omnibus predictis CC solidis, ut predictum est, et omnia debita

tantummodo, videlicet nepoti meo predicto Guilelmo Esquero L solidos prescriptos, et Petro Majori de Perpiniano LIII solidos, quos ei debeo, et II eiminas ordeï et dimidium cartonum et media eimina tritici, et Bernardo Dominico CX solidos, pro quibus omnibus tenet in pignore meam guarnidionem, quam predictis fratribus dimitto.<sup>d</sup>

[5] Et dono [quoque] relinquo et dono filium meum Raymundum in Dei potestate et milicie predictæ et omnium fratrum, presentium et futurorum, domus jam dicte in manu tui, supradicti Raymundi de Cerveria, preceptoris, et Petri Guilelmi, ita ut detis ei in domo Dei panem et aquam tanquam donato vestro. Tamen, si hoc nolebat ipse accipere, detis ei C solidos malguriensium de bonis que dimitto<sup>d</sup> domui Mansi Dei. Et etiam volo insuper atque mando ut deliberetis a pignore filie mee inferius nominate et suis absolute honorem Sancti Stephani et de Teçano pro CCCL solidis malguriensium modo in presenti. Et etiam dono et lego predictæ domui Mansi Dei totum illud debitum quod persolvi pro fidejussione quam feci jussu ac prece Ferrandi de Solario, scilicet Petro de Canoïs et Raymundo *Sach*.

[6] Preterea dimitto<sup>d</sup> in Dei potestate et domus milicie prescripte et omnium fratrum, presentium et futurorum, ipsius loci, uxorem meam Guilelmam, ut ipsi eam manuteneant et protegant et defendant<sup>h</sup> et omnes res suas contra cunctos homines ubique in cunctis locis.

[7] Preterea dono et dimitto<sup>d</sup> atque instituo Berengariam, filiam meam, heredem et possessorem in omnibus aliis meis bonis, honoris et averis, que habeo vel habere debeo quicquid sit in omni villa vel in adjacentia Sancti Stephani et Sancti Mameti vel in eorum terminis, que omnia teneo pro domino Guilelmo de Monteschivo, salvo jure ejus in omnibus. Et etiam dono et lego predictæ filie mee pro hereditate totum quantum habeo vel habere et tenere debeo in villa de Turrilis vel in ejus terminis pro domino Poncio de Vernetto, salvo ejus jure in omnibus. Itemque dono et lego filie mee prescripte heredi mee, salvo semper jure Domini in omnibus, omnem sextam partem decimi de annona et terciam parte decimi de vino et omnia alia mea michi pertinencia in omni villa de Teçano vel in ejus terminis. Hoc autem totum dono et lego filie mee predictæ Berengarie ad omnem suam voluntatem et suorum imperpetuum faciendam, salvis tamen semper juribus in omnibus uxoris mee Guilelme supradicte, ut in cartulis nupciarum inde compositis continetur.

Hec omnia, ut predicta sunt, volo valere jure testamenti mei. Et si non valerent jure testamenti, valeant jure codicillorum, vel saltem valeant jure cujuslibet ultime voluntatis perpetuis temporibus robor obtineant et valorem. Actum est hoc VI° nonas madii, anno Christi M° CC° XVIII°, regnante Philipo rege in Francia. Sig+num Berengarii Seniofredi predicti et ejus uxoris Guilelme prescripte, qui ita hoc testamentum perpetuis temporibus valiturum firmamus firmarique rogamus. Sig++na Raymundi de Cerveria, preceptoris, et Petri Guilelmi predictorum, qui nos ita hoc firmamus et laudamus et ita attendemus hec omnia predicta firmarique rogamus. Sig+++++na Raymundi de Acçato, militis, et Berengarii Sacristani, Petri de Villa longa, Gauterii de Caulo, Raymundi de Campo, inde sacerdotis, Guilelmi Pelegrini et Taraschoni, testium.

Raymundus, levita, scripsit hoc licencia et auctoritate Guilelmi de Sancto Martino, canonici Elnensis ecclesie fungentis vice domini Gauterii, Dei gracia Elenensis episcopi, et hoc signum (SM) fecit.

Idem Guilelmus de Sancto Martino subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. orire *B.*    b. dampno *B.*    c. rechis *B.*    d. dimito *B.*    e. ciminter *B.*  
f. remitere *B.*    g. ferreginalinalia *B.*    h. deffendant *B.*

## 269

1219, 14 de maig

*Ramon Cabal, cavaller, allibera Arnau Garriga de Malloles, home seu, amb tots els seus béns, de qualsevol lligam de servitud i traspassa a la milícia del Temple, a les mans i en poder de Ramon de Cervera, comanador del Masdéu, i de Pere Guillem, comanador de Perpinyà, tots els drets que tenia sobre l'esmentat Arnau Garriga, la seva descendència i els seus béns, a causa d'homenatge o de servitud, salvat els seus drets sobre totes les honors que aquest té per ell i els seus. Per aquesta donació, reconeix haver rebut 110 sous barcelonesos.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 232v-233, acta núm. 416.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 193-194, segons *B.*  
*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 103-107, segons *B.*

Notum sit cunctis tam presentibus quam futuris quod ego Raymundus Cabali, bona fide, per me et per omnem meam posteritatem, omnique fraude sublata non utique circumventus in aliquo nec inductus dolo aut vi vel suggestionem alicujus persone, set cum mea propria et spontanea et cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura me immitto<sup>a</sup> et ab omni nexu servitutis et servicii mei et meorum libero te, Arnaldum Garriga de Malleolis, hominem meum, et omnem posteritatem tuam et tuorum, et omnes res tuas imperpetuum et tuorum. Et rursus dono et dimitto<sup>b</sup> domino Deo et beate domui milicie Templi Jherosolimitani Mansi Dei et omnibus fratribus ipsius domus, presentibus et futuris, videlicet in manu et potestate tui, Raymundi de Cerveria, ipsius domus preceptoris Mansi Dei, et tui, Petri Guilelmi, vice ejus gerentis in villam Perpiniani, quicquid modo vel in futurum in predicto Arnaldo Garricha, vel in ejus posteritate sive in rebus eorum mobilibus et immobilibus, habebam sive habere debebam, scilicet causa hominii vel servitutis, ita quod nullum nexum vel servitium vel reverenciam in eis sive in rebus eorum retineo, immo de omni jure et proprio meo et meorum in vestrum proprium jus et proprietatem transfero, ita ut ab hac die inantea ipsum hominem et totam ejus posteritatem, natam vel nascituram, et omnes res eorum in vestro servicio et hominio teneatis et habeatis omnemque vestram voluntatem ab eis faciatis in eternum absque omni contradicto<sup>c</sup> vel revocatione, quam ego nec mei ibi facere nequimus. Quem omnem possibilitatem revocandi vel infringendi istam donationem et diffinitionem vestram michi et meis transfero, et omni juri et legi et consuetudini omnique remedio mihi et meis competenti et competituro scienter et consulte renuncio, et expressim legi illi qui loquitur de servis et libertinis in servitute redigi ex causa ingratitude abrenuncio, salvis meis juribus et meorum in omnibus honoris quem habet et habere et tenere in omni loco debet pro me et pro meis. Cedo etiam vobis omnia jura, actiones, petitiones, exceptiones, oppositiones et voces in predicto homine sive in ejus posteritate sive in eorum rebus, presentibus et venturis, mihi et meis competentes vel competituras, affirmans vobis in rei veritate quod nichil feci vel faciam per quod minus hec donatio vel diffinitio vestra vobis valeat. Et rursus dono licentiam et potestatem vobis et universe domui milicie Templi omnibusque amicis meis<sup>d</sup> atque vestris ut hanc diffinitionem et donationem vobis concessam possint defendere<sup>e</sup> contra me et meos et contra aliam omnem personam que vos in aliquo super hii infestate ve-

llet. Et quod ita hanc donationem et diffinitionem prout melius et plenius dici, scribi potest sive intelligi ad utilitatem domus milicie Templi Mansi Dei supradicte et omnium fratrum ibi, tam presentium quam futurorum, stabilem et firmam, ego et mei perpetuis temporibus teneamus et observemus et nullatenus contra veniamus vel veniri faciamus aliquo ingenio, occulte vel manifeste, sicque per meam bonam fidem rectam plivio et confirmo, concedens me suscepisse absque omni diminutione, cui renuncio peccunie non numerate, CX solidos barchinonensium bonorum IIII<sup>or</sup> denarios, de bonis videlicet, et de elemosinis<sup>f</sup> ipsius domus milicie Templi Jherosolimitani Mansi Dei pro predicta diffinitione et donatione mea quam nunc de presenti ibi facio. Actum est hoc II<sup>e</sup> idus may, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>, regnante Philipo rege Francorum. Sig+num Raymundi predicti Cabali, militis, qui ita hec omnia predicta firmo firmarique rogo. Sig++++na Raymundi de Atçato et Bertrandi de Atçato, ejus fratris, Berengarii Raymundi, Guilelmi Pelegrini atque Arnaldi Tolosani, testium. Raymundus, levita, scripsit hoc licentia et auctoritate Guilelmi de Sancto Martino, canonici Elnensis ecclesie fungentis vice domini Gauterii Dei gracia Elenensis episcopi, cum litteris<sup>g</sup> superfluis in prima linea et in XII<sup>a</sup> et hoc signum (SM) fecit.

a. imito B.    b. dimito B.    c. intradicto B.    d. meis *afegit a la interlínia* B.  
 e. deffendere B.    f. helemosinis B.    g. literis B.

## 270

1219, 5 de novembre

*Maria, filla del difunt Bernat de Candell, i els seus fills Guillem, Gentil i Argença, amb el consentiment de Guillem de Candell, oncle patern de Maria, venen a la milícia del Temple, i a Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, tota l'honor, és a dir, cinc camps, que tenen per les cases del Masdèu, de Santa Maria del Camp i de Sant Salvador de Cirà a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, al lloc anomenat Comunal, més avall de la via que va del Masdèu a Reard, i des de l'honor que els templers han comprat a Pere Sifre de Perpinyà fins als límits del territori de Santa Maria de Nils, salvat els drets de Santa Maria del Camp i de Sant Salvador de Cirà. Per aquesta venda, reconeixen haver rebut 400 sous melgoresos. Guillem de Candell confirma aquesta transacció, i renuncia als drets que*



*podria posseir sobre aquesta honor per raó dels seus drets de successió patern i fraterns.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 102-103, acta núm. 164.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 194-196, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 26, ff. 568-575, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Maria, filia condam Bernardi de Candello qui fuit, et ego Guilelmus, et ego Gentilis, et ego Argencia, infantes sui, nos omnes insimul, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, non inducti vi neque dolo nec suggestione<sup>a</sup> alicujus persone nec decepti in aliquo, set bona fide et cum hac presenti carta imperpetuum valitura, voluntate ac laudamento Guilelmi de Candello, patru mei, Marie predictae, vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, Raymundo de Cervaria, preceptori ejusdem domus, et omnibus successoribus et fratribus ejusdem domus, tam presentibus quam futuris, et cui dare, dimittere<sup>b</sup> vel alienare volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, universum honorem, quem habemus et habere debemus et possidemus et tenemus et tenere et possidere debemus pro dicta domo Mansi Dei et pro domibus Sancte Marie de Campo et Sancti Salvatoris de Cirano, in adjacencia et in terminis Sancti Juliani de Villa mulacha, in loco qui vocatur ad *Comunal*, subtus viam que discurrit a Manso Dei usque ad Riardum, et de super ab honore quem emistis a Petro Sifredi de Perpiniano, usque ad terminos Sancte Marie de *Agnils*, videlicet V campos, quorum alter est super combam de *Gombad*, et affrontat ab oriente et occidente et aquilone in vestro honore de *Comunal*, a meridie in alodio vestro. Tres vero campi se tenent, et viam transit per eos, et affrontant de oriente in termino Sancte Marie de *Agnils* et in predicto loco de *Comunal*, a meridie in riparia de Riardo et in alodiis Sancti Salvatoris de Cirano et in vestro metipso, ab occidente in dicto *Comunal* quod vos [...],<sup>c</sup> ab aquilone, in predicta via publica. Quintus campus est super viam predictam, inter ipsam viam et honore de *Cominal*, quem laborant homines de *Agnils*. Sicut superius nominatur, sic vendimus et laudamus atque in presenti irrevocabiliter tradimus Deo et predictae domui milicie Mansi Dei et tibi, Raymundo de Cervaria, predicto preceptori ejusdem domus, et omnibus fratribus et successoribus ipsius domus, et cui volueritis, ad omnes vestras

voluntates faciendas, totum prenominatum honorem, integriter ac generaliter, cum suis ingressibus et egressibus, et cum terminis et undique pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, et hoc propter CCCC solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii precii decepti sunt similiter, scienter et consulte, renunciamus. Verumtamen, si forte hec vendicio modo plus valet predicto precio vel inantea valuerit, quicquid est illud seu illam magis valenciam nunc vobis et vestris cum plena donacione inter vivos donamus, ita quod vendicio sive inter vivos<sup>d</sup> donacio nunquam amplius decetero rescindi vel revocari possit, scilicet occasione majoris precii vel valoris seu qualibet alia exceptione, speciali vel generali, cujuslibet juris, legis vel terre consuetudinis quibus omnibus, et expressim legi illi que introducit donacionem posse revocari ex causa ingratitude, et omnibus aliis scriptis et non scriptis, scienter et consulte renunciamus. Et amodo totum predictum honorem in vestro proprio jure teneatis et habeatis et possideatis, omnemque vestram voluntatem de eo et in eo faciatis imperpetuum, absque ullo nostro et nostrorum reblandimento, salvo tamen in omnibus et per omnia jure et senyorio domus Sancte Marie de Campo et Sancti Salvatoris de Cirano. Cedimus etiam vobis omnia jura, actiones, exceptiones, petitiones, oppositiones et voces, tam reales quam personales, pro vobis competentes et competituras adversus quaslibet personas, et non fecimus nec faciemus seu neque facere vel machinari possimus unquam aliquid per quod minus hec omnia vobis valeant. Nos vero et nostri super omnia ubique bona nostra mobilia et immobilia, presentia et futura, per vinculum in vita et in<sup>e</sup> morte tenemur facere vobis et cui volueritis bonam et legalem garentiam ex omnibus amparatoribus et evicione, preter tantum de domo Sancte Marie de Campo et de domo Sancti Salvatoris, exceptis quibus domibus, si forte pro emparatione<sup>f</sup> alicujus persone in placito vel extra placitum missiones vel expensas feceritis, illas vobis reddemus. Pro quibus expensis et pro guirentia totius predicti honoris positus accipere et retinere pro vestra auctoritate omnes res nostras mobiles et immobiles ubicumque inveneritis, absque ullo nostro et nostrorum interdictu, donec ad plenum restituatur et emendetur vobis quicquid inde amiseritis etiam cum gravamine expensarum.

Et quod ita hec omnia predicta et singula, ut superius scripta sunt, vel si forte adhuc melius vel plenius dici, scribi sive intelligi possunt ad utilitatem vestram et vestrorum perpetuis temporibus rata et valitura servemus et inviolabiliter teneamus et nullatenus contraveniamus vel veniri faciamus aliquo ingenio, occulto<sup>g</sup> vel manifesto, per nostram bonam fidem plivimus, et tactis corporaliter sacrosanctis Dei IIII<sup>or</sup> Evangeliis, ego Guilelmus, in animam meam atque in animam matris mee et sororum mearum, scilicet mandato omnium per Deum sponte juro. Actum est hoc nonis novembris, anno Incarnationis Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>. Sig++++na Marie et Guilelmi et Gentilis et Argentia, infantum ejus, predictorum, qui ita hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+num Guilelmi de Candello<sup>h</sup> predicti, qui ita hoc totum laudo et firmo et solvo et diffinio Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, predicto Raymundo de Cervaria, preceptoris ejusdem domus, et omnibus tuis successoribus imperpetuum, totum vinculum si quod habebam in predicto honore ratione successionis fratrum meorum vel patris mei vel aliqua alia qualibet ratione, ita quod decetero non possim aliquid petere vel requirere aliqua causa vel ratione in toto predicto honore. Sig++++na Berengarii de Cantalupis, archidiachoni Elnensis, et Petri Raymundi Ferrerii et Bertrandi de Milicia, testium. (*Crux*) Guilelmi, prioris de Campo.

Ego Bernardus Jugna hanc cartam scripsi vice Berengarii de Crassa, publici notarii Perpiniiani, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. sugestione B. b. dimitere B. c. paraula il·legible B. d. interminos B.  
e. et in repetit en reclam al canvi de quadern B. f. amparatione B. g. oculo B.  
h. Chandello B.

## 271

1220 (nou estil), 6 de gener

*Jaume, fill de Pere Andreu de Bages, es dóna a la milícia del Temple i a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, com a donat i servidor. Promet ésser bo i fidel en tot i protegir els templers i llurs béns amb tot el seu poder tot al llarg de la seva vida. Promet no deixar mai el Temple per cap altre orde religiós. Dóna a la casa del Masdèu una peça de terra situada a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Conques, així com 40 sous. I si morís en el segle, els frares haurien de rebre i sebollir el seu cos al cementiri de Santa*

*Maria del Masdéu, amb el seu llit ben guarnit i amb les altres almoines que vulgui fer a aquesta casa. Fra Ramon de Cervera, amb el consentiment dels frares del Masdéu, rep Jaume com a donat i li promet protegir-lo com els altres donats de la milícia del Temple, segons el bon costum de llur casa, i el fa partícip de tots els béns espirituals de l'orde. El comanador del Masdéu reconeix haver rebut la peça de terra i els 40 sous. Fra Esteve, sotscomanador del Masdéu, confirma aquesta donació.*

- A Original, pergamí, amplada 280 mm, alçada 115 mm, ADPO, Hp186.<sup>220</sup>  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 159v-160, acta núm. 262, segons A.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 164-166, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 8-11, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Jachobus,<sup>a</sup> filius Petri Andree de Bagis, non coactus fraude nec deceptus nec in aliquo circumventus, set bona et spontanea voluntate, gratis, sine vi, cum hac carta in perpetuum<sup>b</sup> valitura reddo et dono<sup>c</sup> et offero ac in presenti trado Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Cervaria, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus ejusdem, presentibus et futuris, me ipsum per donatum et conservum predictae domus et vestrorum predictorum fratrum, promittens<sup>d</sup> vobis me bonus ac fidelis in omnibus in perpetuum<sup>b</sup> esse, et vos et vestros et omnia ubique vestra custodire ac proibere<sup>e</sup> ad omnem meum posse omni vita mea. Et promito vobis bona fide<sup>f</sup> per stipulationem firmam ut ab hac presenti die inantea de predicta donatione non extraham nec extrahere<sup>g</sup> ullo modo valeam, nec ad alium ordinem sive religionem me reddam nec transferam nisi domum milicie Templi. Pro qua donatione predicta et remissione peccatorum meorum dono, pro amore Dei, et in presenti trado dicte domui milicie Templi et vobis, predictis fratribus, totam quandam peciam terre meam in terminis Sancte Eugenie de Ortafano, in loco vocato ad Concchas, et XL solidos, ad omnes vestras voluntates in perpetuum<sup>b</sup> faciendas. Set, si forte me morante in seculo mors mihi preocupaverit, fratres Mansi Dei recipiant et sepeliant corpus meum in cimiterio<sup>h</sup> Beate Marie Mansi Dei, cum lecto meo bene munito et cum alia elemosina quam, Deo concedente, ibi facere voluero, et faciant de me sicut

220. El document porta al dors un regest del segle xv: «Carta donationis Jachobi filii P. Andree de Bagis», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2697».

unum de donatis suis. Et omni juri divino vel humano, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, vel alio aliquo modo quod contra hoc in aliquo vel in toto venire potero, omnibus modis renuncio, et me observaturum et non contraventurum bona fide promitto.<sup>i</sup> Et ego frater Raymundus de Cervaria,<sup>j</sup> preceptor Mansi Dei predictus, consilio ac voluntate fratrum ejusdem, per nos et per omnes nostros successores, bona fide, sine enganno, recipimus te, Jachobum predictum, per donatum ac conservum nostrum domus milicie Templi, promittentes<sup>k</sup> te et omnia tua custodire ac protegere sicut alios nostros donatos domus milicie Templi, ad bonam consuetudinem<sup>l</sup> nostre domus, suscipientesque te participem omnium bonorum domus milicie Templi spiritalium. Et confitemur suscepisse a te, pro anima tua et remissione peccatorum tuorum, predictam peciam terre et predictos XL solidos, de quibus omnibus tenemus nos bene per paccatos, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Predicta vero pecia terre est franchum alodium, et affrontat ab oriente et meridie in honore domus milicie Templi, ab occidente in terra Catalane femine, ab aquilone in terra Raymundi de *Terme* de Bagis. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> idus januarii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII. Sig++na Jachobi<sup>m</sup> predicti et fratris Stephani, subpreceptoris domus Mansi Dei, tenentis vices<sup>n</sup> dicti preceptoris majoris, qui hoc totum fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Petri Catalani, pelliparii de Cereto, et Petri Felicis de Bagis, et Guilelmi Petri ejusdem ville, testium.<sup>o</sup>

Petrus, levita, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque jussus, cum litteris<sup>p</sup> suprascriptis in linea II,<sup>a</sup> et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Jacobus B.    b. imperpetuum B.    c. et dono omès B.    d. promitens B.  
 e. Sic AB per prohibere.    f. fide omès B.    g. extraere B.    h. ciminterio B.  
 i. promito B.    j. Cervaria B.    k. promittentes B.    l. consuetudine B.    m. Jacobi B.  
 n. vives B.    o. testium *afegit* B.    p. literis B.

1220 (nou estil), 26 de febrer

*Berenguera, filla de Berenguer [Sifre], cavaller de Malloles, amb el consell del seu cosí Berenguer de Bages, confirma el testament del seu pare, així com totes les deixes que aquest ha fet a la casa del Masdèu, consistents en la donació de tot el que tenia a la vila de*

*Santa Maria de Malloles.*<sup>221</sup> *Confirma igualment la venda feta pel seu pare de tota l'honor que tenia al terme de Sant Andreu de Bages.*<sup>222</sup> *Reconeix que el seu pare li ha llegat la seva porció legítima de la successió en instituir-la hereva de tots els seus béns, excepte els que ha llegat al Masdèu. Reconeix que, com que el seu pare els ho havia manat per testament, fra Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, i els altres frares d'aquesta casa han alliberat de la penyora l'honor de Sant Esteve i de Tesà per 350 sous. Reconeix a més a més haver rebut els béns que Gauçio, la seva mare, havia aportat, en dot o d'una altra manera al seu pare. Per tant, Berenguera cedeix als frares de la milícia del Temple totes les accions, excepcions i rèpliques que la seva mare tenia contra qualsevol i contra les possessions que el seu pare ha llegat al Masdèu, excepte contra ella i els seus per l'honor de Sant Esteve, Tesà, Torrelles, Orla i Cànoes. Dóna al comanador del Masdèu el dret de prendre possessió de tots els béns que el seu pare ha llegat a la milícia del Temple i jura sobre els Evangelis no actuar en contra d'aquestes disposicions. Aquesta acta ha estat feta en presència de Guillem, prior de Santa Maria del Camp, Bernat de Pineda, prior de Sant Salvador de Cirà, Bernat de Banyuls, canonge de Santa Maria del Camp, i dels prohoms de Vilamulaca.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 213-214, acta núm. 372.
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 166-168, segons B.
- D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 2-7, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Berengaria, filia Berengarii, militis de Malleolis qui fuit, asseverans me esse legitime etatis et perfecte non inducta dolo nec vi metuve compulsa, viso et intellecto testamento patris mei jam dicti, habito co[nsilio]<sup>a</sup> Berengarii, consanguinei mei de Bagis, laudo et confirmo predictum testamentum per me et per omnes meos cum hac carta imperpetuum valitura. Et omnia ea que pater meus prefati legavit domui milicie Templi Mansi Dei in suo testamento eidem domui et ejusdem fratribus, presentibus et futuris, diffinio et laudo et confimo ad omnes suas suorumque voluntates imperpetuum faciendas, scilicet omnia bona sua honoris et averis mobilia et immobilia que habebat vel habere debebat et ei pertinere debebat aliqua voce vel ratione in omni villa Sancte Marie de Malleolis,

221. El 2 de maig de 1219; vegeu més amunt l'acta núm. 268.

222. El 16 de desembre de 1216; vegeu més amunt l'acta núm. 254.

intus vel foris vel in ejus terminis, videlicet hominis et feminas, campos et vineas, herema et condirecta, casas et casalia, ortos et ortalia, ferragines et ferraginalia, arbores fructiferas, census, usatica et servicia, dominationes et foriscapia et terremerita et cuncta alia ibi ei pertinentia sive competitura et omnia alia hic expressa vel non expressa, ut in eodem testamento continetur suo. Confirmo etiam dicte domui milicie Templi Mansi Dei et fratribus ejusdem predictis omnem illam venditionem sive donationem quam pater meus prefatus fecit prefate domui Mansi Dei et fratribus de universo honore quem in omnibus terminis Sancti Andree de Bagis habebat et possidebat, sicut in instrumentis inde factis continetur. Confiteor et enim et recognosco quod pater meus predictus reliquit<sup>b</sup> mihi plenarie falcidiam<sup>c</sup> de bonis suis mihi competentem, instituendo me etiam heredem in omnibus suis bonis exceptis hiis domui prefate Mansi Dei legavit et quibusdam aliis personis ut in suo testamento continetur. Preterea confiteor et recognosco dicte domui Mansi Dei et tibi fratri R[aymund]o de Cervaria, ejusdem domus preceptoris, et aliis ejusdem fratribus vos liberasse de pignoris honorem Sancti Stephani et de Teçano pro CCC L solidis, de quibus solvendis pater meus prefatus vobis mandavit ut in eodem testamento suo continetur. Adhuc<sup>d</sup> etiam confiteor dicte domui Mansi Dei et tibi fratri R[aymund]o de Cervario ejusdem domus preceptoris predicto et aliis fratribus predictis mihi esse satisfactum de omnibus bonis que mater mea Gauçio attulit tempore nupciarum vel alio tempore patri meo jam dicto, et de omni peccunia numerata quam nomine dotis sive alio modo ei tradidit tempore contracto matrimonii inter ipsum et matrem meam vel ante aut post matrimonium celebratum. Unde cedo dicte domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri Raymundo de Cervaria, ejusdem domus preceptoris, et fratribus ejusdem predictis omnes actiones, exceptiones, replicationes michi competentes ratione eorum que mater mea jam dicta patri meo prefato tradidit contra quamlibet personam et contra illas possessiones quas pater meus predictus reliquit<sup>b</sup> dicte domui Mansi Dei, excepto eo quod contra me et meos pro honore Sancti Stephani et de Teçano et de Turrillis et de Orulo et de Canoys nullam possitis ratione predictae cessionis actionem movere. Preterea cum sit in jure civili expressum quod legatarius non debet intrare in possessionem rerum legatarum auctoritate propria, ego Berengaria predicta heres patris mei prenominati dono dicte domui milicie Templi Mansi Dei et tibi fratri Raymundo de Cervaria ejusdem domus preceptoris predicto

et ejusdem fratribus predictis licenciam intrandi in possessionem et in tenedonem omnium rerum legatarum a patre meo prefato dicte domui Mansi Dei ut in testamento suo continetur, ita quod nichil juris in supradictis omnibus michi aut meis retineo, set totum in jus vestrum et potestatem irrevocabiliter transfero, et omni juri divino vel humano, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, decreti vel decretalis et etiam omni beneficio minoris etatis vel alio aliquo modo, quod contra hoc in aliquo vel in toto, in iudicio vel extra iudicium, venire potero, ex certa sciencia omnibus modis et expresse renuncio. Ut autem omnia predicta dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem predictis majorem obtineant firmitatem, juro ego Berengaria predicta per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, quod sacramentum corporaliter facio, et quod omnia predicta observam<sup>e</sup> et contra non veniam nec venire faciam occulte vel manifeste. Hoc siquidem totum fuit factum in presentia Guilelmi, (prioris)<sup>f</sup> Sancte Marie de Campo et Bernardi de Pineda, Sancti Salvatoris de Cirano prioris, et Bernardi de *Bainuls*, canonici Sancte Marie de Campo, et proborum hominum de Villa mulacha, scilicet Guilelmi Dalmacii et Johannis Cellarie et Arnaldi Petri Poncii et Raymundi de Clerico et aliorum plurimorum. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> kalendas martii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>. Sig+num Berengarie predicte, qui hoc totum ita fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num Berengarii de Bagis predicti, qui hoc totum laudavi. Sig++++na Petri Mironi de Villa mulacha, et Bernardi Pinolis, et Johannis Turrii, et Mathei Saturnini et R[a]ymund]i Podadora.

Petrus, levita, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. co B.    b. reliquid B.    c. facidiam B.    d. Ahuc B.    e. observa B.  
f. prioris omès B.

## 273

1220, 5 d'agost

*Alamanda, el seu marit, Guillem Fabre, i llur fill Berenguer, tots tres de Bages, venen a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa una feixa de terra que tenen per ells a la parròquia de Santa Maria de Brullà, al lloc anomenat Darnac. Per aquesta venda, reconeixen haver rebut 23 sous melgoresos.*



- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 166v-167, acta núm. 279.  
 C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 12-14, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Alamanda femina, et ego Guilelmus Faber, vir ejus, et ego Berengarius, filius eorum, nos III de Bagis simul per nos et per omnes nostros, bona fide sine omni enganno, cum hac carta imperpetuum valitura gratis sine vi vendimus, damus, diffinimus et in presenti tradimus ac penitus derelinquimus Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Cervaria, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis ejusdem fratribus, presentibus et futuris, totam quandam faxiam terre nostram, quam pro vobis tenemus et habemus in terminis Sancte Marie de Bruliano, in loco vocato ad *Darnach*, cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas, pro XXIII solidis malguriensium, de quibus confitemur nos bene esse pacati,<sup>a</sup> renunciantes exceptioni pecunie<sup>b</sup> non numerate. Et omni juri divino vel humano, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, decreti vel decretatis, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justi precii vel alio a quolibet modo, quo contra hoc in aliquo vel in toto, in judicio vel extra judicium, venire poterimus, ex certa sciencia omnibus modis et expresse renunciamus, totumque quod venditio prefata plus hoc precio modo valet vel valebit dicte domui et fratribus ejusdem et cui volueritis justo donationis titulo ex gracia damus. Et nullum jus inde nobis vel nostris retinemus, set totum in jus vestrum et potestatem irrevocabiliter transferimus. Et promittimus<sup>c</sup> vobis bona fide et per firmam stipulationem quod in hoc vos nec vestros non engannemus nec decipi ullo modo permittemus,<sup>d</sup> set totum vobis et vestris et cui volueritis tenere et possidere faciemus in pace perpetuo. Et tenemur vobis et vestris de omni evictione, inde obligantes vobis et vestris omnia ubique nostra. Ut autem omnia predicta majorem<sup>e</sup> dicte domui et prestitis fratribus obtineant firmitatem, ego Alamanda prenominata, renuncians expresse illi legi qua jுவatur mulieres<sup>f</sup> sub virorum potestate constitutis, per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia corporaliter juro quod non contraveniam nec venire faciam, occulte vel manifeste. Affrontat a partibus universis in alodio vestro domus milicie Templi. Actum est hoc nonas augusti, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>. Sig++++na Alamande<sup>g</sup> et ejus viri Guilelmi et eorum filii Berengarii predictorum,

qui hoc totum fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Bernardi Sifredi de *Trulars*, et Poncii Rotberti de *Bajolis*, et Petri Mironi de *Villa mulacha*.

Petrus, levita, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccati *B.* b. peccunie *B.* c. promitimus *B.* d. permitemus *B.*  
e. mayorem *B.* f. mulieribus *B.* g. Alamade *B.*

## 274

1220, 9 d'agost

*Guillem de Burg, cavaller d'Alenyà, amb el consentiment dels seus amics, ven a fra Ramon de Cervera, comanador del Masdèu, a fra Pere d'Estagell, comanador del Mas de la Garriga, i als altres frares de la milícia del Temple un condomini que té per la milícia del Temple a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Per aquesta venda, reconeix haver rebut 600 sous barcelonesos.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 62v-63, acta núm. 101.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 204, segons *B.*

*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 108-111, segons *B.*

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Burgo, miles de Aleniano, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, immo bona ac spontanea voluntate ductus, et etiam inspecta mea maxima utilitate, habito consilio amicorum meorum, vendo, per me et omnes meos, et in presenti irrevocabiliter trado, cum hac carta omni tempore valitura, Deo omnipotenti et domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo Cervera, comendatori Mansi Dei, et tibi, fratri Petro de Estagello, comendatori domus de Garriga, et omnibus successoribus tuis, et omnibus fratribus ibi presentibus et futuris, et cui dare vel dimittere<sup>a</sup> sive vendere volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, totam quandam condaminam meam, quam habeo et teneo pro milicia Templi in termino Sancti Johannis de Perpiniani, et affrontat ab oriente et ab aquilone in viis publicis, a meridie in terra Johannis Baboti de Malleolis et in corrico,<sup>b</sup> ab occidente in via publica et in terra Guilelmi Cucumeri de Malleolis condam, quam tenet pro domo Templi, et in terra dicti Johannis Baboti. Sicut in hiis affrontacionibus jam dictis includitur, sic vendo vobis et vestris,

per me et per omnes meos, imperpetuum, dictam condemniam meam totam, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus et cum omni melioramento quod ibi feceritis, pro mille DC solidis barchinonensium bonorum, quos a vobis confiteor habuisse in maximam utilitatem et necessitatem meam, ita quod exceptioni non numerate pecunie<sup>c</sup> renuncio. Et sciens quod ista vendicio jam dicto precio modo plus valet, totum illud dono inter vivos gratis vobis et domui de Garriga<sup>d</sup> Templi imperpetuum, nullum jus ibi mihi et meis retinendo. Et omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quo contra hanc vendicionem venire possem, in iudicio vel extra iudicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam iusti precii, imperpetuum, ex certa scientia et consulte penitus renuncio, cedendo vobis et successoribus, imperpetuum, omnia iura et voces omnes et actiones et exceptiones, quas habeo et habere possum aliquo modo in dicta condemniam. Et de meo iure et dominio et potestate in vestrum jus proprium et dominium et potestatem me penitus expoliando et vos investiendo predictam condemniam totam, mitto<sup>e</sup> et transfero, promittens<sup>f</sup> vobis, bona fide et per firmam stipulationem, quod in hoc vos non decipiam nec decipi permittam,<sup>g</sup> set dictam condemniam totam faciam perpetuo habere et tenere in pace vobis et domui Templi. Et teneor inde vobis et successoribus vestris et dicte domui milicie Templi de Garriga<sup>d</sup> de omni evictione et de omni missione, quam feceritis vos et dicta domus pro evictione, quam promitto<sup>h</sup> vobis restituere plano vestro verbo sine sacramento, et etiam omnia alia que inde perdideritis<sup>i</sup> racione et culpa mea, unde obligo omnia mea ubique mobilia et immobilia, presenciam et futura, que omnia, auctoritate vestra propria, non expectato et iudiciario ordine, possitis ubique occupare et emparare et in vestrum proprium tenere sine omni vestro dampno tamdiu, quousque de omnibus jam dictis plenarie satisfiat vobis et domui Templi plano verbo sine sacramento. Et quod ita attendam, ut in hac carta continetur, et contra non veniam, occulte vel manifeste, per me vel per interpositam personam, bona fide et per firmam stipulationem promitto,<sup>h</sup> et hoc iuro corporaliter sponte per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia. Actum est hoc V<sup>o</sup> idus augusti, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>, regnante Filippio rege in Francia. Sig+num Guilelmi de Burco jam dicti, qui hoc ita fieri iussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++++na Raymundi *Atsad*, militis, Bernardi, presbiteri de Sancto Laurencio, et Berengarii Joverii, et Petri Serventis de Palacio et Johannis de *Socoses*, testium.

Jacobus, levita, caput scole, scripsit hoc, rogatus, litteris<sup>j</sup> suprapositis in II<sup>a</sup> linea et rasis et emendatis in XII<sup>a</sup> et in XIII<sup>a</sup> et in XIII<sup>a</sup> et hoc signum (SM) fecit.

a. dimitere B.    b. Sic B.    c. peccunie B.    d. Carrica B.    e. mito B.    f. promitens B.  
g. permitam B.    h. promito B.    i. perdederitis B.    j. literis B.

## 275

1220, 15 d'agost

Benicoven, *muller de Ramon de Pujol, sobre carregada pels deutes del seu marit i per tal de no endeutar-se més, vol posar-hi fi; és per això que, amb el consentiment dels amics del seu marit i dels seus, empenyora a Guillema Garenga i als seus una vinya que té per la milícia del Temple a la parròquia de Sant Hipòlit, al lloc anomenat Pug, a la reserva dels drets de la milícia del Temple, per 100 sous melgoresos, que ha rebut i gastat per a pagar els deutes del seu marit. Guillema tindrà aquesta penyora des d'aquest dia de l'Assumpció fins a les properes calendes de gener, el temps de percebre la meitat de la collita de l'any. I, una vegada feta la collita, si Benicoven o els seus li han pagat la totalitat dels 100 sous, la penyora serà alliberada; si no, passat aquest termini, conservarà la penyora i tindrà la totalitat de la collita següent segons les mateixes modalitats de pagament, i així d'un any per l'altre fins al pagament complet del deute. Els fruits de la penyora no seran descomptats de l'import del pagament, però Guillema i els seus els tindran a títol de do. Benicoven convé que farà confirmar aquesta carta pel seu marit dins dels vuit dies que segueixin el retorn d'aquest del seu viatge al mar. Reconeix haver donat Ramon Negre com a fiador d'aquest contracte. Finalment, es precisa que cada una de les parts tindrà una meitat d'aquesta collita. Fra Ponç, comandador de la casa del Temple de Sant Hipòlit, i fra Ramon, el seu associat, han confirmat aquesta transacció, per la qual reconeixen haver rebut el foriscapi. Guillem de Pujol, en nom seu i dels seus hereus, confirma aquesta transacció a Guillema i al seu fill Arnau Garenc.*

A Original, pergamí, amplada 145/150 mm, alçada 145/150 mm, ADPO, Hp189.<sup>223</sup>

223. El document porta al dors una anotació moderna en català: «Vinya al terme de Sent Ipolit lloch dit al Puig», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3119».

B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., nouv. acq. lat. 31, f. 30-33, segons A.

Notum sit cunctis quod ego *Benicoven*, uxor Ramundi de *Pugol*, per me et per omnes meos presentes atque futuros, bona fide et sine enganno, cum hac presenti carta in perpetuum valitura,<sup>a</sup> videns me pregravari ultra modum a debitoribus<sup>b</sup> mariti mei jam dicti, et ne lucrentur debita nostra nimium in nos, volo subvenire debitis et, cum voluntate et consilio habito amicorum mariti mei predicti et meorum, inpingoro et obligo tibi, Guilleme Garenga, et tuis, atque in presenti jure et more perfecte pignoris trado, et cuicumque dare vel dimittere aut inpingorare volueris, pro tuo subscripto averi unam vineam nostram, cum terra in qua plantatur, quam tenemus per domum militie Templi in adjacentia Sancti Ypoliti, in loco qui dicitur ad *Pug*. Affrontat vero de oriente in vinea militie, de meridie in vinea Michaelis *Bochalaurs*, de occidente in nostro aspero, ab aquilone in via publica. Sicut in his predictis III<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic inpingoro tibi, predicte Guilleme, et tuis, et cui volueris, predictam vineam, cum terra in qua plantatur, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus et se moventibus, salvis tamen semper juribus domus militie in omnibus, et sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, pro C solidis malguriensium bonorum, quos omnes habuisse et accepisse concedo et de quibus omnibus profiteor me a te bene esse paccatam, et exceptioni non numerate peccunie renuntio, quos persolvi ad debita mariti mei. Et habeas et teneas tu vel tui predictum pignus de isto die presenti Assumptionis beate Marie usque ad kalendas januarii primas venientes, scilicet ad presens expletum, quo collecto, scilicet medietate in tuo posse vel tuorum, si tunc ego vel mei persolverimus tibi vel tuis omnes dictos C solidos malguriensium bonorum ac reddiderimus in dictas kalendas januarii primas venientes, pignus sit solutum. Sin autem et hic terminus transierit, remaneat ad I expletum predictum ad habendum et possidendum omnino. Et si post, in kalendis januarii, reddiderimus tibi vel tuis omnes dictos C solidos malguriensium bonorum, pignus sit solutum. Sin autem, ita deinde habeas et possideas omnem predictum pignus de anno in annum per eundem terminum, et sic tamdiu quousque reddamus tibi vel tuis aut cui jusseris omnes dictos C solidos malguriensium bonorum sine diminutione, ad tuum bonum intellectum et tuorum, fructibus autem hujus pignoris in sorte dicti

averis non computatis, set habitis pro dono. Si vero hec moneta malguriensis deteriorata fuerit de lege vel penso, reddemus tibi vel tuis marchas argenti fini ac puri ad rectum pensum Perpiniani, unam quamque ad computum L solidorum malguriensium bonorum. Et sic de omnibus hac ratione. Et convenio tibi predictæ, bona fide, quod hanc cartam presentem tibi et tuis faciam laudare ad maritum meum Ramundum de *Pugol*, infra VIII dies cum venerit ab isto viatico in quo modo est ad presens super mare. De quo instituisse et dedisse fidejussorem scilicet Ramundum Nigrum concedo. Et si aliqua persona imparaverit vel abstulerit tibi vel tuis predictum pignus, et inde aliquid perdideris pro illo imparamentu vel raptu, totum illud tibi et tuis dono ac laudo simul cum omni predicto averi in omni hoc eodem pignore, et in omnibus aliis nostris rebus, scilicet mariti mei predicti et meimet mobilibus et immobilibus adquisitis et adquirendis, ubique, donec de toto bene paccata sis tu vel tui ad tuum bonum intellectum et tuorum. Et convenio tibi predictæ et tuis, quod ego bona fide et per stipulationem faciam tibi et tuis predictum pignus semper bonum habere et possidere sine omni enganno, salvis juribus domini in omnibus quandiu tuum pignus fuerit et tuorum. Et insuper convenio bona fide et per stipulationem firmam, quod in omni hoc predicto, in aliquo vel in toto, te nec tuos nec enganem nec decipiam neque enganare nec decipere faciam ullo modo. Et si aliquo jure, lege, vel institutionis, aut consuetudinis, scripto vel non scripto, divino vel humano, generali vel speciali, illi juri et etiam omni auxilio et beneficio ecclesiastico et decreto et decretali et Avionensi consilio,<sup>c</sup> quibus contra hoc venire possum vel potero, omnino expresse et consulte renuntio in judicio et extra. Et ita totum, ut in hac presenti continetur, me observaturam bona fide et per stipulationem promitto. Et est verum quod presens expletum istius anni habebimus medium per medium ego et tu solummodo. Et est manifestum. Actum est hoc XVIII<sup>o</sup> kalendas septembris, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>. Sig+num *Benicoven*, qui hoc ita fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavi.<sup>d</sup> Sig+++na Ramundi Nigri, et Berengarii Traverii, et Guilelmi Gaucelmi. Sig++na fratris Pontii, procuratoris Sancti Ypolitii,<sup>e</sup> et fratris Ramundi, socii sui, qui hoc laudavimus et firmavimus et in<sup>f</sup> nostrum foriscapium habuimus. Sig+num Raimundi de Pugolio, qui hoc totum per me et per omnes meos heredes laudo et confirmo tibi, dicte Guilelme, et filio tuo, Arnaudo Garenchi, et vestris, et cui volueritis.

Arnaudus, levita, scripsit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* in perpetuum valitura. b. *Sic A per* debitis. c. *Sic A per* Avinionensis concilio. d. *Sic A per* rogavimus. e. *Sic A*. f. *Sic A per* inde.

## 276

[vers 1180-1220]<sup>224</sup>

*Inventari de les terres i els ingressos que [Clara] de Caçcastèl té per la milícia del Temple als termes de Bages, Brullà i Ortafà.*

A Original, pergami mutilat, amplada 175/180 mm, alçada conservada 385/395 mm, ADPO, HP186.<sup>225</sup>

[...] de *Cascastel* [...] domo milicie Templi, scilicet [primum] habet una petia terre in loco qui vocatur [...] affrontat ab oriente in campo Simone femine, de circio in [terra P. *Forches*].

Et alia petia terre ad Furnum Tegularium, et affrontat ab oriente in terra de *Valespir*, de circio in terra de P. Bernardi.

Et alia petia terre ad viam qua itur de Bagis ad Ortafanum, et affrontat ab oriente in [campum P. *Forches*].

Et alia petia terre ad Spinam, et affrontat ab oriente in campum A(rnaldi) de Vilarmilano, a meridie in honore B(eregarii) de Bagis.

Et alia petia terre ad *Villa Triac*, et affrontat ab oriente in *correc de Vilatriac*, de circio in terra Johannis de Orulo.

Et alia petia terra ad Torum Sancti Christophori, infra terra G. *des Climent* et Johannis de Orulo.

Et alia petia terre et alia vinea ad *Villa Triac*, et tenent se, et affrontat ab oriente in *correc de Vilatriac*, de circio in [...ad *Combas d'Arns*]

Et alia petia terre in ipso loco *Combis de Arns*, et affrontat ab oriente in condemina de A. de *Sobre Porta*, de circio in ipsa via.

224. L'inventari menciona personatges atestats durant aquest període.

225. El document ha estat estripat en sentit longitudinal, i manca la part superior. A més, el desgat de la membrana del pergami ha causat la pèrdua d'una part del text. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1985».

Et alia petia terre a *Darnac*, affrontat ab oriente in alodio Catalana [femina], de circio in honore milicie.

Et alia petia terre ad Comba de ipso *Darnac*, affrontat ab oriente in vinea Bernardi *Oliba*.

Et alias II petias terre in ipso *Darnac* juxta condemina milicia. Et affrontat ab oriente.<sup>a</sup>

Et alia petia terre ad *Gorgs*, et affrontat ab oriente [in terra] *Simona* femine, de circio in terra de A. *Vilarmilan*.

Et alia petia terre ad Malam Montem, et affrontat ab oriente [in terra Barrer...] de circio in terra [...] *Marrot*.

Et alia petia terre ad Rotam *Volps*, et affrontat ab oriente [in honore milicie, de circio in terra A. *Gasc*]

Et alia petia terre ad *Comba Fonolera*, et affrontat ab oriente [in honore A. *Gasc*, de circio in honore ... de ...]

Et alia petia terre ad *Renard*, et affrontat ab oriente in [honore milicie, de circio in honore S. Andree de Sureda].

Et alia petia terre ad *Fexes Tortes*, et affrontat ab oriente in via qua itur de Bagis ad Candelum, de circio in honore [...]

Et una vinea ad Mileroles, quod tenet cum vinea milicie, et affrontat ab oriente (...).<sup>a</sup>

Et alia petia terre Retro petram, et affrontat ab oriente in fexa [Johannis de *Maurelans*].

Et alia petia terre ad *Vilar*, et affrontat ab oriente [...]

Et alias una petia terre et una vinea, et affrontat ab oriente [...] de circio in terra G. [...]

Et II<sup>as</sup> petias terre ad *Perolona*, et affrontat ab oriente in honore [...]

Et alia petia terre ad Serras ante *Riart*, quod tenet cum honore *Garssen* de Brulano, et affrontat ab oriente in campo G. R. de *Riard*, a meridie in campo [...] de Fonte clara, ab aquilone in campo P. Jordani de Riardo.

Et alias duas pecias terre ad Fontem petrosa, una affrontat ab oriente in [...] Fabri, de circio in feixa Sancte Eulalie, et alia affrontat ab oriente in terra P. [...] de circio in terra Johannis [*Uget*].

Alia petia terra ad Podium *Talat* infra honorem milicie, et affrontat ab oriente in campo B. de Bagis, ab occidente in ipso podio, ab aquilone in honore B. de Bagiis, a meridie in ipso honore milicie.



Et etiam ad dictos ortos una terra et una olivetam, affrontat ab oriente in terra de [...], de circio in terra R. de *Terme*.

Et alia oliveta ad Curiam regis, affrontat ab oriente in honore Mathei, de circio in honore R. de *Terme*, a meridie in via publica.

Et alia oliveta infra oliveta Raymundi de Termino et G. de *Kanoys*.

Et alia oliveta de Catalana femine, et affrontat ab oriente et ab occidente in honore R. de Bagis.

Et alia oliveta *als Canadals*, affrontat ab oriente in prato [...] femine.

Et alia petia terre ibidem, et affrontat ab oriente in campum [Geralde] femine, ab occidente in [...] *Vilarmilan*.

Et justa villa II<sup>os</sup> ortos et una clausa, et affrontat ab oriente in villam, ab occidente in condemina.

Et alia petia terre ad Gradi, et affrontat ab oriente in [...] de circio in via qua itur de Bagis ad Villanovam.

Et alia petia terre in terra vel condemine Garssendi de Brulano de omnibus partibus.

Et alia petia terre ad Vassas, et affrontat ab oriente in [...] B. de *Banuls*].

Et alia petia terre in ipso loco, que est infra honore milicie et Sancte Eulalie, et affrontat [ab oriente] in honore Sancte Eulalie, de circio in campo B. de Bagis, a meridie in honore milicie.

Et [dona] honore P. Gili de *cens* et [...] quarto I gallina [...]

Honore de [Fulchio ... medium *quar* de ordei et III den. ...] et pro celario I galina et inter milicia et *dona Clara* I c[ester] *corent* de ordei et unum de ...

Honore [...] medium *quar* de ordei et III den. et I galina pro celario.

Honore G. *Boer* medium *quar* de ordei et III den. et I galina pro celario.

Nicholay de Avalrino pro honore *mig quar* de ordei et III d. et I galina.

[Felici XII den.]

[*Marrot* III sol. pro sua domo]

*Febrera* XII den. pro honore.

[Spitali. XII den. pro ortum]

[Texidr ... XII den.]

Ortum B. [*Codor*] VI d.

a. *L'escrivà ha deixat un espai blanc.*

## 277

1221 (nou estil), 25 de febrer

*Berenguer de Comdor de Bages i la seva esposa Comdor, venen a fra Ramon d'Anglès, comanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa una vinya que tenen per ells a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al vinyar de Coma d'Arns. Per aquesta venda, reconeixen haver rebut 16 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 179, acta núm. 305.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 15-17, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Comdor de Bagis, et ego Comdor uxor ejus, nos ambo insimul, per nos et per omnes nostros, bona fide, sine enganno, cum hac carta imperpetuum valitura vendimus, damus, diffinimus et in presenti irrevocabiliter tradimus Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Angles, preceptori Mansi Dei, omnibusque aliis fratribus ejusdem, presentibus atque futuris, quandam vineam nostram totam cum terra in qua plantatur, quam pro vobis tenemus et habemus in terminis Sancte Eugenie de Ortafano, in vineario de Coma d'Arns, cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas, pro XVI solidis malguriensium, de quibus omnibus confitemur nos bene esse pacati,<sup>a</sup> exceptioni pecunie<sup>b</sup> non numerate renunciantes ex certa scientia omnibus modis et expresse et etiam omni juri divino vel humano, legis vel consuetudinis, decreti vel decretalis, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justii pretii, vel alio aliquo modo quod contra hoc in aliquo vel in toto, in judicio vel extra judicium, venire vel revocare potuerimus, totumque quod dicta venditio plus hoc pretio modo valet vel valebit, imperpetuum vobis et vestris justo donationis titulo ex gracia damus et diffinimus, nullumque jus in dicta vinea nobis nec nostris retinentes, ymo totum in jus

vestrum et posse irrevocabiliter transferentes. Et promittimus<sup>c</sup> vobis bona fide et per firmam stipulationem, quod in hoc vos nec vestros non fraudemus nec decipi ullo modo permittemus,<sup>d</sup> set totum, ut dictum est, dicte domui et vobis, fratribus predictis, tenere et possidere faciemus in pace perpetuo. Et tenemur vobis de omni evictione, inde obligantes dicte domui et vobis dictis fratribus omnia ubique nostra, vita et morte. Affrontat autem ab omnibus partibus in alodio vestro domus milicie Templi. Actum est hoc V<sup>o</sup> kalendas martii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>. Sig++na Berengarii de *Comdor* et ejus uxoris Comdoris predictorum, qui hoc totum fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Petri Bajuli de Pontiliano, et Egidii Garini de Villa mulacha, et Bernardi, fratris ejus.

Petrus, levita, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. pacati B.    b. peccunie B.    c. promittimus B.    d. permittemus B.

## 278

1221 (nou estil), 19 de març

*Berenguer Pallol de Torrelles, els seus germans Pere i Bernat i la seva esposa Ricsenda, venen a Ramon d'Anglès, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa tota llur part del delme de Nils, és a dir, la sisena part de tot el delme. Per aquesta venda, reconeixen haver rebut 550 sous melgoresos. Reconeixen que tenien aquest delme en feu pel difunt Pere de Sant Hipòlit, al qual s'han substituït els templers.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 188r-v, acta núm. 324.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 202-203, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 18-22, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Berengarius Pallioli de Turrillis, et ego Petrus, et ego Bernardus, fratres insimul et ego Ricsendis, uxor ejusdem Berengarii, nos omnes simul, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non coacti ulla vi nec decepti aliqua fraude, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus domui Mansi Dei et tibi, fratri Raymundo de *Angles*, preceptorum ejusdem domus, et

successoribus tuis omnibusque fratribus dicte domus, presentibus atque futuris, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, totam nostram partem decime de *Ainils*, scilicet sextam partem tocius decime, sicut melius illam habemus et habere debemus et accipimus in villa de *Ainils* et in ejus terminis, in omni adjacentia Beate Marie ejusdem ville, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno dicte domus et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem dicte domus. Cedimus etiam et damus Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, prenominato preceptorum ejusdem domus, et successoribus tuis et fratribus, presentibus et futuris, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, omnes actiones et exceptiones et jura que adversus aliquas personas pro predictis omnibus habemus vel habere aliquo modo debemus. Hanc autem venditionem, cessionem et donationem vobis et dicte domui facimus pretio quingentorum L solidorum malguriensium bonorum, de quibus omnibus a vobis profiteamur nos bene esse pacatos,<sup>a</sup> renunciantes exceptioni pecunie<sup>b</sup> non numerate. Et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justum pretii sunt decepti similiter renunciamus. Et si hec venditio modo plus valet precio predicto, vel in posterum est valitura, quicquid est illud seu illam magis valentiam Deo et dicte domui damus et laudamus firmiterque concedimus ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Promittimus<sup>c</sup> etiam vobis, predicto preceptorum, et successoribus vestris et fratribus presentibus ac futuris, nos et nostros semper vobis et dicte domui de predicta venditione fore legitimos auctores ac defensores<sup>d</sup> ab omni persona et teneri sine fraude de evictione, obligantes inde vobis et dicte domui per vinculum omnes ubique res meas mobiles et immobiles in vita et in fine. Item, promittimus<sup>c</sup> vobis et dicte domui bona fide per stipulationem quod nichil fecimus vel decetero faciemus quominus hec venditio vobis et dicte domui valeat vel infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de tota nostra parte predictae decime nos denudamus et dictam domum et te, dictum preceptorem, et quos volueritis prorsus investimus, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Omnia vero supradicta et singula, prout melius et plenius intelligi vel dici possunt ad utilitatem dicte domus, nos omnes prenominati, per nos et per omnes nostros laudamus et confirmamus. Et quod contra nunquam veniamus vel veniri facia-

mus per nos vel per aliquam interpositam personam bona fide per stipulationem promittimus<sup>c</sup> tibi, dicto preceptor, et successoribus tuis et fratribus, presentibus et futuris, et omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, generaliter vel specialiter, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum, et ita totum, ut in hac carta continetur, nos observaturos bona fide per stipulationem promittimus.<sup>c</sup> Et hoc juro ego dictus Berengarius Palioli, in animam meam et fratrum meorum predictorum et uxoris mee predictae per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis. Profitemur etiam et recognoscimus quod dictam decimam tenebamus ad feodum pro Petro de Sancto Ypolito condam, locum ejus vos modo tenetis. Et est manifestum. Actum est hoc XIII<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>. Sig+num Berengarii Palioli, Sig+num Petri, Sig+num Bernardi, fratrum ejus, Sig+num Ricsendis, uxoris dicti Berengarii Palioli, qui ita hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+num Petri Raymundi de Salsis. Sig+num Petri Durandi de Turrillis. Sig+num Bertrandi de Milicia.

Poncius de Bajolis, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, hoc scripsit, rogatus, et rasi et emendavit in V<sup>a</sup> linea «sextam» et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos B.    b. peccunie B.    c. promittimus B.    d. deffensores B.

## 279

1221, 27 d'abril

*Joan Gocbert de Vilamulaca, la seva mare Pontellana i la seva muller Ricsenda canvien amb fra Ramon d'Anglès, comanador del Masdèu, i els altres frares d'aquesta casa un camp que tenen per ells a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca, al lloc anomenat Castellfort, per un camp situat al lloc anomenat Coma Oriola i per cinc quarters d'ordi, pels quals es tenen per pagats. Donaran als templers per aquest camp el que els donaven per l'altre, és a dir, la tasca i el braçatge de tots els fruits, una mesura de carns i el delme. Fra Esteve, sotscomanador del Masdèu, ha confirmat aquesta transacció en nom del comanador i dels frares d'aquesta casa.*

B. Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 107r-v, acta núm. 170.

C. Còpia del començament del segle XX, ALBON, Cart. gén., nouv. acq. lat. 27, ff. 23-27, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Johannes Goçbertus de Villa mulacha, et ego Ponteliana, mater ejus, et ego Ricsendis, uxor ejus, nos tres insimul, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, bona fide, sine omni enganno, cum hac carta imperpetuum valitura transmutamus et excambiamus in presenti Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Anglesio, preceptori Mansi Dei, universisque fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, totum unum campum nostrum, quem pro vobis tenemus in terminis Sancti Juliani de Villa mulacha, in loco vocato ad Castrum fortem, cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis undique, cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas, omni juri renunciantes expresse, quo contra hoc venire possemus, nullumque jus in dicto campo nobis nec nostris retinentes, ymo totum in jus vestrum et posse irrevocabiliter transferentes ac diffinientes. Pro qua vero excambiacione prefata, recepimus a dicta domo et vobis, dictis fratribus, totum quendam campum vestrum in eisdem terminis prefatis, in loco vocato ad Comam Auriolam, et *V quarter* ordei, de quibus omnibus confitemur et tenemus nos bene per pccatos. Quem vero campum possidebimus et habebimus nos et nostri imperpetuum, ad omnes nostras nostrorumque voluntates perpetim faciendas, et pro dicta domo et vobis, dictis fratribus, eundem campum tenebimus, salvis tamen juribus vestris domus milicie Templi in omnibus. Et dabimus nos et nostri de omnibus fructibus ejusdem campi dicte domui et vobis, predictis fratribus, tascham et brasciatum, et I mensuram carniū et decimū, sicuti de alio campo prefato dare consueveramus fideliter. Inde est quod ego frater Raymundus de Anglesio, preceptor Mansi Dei prefatus, consilio ac voluntate fratrum ejusdem domus, per nos et per omnes nostros successores, bona fide, sine omni fraude, laudamus firmiterque concedimus tibi, Johanni Gozberto predicto, et tuis, et cui volueris, totum dictum campum de Coma Auriola a nobis tibi excambiatum, prout melius superius continetur, ad omnes tuas tuorumque voluntates imperpetuum faciendas, salvis tamen juribus nostris domus milicie Templi in omnibus, ut predictum est. Et promittimus<sup>a</sup> tibi, bona fide et per firmam stipulationem, quod in hoc te nec tuos non fraudemus, nec decipi ullo modo permittemus,<sup>b</sup> set totum dictum campum tibi et tuis et cui volueris tenere et possidere faciemus in pace perpetuo, salvis tamen juribus predictis in omnibus. Affrontat autem ab oriente dictus campus de Castro

forte in via publica, a meridie in terra Bernardi Oliverii de Villa mulacha, ab occidente in alodio Sancti Salvatoris, ab aquilone in alodio Sancti Juliani de Villa mulacha, quem tenet domus Sancti Salvatoris predicti. Affrontat dictus campus de Coma Auriola ab oriente in terra Petri de Pontiliano condam, a meridie in garriga Sancte Elnensis Eulalie, ab occidente in publica via, ab aquilone in terra Guilelmi Adalberti de Villa mulacha. Actum est hoc V° kalendas madii, anno Christi M° CC° XX° I°. Sig+++na Johannis Gozberti et Pontiliane et Ricsendis predictorum, qui hoc totum fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num fratris Stephani, subpreceptoris Mansi Dei, qui, vice dicti preceptoris et fratrum Mansi Dei consilio, hoc totum laudavi firmarique rogavi. Sig+++na Poncii Rotberti de Bajolis, et Bernardi Taloni de Bexanis et Bernardi Garini de Villa mulacha.

Petrus, levita, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque jussus, cum litteris<sup>c</sup> rasis et emendatis in linea XVI<sup>a</sup>, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus B.    b. permitemus B.    c. literis B.

## 280

1221, 12 de juny

*Berenguer de Ceret ven a Ramon d'Anglès, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa tots els drets, accions, excepcions, peticions i rèpliques que té en contra d'algunes persones a l'honor del difunt Guillem de Coma d'Ortafà i del germà d'aquest, Berenguer, a causa dels béns que Guillem de Coma havia obligat a la difunta Jordana, germana de Berenguer de Ceret, en compensació dels 600 sous barcelonesos que aquesta li havia aportat en dot, tal com està estipulat a l'acta que lliura ara als templers. Per aquesta venda, Berenguer reconeix haver rebut 90 sous melgoresos.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 192v-193, acta núm. 334.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 236-237, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 28-31, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Cereto, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide, sine omni enganno et aliquo retentu, cum hac carta

imperpetuum valitura vendo, dono, diffinio et in presenti trado ac penitus derelinquo domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Anglesio, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et cui volueritis dare, dimittere,<sup>a</sup> vendere aut alienare, ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas, omnia jura et voces et rationes, actiones, exceptiones, petitiones, replicationes et omnia alia jura hic expressa vel non expressa mihi competencia vel competitura, que habeo et habere debeo adversus<sup>b</sup> aliquas personas in omni honore Guilelmi<sup>c</sup> de Comba de Ortafano condam et Berengarii, fratris ejus, ratione pignoris facti quondam Jordane sororis mee que fuit condam. Quam obligationem predictam jam dictus Guilelmus de Comba dicte Jordane fecit tempore nupciarum pro DC solidis barchinonensium, quos dicta Jordana attulit predicto viro suo Guilelmo, sicut in instrumento inde confecto continetur, quod instrumentum vobis in presenti trado. Que omnia predicta vendo et solvo ac diffinio vobis, fratri Raymundo de Anglesio, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, cum ingressibus et egressibus suis, et pertinenciis, et terminis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest, pro XC solidis malguriensibus, de quibus omnibus confiteor me bene esse pacatus,<sup>d</sup> exceptioni pecunie<sup>e</sup> non numerate renuncians. Et omni juri divino vel humano, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, decreti vel decretalis, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justii pretii, vel alio aliquo modo quod contra hoc, in aliquo vel in toto, in judicio vel extra judicium, potero, ex certa scientia omnibus modis expresse renuncio totumque quod predicta venditio plus hoc pretio modo valet vel valebit vobis predictis et cui volueritis justo donationis titulo ex gracia dono, et nullum jus in dicta venditione mihi nec meis retineo, set totum in jus vestrum et potestatem irrevocabiliter transfero. Et promitto<sup>f</sup> vobis vel quibus volueritis bona fide et per firmam stipulationem quod in hoc vos nec vestros non engannem nec decipi ullo modo permittam,<sup>g</sup> set totum vobis predictis, et cui volueritis, tenere et possidere, ut predictum est, faciam in pace perpetuo. Et teneor vobis, vel quibus volueritis, de omni evictione, obligans inde vobis et vestris omnia bona mea ubique vita et morte. Actum est hoc II<sup>e</sup> idus junii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. Sig+num Berengarii de Cereto predicti, qui hoc totum fieri jussi, firmavi, laudavi testesque firmare rogavi. Sig+++na Petri



de *Rayners*, Arnaldi de Sancto Martino, et Raymundi de Sancto Martino, militum.

Petrus, subdiaconus,<sup>h</sup> scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque iussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitere *B.*    b. versus *B.*    c. Guillmi *B.*    d. paccatus *B.*    e. peccunie *B.*  
f. promito *B.*    g. permitam *B.*    h. subdiaconus *B.*

## 281

1221, 22 de juny

*Guillema, filla del difunt Bernat d'Oms i vídua de Berenguer de Malloles, amb el consentiment de Guillem de Reiners, el seu espòs, i després d'haver-ne deliberat amb els seus parents, ven a fra Ramon d'Anglès, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa tots els drets i recursos que té a les parròquies de Santa Maria de Malloles i de Sant Mamet, i tot el que pot tenir en aquestes parròquies a causa de la donació nupcial del seu difunt marit Berenguer de Malloles. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 400 sous barcelonesos.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 232r-v, acta núm. 415.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 234, segons *B.*

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 32-35, segons *B.*

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego domina Guillelma, filia condam Bernardi<sup>a</sup> de Ulmis et uxor condam Berengarii de Malleolis, bona fide, sine omni enganno, per me et per omnes meos presentes atque futuros, cum consilio ac voluntate viri mei Guilelmi de Raynerio, inspecta etiam maxima utilitate mea et habita deliberacione amicorum meorum, vendo, dono ac diffinio et solvo penitus derelinquo imperpetuum, cum hac presenti carta perenniter valitura irrevocabiliter trado, tibi fratri Raymundo de Anglesio, preceptorum domus Mansi Dei, et omnibus fratribus, presentibus et futuris, omnia jura et omnes voces et rationes et petitiones et excepciones, replicationes et omnia alia hic expressa vel non expressa mihi competenti vel competitura, que habeo vel habere debeo et mihi pertinet et pertinere debet in omnibus terminis Sancte Marie de Malleolis et Sancti Mameti, et quicquid mihi pertinet in omnibus predictis terminis racione dicti viri mei Berengarii de Malleolis quondam, scilicet donacionis propter nup-

cias vel racione pignoris aut returni, sicut melius in instrumentis per alphabetum divisim inde factis continetur, quorum vobis unum in presenti trado, vel alio quocumque modo, ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas, sicut melius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest, pro CCCC solidis barchinonensium, de quibus omnibus confiteor me bene esse paccata et esse satisfacta in omnibus, renunciando exceptioni pecunie non numerate. Et omni juri divino vel humano, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, decreti vel decretalis et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justii pretii vel alio aliquo modo, quod contra hoc in aliquo vel in toto in iudicio vel extra iudicium venire potero, ex certa scientia omnibus modis et expresse renuncio, totumque quod predicta venditio vel diffinitio plus hoc pretio modo valet vel valebit vobis predictis vel cui volueritis justo donationis titulo ex gracia dono et solvo ac diffinitio, et nullum jus in dicta venditione vel diffinitione michi nec meis retineo, set totum in jus vestrum et potestatem irrevocabiliter transfero et me et meos ex toto denudo et vos et vestros investio et in corporalem possessionem mitto,<sup>b</sup> constituendo vos procuratores in rem vestram. Et convenio vobis et per veritate recognosco per meam rectam fidem, quod nichil feci nec faciam pro quo dicta venditio vel diffinitio vobis minus valeat. Et promitto<sup>c</sup> vobis bona fide et per firmam stipulationem quod in hoc vos nec vestros non engannem vel decipi ullo modo permittam,<sup>d</sup> set totum vobis et cui volueritis tenere et possidere, ut predictum est, faciam in pace perpetuo. Et teneor vobis de omni evictione, obligans inde vobis et successoribus vestris omnia mea ubique vita et morte. Et ut hec omnia predicta majorem obtineat firmitatem, ego Guilelma domina jam dicta, juro per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia quod ita, ut predictum est, attendam et quin contra non veniam nec venire faciam, occulte vel manifeste. Actum est hoc X<sup>o</sup> kalendas julii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX I<sup>o</sup>. Sig++na Guilelme domine et ejus viri, Guilelmi de Rainerio, qui hoc totum fieri jussimus, firmavimus, laudavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Poncii Roberti, et Bernardi *Talo* de Baxani, et Guilelmi *Talavis* de Pollestris.

Petrus subdiaconus,<sup>e</sup> scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Raymundi *B.*    b. mitto *B.*    c. promitto *B.*    d. permittam *B.*    e. subdiaconus *B.*

## 282

1221, 13 de desembre

*Estranya, dona de Bages, ven a fra Ramon d'Anglès, comanador del Masdéu, i als frares d'aquesta casa un camp que té a la par-ròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Vilatriac. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 50 sous melgoresos. Els frares del Masdéu li prometen que el dia de la seva mort portaran la seva despulla al Masdéu i li donaran sepultura al cementiri de Santa Maria, i la faran partícip dels béns espirituals de l'orde.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 178v-179, acta núm. 304.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 235-236, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 36-38, segons B.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Estrania, femina de Bagis, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide, sine omni enganno et aliquo retentu, cum hac carta imperpetuum valitura vendo, dono, diffinio ac penitus in presenti trado domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri Raymundo de Anglesio, preceptori Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et cui dare, dimittere,<sup>a</sup> vendere aut alienare volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas, totum quendam campum meum, quem habeo in terminis Sancte Eugenie de Ortafano, in loco vocato Villa *Trit*, cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius ad utilitatem vestram vestrorumque legi, intelligi ac dici potest, pro L solidis malguriensium, de quibus omnibus confiteor me bene esse paccatam, renuncians exceptioni pecunie non numerate, et omni juri divino vel humano, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, decreti vel decretalis vel etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justii pretii, vel alio aliquo modo quod contra hoc in aliquo vel in toto, in judicio vel extra judicium, venire poterimus, ex certa scientia omnibus modis expresse renuncio, totumque quod predicta venditio plus hoc pretio modo valet vel valebit justo donationis titulo ex gracia dono, et nullum jus in dicta venditione mihi nec meis retineo, set totum in jus tuum et potestatem irrevocabiliter transfero. Et promitto<sup>b</sup> vobis et vestris bona fide et per firmam stipulationem quod in hoc vos nec vestros non engannem nec decipi ullo modo permittam,<sup>c</sup> set

totum vobis et vestris et cui volueritis tenere et possidere faciam in pace perpetuo per alodium franchum, et teneor vobis et vestris de omni evictione, obligans inde vobis et vestris omnia ubique nostra, vita et morte. Et nos fratres Mansi Dei promittimus<sup>d</sup> tibi Estranie femine predictae quod in die obitus tui portabimus te ad domum Mansi Dei et sepelliemus te in cimiterio<sup>e</sup> Beate Marie Mansi Dei, et recipimus te participem in omnibus spiritalibus bonis domus milicie et nostrorum fratrum predictorum. Affrontat predictum campum ex I<sup>a</sup> parte in campo Berengarii de Bagis, de II<sup>a</sup> et III<sup>a</sup> in terra *Tibors*, de IIII<sup>a</sup> in via publica. Actum est hoc idibus<sup>f</sup> decembris, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. Sig+num Estranie femine predictae, que<sup>g</sup> hoc totum fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+++na Guilelmi Reulis de Bagis, et Guilelmi *Rayners*, et Stephani de Riardo.

Petrus, subdiaconus,<sup>h</sup> scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimittere B.    b. promito B.    c. permitam B.    d. promittimus B.    e. cimiterio B.  
f. idus B.    g. qui B.    h. subdiachonus B.

## 283

1222 (nou estil), 14 de febrer

*Ricsenda Espinella, de Malloles, i la seva filla Ermessenda venen a fra Guillem, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, a fra Bernat i als seus un hort que tenen a la parròquia de Santa Maria de Malloles, als Horts d'Avall, amb tots els arbres que s'hi troben. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 100 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 215v-216, acta núm. 375.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, Cart. *gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 112-115, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Ricsendis Espinella de Malleolis, et ego Ermessendis, filia ejus, per nos et per omnes nostros presentes et futuros, bona fide et sine omni enganno vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus tibi fratri Petro, preceptori domus milicie de Perpiniano, et tibi fratri Bernardo et omnibus vestris et cui dare vel dimittere<sup>a</sup> volueritis vel vendere, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas vita et morte, unum ortum nostrum, quem habemus et habere debemus in adjacentia Sancte Marie de

Malleolis, ad Ortis inferioribus, cum omnibus arboribus que in eis sunt vel erunt, et affrontat ab oriente in orto Petri Seniofredi de Perpiniano, quem tenet Poncii Pauci, a meridie in orto Nicholay Madelerii de Perpiniano, ab occidente in orto Petri Fusterii de Malleolis, ab aquilone in pignore Raymundi Pajesii de Malleolis. Sicut includitur in istis III<sup>or</sup> affrontationibus dictum ortum, sic vendimus eum vobis et vestris et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus in aliquo modo propter pretium C solidorum bonorum malguriensium, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes omni exceptioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii pretii decepti sunt similiter renunciamus. Et sic de nostro jure et dominio in jus et in dominium et in potestatem vestram vestrorumque dictam venditionem tradimus et vos hodie penitus in corporalem possessionem inducimus, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestram utilitatem et vestrorum. Et si hec venditio modo plus valet prefato pretio, vel in posterum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia vobis et vestris gratis inter vivos damus et laudamus firmiterque concedimus, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, renunciantes expressim ex certa scientia omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generali vel speciali, nobis vel nostris ad hec infringenda competenti seu competituro. Et bona fide per stipulationem vobis stipulanti promittimus<sup>b</sup> quod in hoc vos nec vestros non decipiamus nec decipi patiamur, set semper cunctam pretaxatam venditionem faciamus vobis et vestris bonam habere et possidere contra cunctos homines per liberum alodium. Et stemus inde vobis et vestris fideles et legales guirentes ac defensores<sup>c</sup> amodo, obligantes inde vobis per vinculum omnes ubique res nostras mobilis et immobilis in vita et in fine. Et quod [contra]<sup>d</sup> hanc venditionem nunquam veniamus, vel veniri faciamus per nos vel per aliquam interpositam personam bona fide per stipulationem promittimus,<sup>b</sup> et etiam, tactis sacrosanctis III<sup>or</sup> Evangeliiis Dei, sponte juramus. Actum est hoc XVI<sup>o</sup> kalendas martii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> primo, regnante rege Philipo. Sig++na Ricsendis predictae et Ermessendis filie ejus, que ita hec omnia nos duas laudamus et testes firmare rogamus. Sig+++na Guilelmi Sabte et Poncii filii ejus atque Guilelmi Gelmirii, testium. Guilelmus Grossi scripsit hoc vice Bernardi de Apiano, levite, et voluntate Guilelmi Sacriste de Malleolis et suprascriptit in XII<sup>a</sup>

linea et hoc sig-(SM)-num fecit. Guilelmus Sacrista de Malleolis, sacerdos, subscripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. dimitere B.    b. promitimus B.    c. deffensores B.    d. contra omès B.

## 284

1222, 2 de maig

*Guila Cucunyana de Malloles ven a fra Ramon d'Anglès, comanador del Masdèu, i a fra Pere, comanador de Perpinyà, un camp que té a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Farraginars de Via Mercadera, salvat els drets de l'església de Sant Aciscle, a saber la meitat del quartó i de l'agrer. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 50 sous barcelonenses. Guillem Sagristà de Malloles, lloctinent de l'església de Sant Aciscle, ha confirmat aquesta venda, per la qual declara haver rebut el foriscapi.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 268v-269, acta núm. 473.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 237-238, segons B.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 116-119, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Guila Cucunania de Malleolis per me et per omnes meos, presentes et futuros, nulla vi coacta nulliusque ingenio decepta, set cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendo et dono et laudo firmiterque concedo tibi, Raymundo Anglesio, preceptori domus Templi Mansi Dei, et tibi fratri Petro, preceptori domus Perpiniani, et omnibus successoribus vestris, presentibus et futuris, et omnibus fratribus milicie Templi, et cui dare vel dimittere<sup>a</sup> sive vendere vel inpignorare volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas vita et morte, videlicet unum campum meum, quem habeo et habere debeo in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, in loco qui dicitur ad Ferraginas de via *Mercadera*, et affrontat ab oriente et a meridie et ab occidente in tenencia de vos comparatores,<sup>b</sup> ab aquilone in via *Mercadera*. Sicut in hiis prenominatis IIII<sup>or</sup> affrontacionibus dictum campum includet, sic vendo eum vobis et vestris et successoribus vestris et cui volueritis, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus in aliquo modo, propter precium L<sup>a</sup> solidorum barchinonensium bonorum, de quibus per paccatum me

teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate. Et si dicta vendicio modo plus valet, vel inantea ascendit majoris, totum illud dono et laudo firmiterque concedo vobis jam dictis et omnibus successoribus vestris, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Et sic de meo jure et dominio in jus et in dominium et potestatem vestram vestrorumque dictam vendicionem trado, et vos hodie penitus in corporalem possessionem investio, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestrum intellectum et vestrorum, renuncians expressim ex certa sciencia omni juri divino et humano, scripto et non scripto,<sup>c</sup> generali vel speciali, michi competenti vel competituro ad hec infringenda. Bona fide per firmam stipulacionem vobis stipulanti promitto<sup>d</sup> quod in hoc vos nec vestros non decipiam nec decipere faciam, set semper cunctam pretaxatam vendicionem faciam vobis et vestris bonam tenere et habere et in pace possidere contra cunctos homines, salvis juribus Sancti Aciscli in omnibus, videlicet medium quartum et medium agrarium. Et stabo inde vobis et vestris bonum et fidelem, legalem guirentem ac defensorem<sup>e</sup> ab omnibus emparatoribus<sup>f</sup> et evicione, unde obligo vobis et successoribus vestris omnes ubique res meas mobiles et immobiles in vita et in fine pro evicione et emparacione. Et promitto<sup>d</sup> vobis in bona fide, ad majorem cautelam, quod contra hoc non veniam nec veniri faciam, et ultra fidem, tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliis Dei, sponte juro, quod sacramentum corporaliter facio. Actum est hoc VII<sup>o</sup> nonas may, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, regnante rege Philipo. Sig+num Guille Cucunanie predictae, que ita hec omnia firmo et testes firmare rogo. Sig+++na Malleoli Gasaldi, et Guilelmi Gasaldi, ejus filii, et Arnaldi Roerii, testium. Sig+num<sup>g</sup> Guilelmi *Sacrista* de Malleolis, qui tenens locum Sancti Asciscli, qui hoc laudavit et testes firmare rogavit et inde suum foriscapium habuit.

Guilelmus Grossi scripsit hoc, rogatus, vice Guilelmi Sacriste de Malleolis jam dicti, et suprascripti in X<sup>a</sup> linea, et hoc sig-(SM)-num fecit. Guilelmus Sacrista de Malleolis, sacerdos predictus, subscripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. dimitere *B.*      b. compratores *B.*      c. divina et humana, scripta et non scripta *B.*  
 d. promito *B.*      e. deffensorem *B.*      f. amparatoribus *B.*      g. Sig+na *B.*



## 285

1222, 19 de maig

*Adelaida, filla d'Ermessenda Sastre, amb el consentiment del seu marit, Guillem de na Blanca, reconeix que Bernat Esteve, de la cellera de Sant Hipòlit, li ha pagat els 125 sous melgoresos que devia al seu anterior marit, el difunt Pere Ramon de Sant Hipòlit, i que aquest últim havia llegat a Adelaida en el seu darrer testament. Per tant, restitueix a Bernat la tercera part d'una vinya situada a Sant Hipòlit, al lloc anomenat les Arenes, que aquest havia donat en penyora al seu antic marit. Li lliura igualment l'acta d'empenyorament corresponent i promet no reclamar-li res més sobre això.*

A Original, pergamí, amplada 180/185 mm, alçada 140/145 mm, ADPO, 1B42.<sup>226</sup>

Notum sit cunctis quod ego Aladaydis, filia Ermessendis Sartricus, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non inducta dolo neque vi nec circumventa in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta inperpetuum valitura, consilio et voluntate ac laudamento mariti mei, Guilelmi *de na Blanca*, profiteor et recognosco me bene esse paccatam a te, Bernardo Stephano, de Sancto Ypolito de cellaria, et a tuis, ex illis CXXV solidis melgoriensium bonis, quos debebas marito meo Petro Raimundo de Sancto Ypolito quondam, quos dictus maritus meus Petrus Raimundi michi dimisit in suo ultimo testamento, seriem cujus plene vidi. Pro quibus CXXV solidis melgoriensium tu dictus Bernardus Stephanus inignoravisti Petro Raimundo, marito meo predicto quondam, terciam partem unius vinee in adjacentia Sancti Ypoliti, in loco vocato ad Arenas, sicut in carta pignoratuta inde facta continetur quam tibi reddo. De quibus omnibus predictis CXXV solidis melgoriensium bonis per paccatam me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate. Ideoque solvo et diffinio tibi, dicto Bernardo Stephano, et tuis, totum quicquid petebam vel petere poteram tibi vel tuis pro predictis CXXV solidis melgoriensium nunc et in perpetuum, ita quod decetero ego nec mei vel aliquis nomine meo unquam amplius aliquid tibi vel tuis petere vel requirere possimus in vita vel in fine. Actum est hoc XIII kalendas

226. El document porta al dors una menció del segle xv en català: «no val res», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3192».



junii, anno Domini MCCXXII°. ++Signa Aladaydis et Guilelmi *de na Blanca*, mariti ejus, qui ita hec omnia firmamus firmarique rogamus. +++Signa Raimundi *Calaf*, et Petri Mauratoni de Livia, et Guilelmi *Correga*, testium.

Petrus de Rivo scripsit hoc vice Poncii de Bajolis et hoc sig-(SM)-num fecit.

Poncius de Bajolis, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

## 286

1222, 17 de juny

*Joan Nadal ven a la casa de la milícia del Temple de Perpinyà i al seu comanador, Pere, tot el quartó i la senyoria directa que té sobre dues feixes de terra que havia comprat a Felip d'Alenyà i al seu germà Deusde. Aquestes feixes se situen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà i confronten amb el carrer que va a [l'església de] Sant Martí. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 90 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 260r-v, acta núm. 458.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 238-239, segons B.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 120-123, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Johannes Natalis, per me et per omnes meos presentes atque futuros, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domui milicie Templi Perpiniani et tibi, fratri Petro, preceptori ejusdem domus, et fratribus et successoribus ibidem presentibus ac futuris, totum quartum, jus et dominium quod habeo et habere debeo et accipio in illis duabus faxiis terre, quarum una fuit Petri de Siurana condam et modo tenet eam filia ejus Maria, alia est domus Sancti Salvatoris. Quod quartum, jus et dominium emi a Philipo de Alainano et a fratre ejus *Deusde*, sicut in carta inde facta continetur, quem vobis trado. Que faxia terre sunt in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniani, et affrontant ab oriente in campo dicte domus milicie, a meridie in via que tendit ad Cumbis, ab occidente in campo Sancti Martini et in vinea Guilelmi Boneti condam qui fuit, ab aquilone in via

que vadit apud Sanctum Martinum. Sicut superius dictum est, sic vendo et laudo dicte domui milicie Templi Perpiniani et tibi, fratri Petro, preceptori ejusdem domus, et fratribus et successoribus ibidem presentibus ac futuris, totum predictum quartum, jus et dominium quod in predictis faxiis terre habeo, totum, integritur ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem dicte domus milicie. Cedo etiam et dono dicte domui et tibi dicto fratri Petro, preceptori, et successoribus et fratribus, presentibus ac futuris, omnes actiones et exceptiones et jura que adversus aliquas personas pro predictis omnibus habeo vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti dictam domum milicie investio et in corporalem possessionem juris et facti mitto.<sup>a</sup> Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facio dicte domui et tibi dicto preceptori, et fratribus et successoribus, presentibus ac futuris, precio LXXXX solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii precii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec vendicio modo plus valet prefato precio, vel in posterum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia dicte domui milicie et tibi, dicto fratri Petro, preceptori ejusdem domus, et successoribus et fratribus ibidem presentibus ac futuris, gratis inter vivos dono et laudo firmiterque concedo ad omnes vestras voluntates faciendas omni tempore. Promitto<sup>b</sup> etiam vobis bona fide per stipulacionem quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec vendicio dicte domui milicie valeat vel infringi possit, quod si forte feci, vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam, in presenti, de omnibus predictis juribus que in dictis faxiis terre habeo inde denudo, et dictam domum milicie et te, predictum preceptorem, et fratres et successores ibidem presentes et futuros, investio ad omnes vestras voluntates faciendas. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas julii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>. Sig+num Johannis Natalis, qui ita hec omnia firmo firmarique rogo. Sig+++na Guilelmi de Laurono, et Bertrandi de Milicia, et Petri Abbatis, testium. Ego Bernardus Sapte hanc cartam scripsi mandato Poncii de Bajolis. Ego Poncius de Bajolis, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, hanc cartam sic scribi feci et hoc sig-(SM)-num feci.

a. mito *B.*    b. promito *B.*

## 287

1222, 15 de setembre

*Pere de la Mar, de Santa Maria la Mar, ven a fra Ramon d'Anglès, comanador del Masdéu, a fra Martí Crespell, sotscomanador, a fra Cabot, comanador de Sant Hipòlit, i als altres frares de la milícia del Temple tota l'honor que té i que altres tenen per ell a la vila i al terme de Sant Hipòlit, que el difunt Ramon Bonet tenia en feu pel difunt Pere de Sant Hipòlit i que el dit Ramon havia llegat al seu pare, Guillem de la Mar. Aquesta honor comprèn un mas, un celler, un antic hort on s'alcen ara diverses cases, horts i camps dispersats pel terme de Sant Hipòlit, i tots els drets que Pere de la Mar té al feu que té per Guillem de Juegues al lloc anomenat Ribera Conteça, i que un altre té per ell. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 1.700 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 18v-19v, acta núm. 33.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 239-241, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 34-41, segons B.

In Chisti nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus de Mari, de Sancta Maria Maris, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide, sine omni enganno, non inductus dolo neque vi metuve compulsus nec circumventus in aliquo, immo bona ac spontanea voluntate, gratis, sine vi, cum hac carta perpetim valitura vendo, dono, diffinio, et in presenti irrevocabiliter trado penitusque derelinquo domino Deo et venerabili domui milicie Templi et tibi, fratri Raymundo de Anglesio, preceptori domus Mansi Dei, et tibi fratri Martino Crispelli, ejusdem subpreceptori, et tibi fratri Caboto, preceptori Sancti Ypoliti, et universis aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates imperpetuum faciendas, totum ipsum honorem meum, heremum et condirectum, qui fuit Raymundi Boneti condam de Sancto Ypolito, quem habeo et teneo et alii pro me tenent in villa et terminis Sancti Ypoliti. Quem dictum honorem dictus Raymundus Boneti tenebat ad fevodium pro Petro de Sancto Ypolito condam, quem honorem sua ultima voluntate dimisit Guilelmo de Mari, patri meo, prout melius in suo testamento continetur, videlicet mansum et cellariam, et totum unum ortum condam, qui modo est constructus et edificatus<sup>a</sup> in casis sive in domibus, et unum campum juxta ortum castri vestri, qui vocatur ad Cortale; et om-

nes terras que sunt in loco vocato in Cloto de Remigio, quas pro me alii tenent; et totam unam terram, que condam fuit vinea, in dicto Cloto de Remigio, quam teneo pro domino Poncio de Verneto et Aymerico Gallono et pro metipso; et totum campum de *Monegal*; et unam faxiam terre ad *Conangle*; et duas pecias terre ad Agullias; et unum quadronum ultra fluvium Aiglini; et quandam faxiam terre ad Canerium, quam pro me alius tenet; et omnes ortos qui vocantur Ortos Rotlanni, quos pro me alii tenent; et omnia jura que habeo in illo fevodo quod teneo pro Guilelmo de Judaycis, in loco vocato ad Ripariam Conteçia, quod pro me alius tenet. Qui totus prefatus honor est intus villam et in terminis Sancti Ypoliti. Quem predictum honorem, heremum et condirectum, a celo usque in abyssum,<sup>b</sup> et casas et casalia, ortos et ortalia, campos et vineas, herema et condirecta, prata et pratalia, arbores fructiferas et infructiferas,<sup>c</sup> aquas et aqualia, quartos et quarterias, quintos et agraria, taschas et omnia terremerita, census et usaticos, foriscapia et acapita, servicia et dominia, et omnia alia jura, hic expressa vel non expressa, ad jam dictum honorem pertinentia sive competitura, prout melius et plenius dictus Raymundus Boneti et pater meus prefatus habuerunt et tenuerunt, et ego modo teneo ac possideo, vendo, dono ac diffinio dicte domui milicie Templi et vobis, prenominitis fratribus, et vestris et cui volueritis, cum ingressibus et egressibus suis et undique pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus et accidentibus, et cum omnibus juribus et melioramentis suis, sicut melius et plenius ad utilitatem dicte domus milicie Templi et vestrorum, predictorum fratrum, legi, intelligi ac dici potest, ad omnes vestras voluntates imperpetuum faciendas, pro M et DCC solidis malguriensium bonorum, quos omnes numeratos habuisse et recepisse confiteor a dicta domo milicie Templi et vobis, prefatis fratribus, in maxima mea utilitate. De quibus omnibus concedo me bene esse paccatus et sum, et ita quod omni exceptioni peccunie non numerate renuncio, et omni juri, divino vel humano, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, decreti sive decretalis, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justi pretii vel alio quolibet modo, pro quibus contra hec omnia supradicta in aliquo vel in toto, in judicio vel extra judicium, venire sive revocare potuero, ex certa scientia omnibus modis et expresse renuncio. Totumque quod predicta venditio plus hoc pretio modo valet vel in futurum valebit, dicte domui milicie Templi et vobis, prestatis fratribus, imperpetuum, justo donationis titulo ex gracia

dono ac diffinio. Et nullum in universo prenominate honore mihi aut meis retineo, immo<sup>d</sup> totum dictum honorem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, in jus et posse dicte domus milicie Templi et vestrorum, predictorum fratrum, mitto<sup>e</sup> et irrevocabiliter transfero, ibique vos dominos et possessores in presenti constituo et investio, et inde me et meos penitus eicio et denudo. Cedo etiam et dono dicte domui milicie Templi et vobis, dictis fratribus, imperpetuum, omnes actiones, exceptiones, replicationes et jura, que adversus dictum honorem sive deinde acquirere seu petere potero ullo quolibet modo. Et promitto<sup>f</sup> vobis bona fide et per firmam stipulationem quod in hoc dictam domum milicie Templi et vos, dictos fratres, non engannem nec decepi ullo modo permittam,<sup>g</sup> set universum dictum honorem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ut dictum est, dicte domui milicie Templi et vobis, dictis fratribus, tenere et possidere faciam in pace perpetuo. Et teneor dicte domui milicie Templi et vobis, dictis fratribus, de omni evictione et de omni quod jure evictionis inde amittere<sup>h</sup> potueritis, obligans inde vobis et vestris omnia ubique mea. Si vero aliqua persona in universo prefato honore dicte domui milicie Templi et vobis, dictis fratribus, aliquid vel totum emparaverit sive abstulerit vel evicerit, pro culpa mea tantum, teneor dicte domui milicie Templi et vobis, dictis fratribus, quod faciam totum dictum honorem, ut dictum est, bonum habere et tenere in pace. Et dono vobis super omnia ubique mea, vita et morte, uti autem omnia suprascripta dicte domui milicie Templi et vobis, sepedictis fratribus, mayorem obtineant firmitatem. Et ego fideliter teneam et observem, per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia corporaliter juro quod contra non veniam nec veniri faciam occulte vel manifeste. Actum est hoc XVII<sup>o</sup> kalendas octobris, anno Christi M<sup>o</sup> CCXXII. Sig+num Petri de Mari predicti, qui hoc totum fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++++na Berengarii Traverii, et Guilelmi Exuti, et Miri Alendis, et Raymundi Alendis, de Sancto Ypolito, et Bernardi Plasilii, de Sancta Maria Maris.

Petrus, presbiter, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus atque jussus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. hedificatus *B.*    b. habissum.    c. infructifera *B.*    d. ymo *B.*    e. mito *B.*  
f. promito *B.*    g. permitam *B.*    h. amiterere *B.*



## 288

1223 (nou estil), 10 de març

*Ramon Jordi de Tatzó d'Avall i la seva muller Blanca venen a fra Ramon d'Anglès, comanador del Masdéu, a fra Guillem, comanador de Palau [del Vidre], a fra Pere de Tatzó i a tots els altres frares de la milícia del Temple una vinya que tenen per la milícia del Temple a la parròquia de Sant Martí de Tatzó, al lloc anomenat la Plana. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 130 sous melgoresos.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 93v-94, acta núm. 149.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 241-242, segons *B*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 335-338, segons *B*.

In Dei<sup>a</sup> nomine. Notum sit cunctis quod ego Raymundus Jordi de Taciono Inferioris, et ego Blancha femina, uxor ejus, nos duo insimul, bona fide et sine enganno, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, cum hac carta omni tempore valitura, vendimus in presenti sine aliquo retentu, Deo et tibi, fratri Raymundo de Anglesio, preceptori domus Mansi Dei, et tibi, fratri Guilelmo, preceptori Palacii, et tibi, fratri Petro de Taciono, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus ac futuris, et cui dare, dimittere,<sup>b</sup> vendere aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras et successorum vestrorum perpetuo faciendas, totam unam vineam nostram, quam habemus et tenemus pro vobis et fratribus milicie Templi in terminis Sancti Martini de Tacione, ad Planam. Quam vineam predictam vendimus et damus Deo et Beate Marie Mansi Dei et vobis, fratribus, et successoribus vestris et cui volueritis, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus et cum terra in qua plantata est, sicut melius ad utilitatem vestram et successorum vestrorum dici vel intelligi potest, pro CXXX solidis malguriensium, quos omnes accepimus a vobis de bonis milicie Templi, de quibus omnibus confitemur nos esse bene paccatos<sup>c</sup> in utilitatem nostram, ita quod, ex certa sciencia, excepcioni non numerate peccunie expresse renunciamus. Et promittimus<sup>d</sup> vobis et successoribus vestris, bona fide et per firmam stipulacionem, quod in hoc vos nec successores vestros non engannamus nec decipi ullo modo permittemus,<sup>e</sup> occulte<sup>f</sup> nec manifeste, set totum vobis et successoribus vestris, et cui volueritis, tenere et possidere faciemus in pace, sine aliquo contradictu, perpetuo. Et renunciamus expresse omni juri, legis vel consue-

tudinis, scripto vel non scripto, quod contra hec, in aliquo vel in toto, venire poterimus, in iudicio vel extra iudicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam. Et nullum jus in dicta vinea nec in terra in qua plantata est nobis nec nostris retinemus, et totum de jure nostro et potestate in jus vestrum et successorum vestrorum irrevocabiliter transferimus. Diffinimus ex gracia totum quod dicta vendicio plus hoc precio modo valet vel valebit. Et tenebimur inde vobis, fratribus, et successoribus vestris, de omni evictione, unde obligamus omnia nostra adquisita et acquirenda, vita et morte, ubique. Et affrontat vinea predicta ab oriente in vinea *Deussalvet Servent*, a meridie in vinea Sancti Sepulcri, occidente in campo Fabresse femine et in vinea Cortesii, aquilone in vinea Bernardi Boteti. Et est manifestum. Actum est hoc VI° idus marcii, anno dominice Incarnationis M° CC° XX° II°. Filippo rege in Francia. Sig+num Raymundi Jordi et Blanche femine, uxoris ejus, qui hoc totum fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Et habeatis de ista hora inantea dictam vineam per alodium franchum et liberum. Sig+++na Poncii de Turri, et Arnaldi Andree, et Raymundi Bajuli, quorum in presencia hec carta fuit laudata a Raymundo Jordi. Sig++na Raymundi Raymundi *Torresol* et de Tacione, et Petri Pagesii, quorum in presencia Raymundi Bajuli predicti hec carta fuit laudata a Blanca, femina.

Petrus de Palacio, presbiter, scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. Die B.    b. dimitere B.    c. paccati B.    d. promitimus B.    e. permitemus B.  
f. oculte B.

289

1223, 30 d'abril

*Pere Marquès de Pollestres cedeix a la casa del Masdèu, a Ramon d'Anglès, comanador, i als altres frares d'aquesta casa tots els drets, accions i recursos que té sobre la masada i l'honor que Ramon Seurior de Nils li ha llegat en testament, i que aquest darrer tenia pel difunt senyor Guillem de Montesquiu al terme de Santa Maria de Nils. Per aquesta concessió, reconeix haver rebut una aimina d'ordi.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 186r-v, acta núm. 320.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 260, segons B.

D Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 39-41, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus Marchesius de Pollestris, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide et sine enganno, gratis, sine vi, cum hac carta omni tempore valitura solvo et diffinio et cedo et in presenti dono intuitu justicie, pro amore Dei, in remissione omnium peccatorum meorum et patris mei et omnium aliorum amicorum meorum, domui Mansi Dei et tibi, Raymundo de Anglesio, fratri et preceptori Mansi Dei, et omnibus ejusdem fratribus, presentibus atque futuris, sine omni retentu, omnia jura et voces et actiones omnes, quas habeo et habere debeo aliquo modo in toto illa mansata et in honore quem Raymundus Seuriorius de *Ainils* mihi dimisit in suo testamento. Quam mansatam et honorem jam dictum tenebat predictus Raymundus Seurius<sup>a</sup> in terminis Sancte Marie de *Anils* pro domino Guilelmo de Monte Eschivo condam. Et renuncians expresse omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quod contra hec in aliquo vel in toto, in judicio vel extra judicium, venire possem, et nullum jus in dicta mansata nec in honore jam dicto mihi nec meis non retineo, et totum ex gracia dono vobis atque diffinio. Pro qua diffinitione et donatione profiteor in presenti habuisse a vobis I eiminam ordei pulcri et recipientis, de qua me teneo bene per paccatum a vobis, ita quod exceptioni non persolute annone renuncio. Actum est hoc II<sup>e</sup> kalendas madii, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX III<sup>o</sup>, regnante Philipo rege in Francia. Sig+num Petri Marchesii de Polestris, qui hoc totum ita fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig++++na Bernardi Burdi de *Ainils*, et Stephani de Riarto, et Moratoni de *Baynuls*, testium.

Petrus, diaconus,<sup>b</sup> scriptor publicus, scripsit hoc rogatus atque jussus, litteris<sup>c</sup> fideliter suprapositis<sup>d</sup> in V<sup>a</sup> et in VI<sup>a</sup> linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Sic B. b. diachonus B. c. literis B. d. suprapoitis B.

1225, 2 d'agost

*Pere de Puig Otrer, fill del difunt Bernat de Puig Otrer, ven a la casa del Masdéu i a fra Ramon d'Anglès, el seu comanador, tota l'honor que té a la vila i la parròquia de Sant Hipòlit, és*



*a dir, el mas i masada de Bernat Esteve i dels seus germans, el mas i la masada de Berenguer Pecoll, tots els seus drets sobre la borda de Guillem Barlet i sobre el mas i la masada dels Pedascz de Juegues, els quals són tinguts en penyora per Ramon Alaman, així com tot el que té a la riba de l'Aglí del costat de Sant Hipòlit. Fa aquesta venda pel preu de 1.150 sous melgoresos, és a dir, 800 sous que els templers li donen ara, i 350 sous que han pagat a un home de nom de Ribesaltes per alliberar la part d'aquesta honor que tenia en penyora. Pere reconeix que tenia una part d'aquesta honor en feu per la milícia del Temple, i que l'altra part li pertanyia en alou.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 33v-34v, acta núm. 55.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 309-311, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 42-49, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Petrus de Podio Ultrario, filius condam Bernardi de Podio Ultrario, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non vi metuve compulsus, non dolo vel fraude inductus, set bona fide et sine omni enganno et absque ullo malo ingennio, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, cognoscens fore maximam utilitatem meam, vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado Deo et domui milicie Mansi Dei et tibi, fratri Raymundo de Anglesio, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis, presentibus et futuris, et quibus volueritis dare, dimittere<sup>a</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in infinitum faciendas, totum mansum et mansatam meam Bernardi Stephani et fratrum suorum; et totum mansum et mansatam meam Berengarii Pecolli; et totum quicquid juris habeo vel habere aliquo modo debeo in borda Guilelmi Barlet; et totum jus et dominium quod habeo et habere debeo et accipio in manso et mansata que vocatur *dels Pedascz* de Judaycis, quem mansum et mansatam habet in pignore Raymundus Alamain. Predictus vero honor est in villa de Sancto Ypolito et in ejus terminis et in adjacentia Sancti Ypolitici ejusdem ville. Sicut superius dictum est, sic vendo et in presenti irrevocabiliter trado Deo et dicte domui milicie Mansi Dei et tibi, dicto fratri Raymundo de Anglesio, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis, presentibus et futuris, nunc et imperpetuum, omnes predictos mansos et mansatas predictorum Bernardi Stephani et fratrum suorum, et Berengarii Pecolli, et omnes personas suas et omnes

descendentes eorum et omnem posteritatem suam, presentem et futuram, et totum quicquid juris habeo vel habere debeo aliquo modo vel accipio in manso et mansata que vocatur *dels Pedasz* de Judaycis, quam habet in pignore dictus Raymundus *Alamain*, et totum alium honorem meum heremum et condirectum, quem habeo et habere debeo in predicta villa de Sancto Ypolito et in ejus terminis et in omni adjacentia Sancti Ypoliti ejus ville, ultra aquam que vocatur Aiglivium versus Sanctum Ypolitum, scilicet campos, vineas, herema, condirecta, dominia, adempriva, terremerita et omnia omnino alia jura hic expressa vel non expressa mihi in predicta villa et in ejus terminis et in omni supradicta adjacentia, ultra aquam que vocatur Aglivium versus Sanctum Ypolitum, accidentia et pertinentia sive ullo modo competitura, totum integritate ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque successorum enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris successoribus intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Cedo etiam et dono Deo et dicte domui milicie Mansi Dei et tibi, dicto fratri Raymundo de Anglesio, preceptori ejusdem domus, et omnibus successoribus tuis ibidem presentibus atque futuris, omnes actiones et excepciones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro omnibus supradictis et singulis habeo vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti dictam domum et te, dictum preceptorem, et omnes successores tuos, de omnibus predictis et singulis in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facio Deo et dicte domui et tibi, dicto fratri Raymundo de Anglesio, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis et quibus volueritis, precio MCL solidorum malguriensium bonorum, scilicet pro CCC solidis ex quibus deliberetis de pignore quandam partem jam dicti honoris a posse Ripisaltis, et pro DCCCL solidis malguriensium, quos modo in continenti mihi numeratis; et ita sunt completi et numerati MCL solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, eununciando excepcioni pecunie non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii precii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud magis valencia gratis inter vivos jam dicte domui et tibi, prefato preceptori, et successoribus

tuis et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, nunc et imperpetuum dono et laudo firmiterque concedo ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates faciendas in eternum. Promitto<sup>b</sup> etiam me et meos semper vobis, jam dicte domui et predicto preceptori et successoribus tuis et omnibus fratribus ibidem presentibus atque futuris, nunc et in infinitum, de omni supradicta vendicione fore<sup>c</sup> legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione. Pro qua evictione et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis vos vel successores vestri, et pro omnibus aliis supradictis et singulis, obligo inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea mobilia et immobilia, presencia et futura, in vita et in fine. Item, promitto<sup>b</sup> Deo et dicte domui et tibi, dicto fratri Raymundo de Anglesio, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis, quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec vendicio jam dicte domui vel tibi, dicto preceptori, sive successoribus tuis, presentibus atque futuris, valeat vel infringi possit, quod, si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de omnibus supradictis et singulis me et meos semper denudo et predictam domum et te, dictum preceptorem, et omnes successores tuos, presentes atque futuros, prorsus investio et in corporalem possessionem et in vacuam et quasi possessionem juris et facti dictam domum et te, jam dictum preceptorem, et omnes successores tuos, presentes atque futuros, nunc et imperpetuum mitto,<sup>d</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in infinitum faciendas. Et est verum quod ego dictus Petrus de Podio Ultrario, tenebam a vobis in feudum quandam partem jam dicti honoris, set alia pars ipsius honoris est liberum et franchum alodium meum. De quibus etiam omnibus premissis et singulis me et meos semper penitus denudans, et etiam gratis et sine aliqua vi pefatam domum et te, jam dictum preceptorem, et omnes successores tuos, presentes atque futuros, investiens, et omni juri divino vel humano, scripto<sup>e</sup> vel non scripto, generaliter vel specialiter, mihi competenti vel competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum, scienter et consulte, ex certa scientia penitus renuncio. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> nonas augusti, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Sig+num Petri de Podio Ultrario predicti, qui ita hec omnia supradicta et singula firmo firmarique rogo. Sig+num Bernardi Brandini, Sig+num Petri Gallardi, Sig+num Andree Crassi, testium. Bernardus Berrachi scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num

fecit. Petrus de Rivo, scriptor publicus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimiterere B.    b. promito B.    c. forem B.    d. mito B.    e. scripto omès B.

## 291

1225, 19 de desembre

*Mascarós de Vila-rasa, reconeixent-se hereu d'una part de l'herència del seu oncle, Guillem de Vila-rasa, i havent-ne comprat l'altra part al seu cosí Pere Sanla, amb el consentiment de la seva esposa, Aelis Vidal, i del pare d'aquesta, Pere Vidal, ven a la casa del Masdéu i al seu comanador, fra Guillem Folc, totes les cases i la plaça que són fora de les muralles de Perpinyà, a la parròquia de Sant Joan, prop de la Porta de Malloles, que el rei de Catalunya-Aragó Pere I havia donat a Guillem de Vila-rasa. Mascarós fa aquesta venda pel preu de 1.700 sous melgoresos, és a dir, 600 sous que Esteve de Vila-rasa havia llegat als templers, i 1.100 sous que li són pagats pel reemborsament del deute d'Arnau de Trullac.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 259-260, acta núm. 457.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 311-313, segons B.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 124-131, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Mascarosius de Villa rasa, nepos et heres Guilelmi de Villa rasa, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti publica scriptura firmiter imperpetuum valitura, recognoscens me esse heredem pro parte avunculi mei predicti Guilelmi de Villa Rasa condam et recognoscens me similiter adquisisse ex causa empcionis aliam partem hereditatis a Petro Sanla, consobrino meo et coherede<sup>a</sup> meo, consilio ac voluntate ac laudamento et assensu Aelis Vitalie, uxoris mee, et Petri Vitalis, patris ejus, vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, preceptoris ejusdem domus, et successoribus tuis, et omnibus fratribus tam presentibus quam futuris predictae domus, omnes illas domos meas et plateam meam, que sunt extra muros Perpiniani, in adjacencia Sancti Johannis

ejusdem ville, juxta portalem<sup>b</sup> de Malleolis, que fuerunt condam Guilelmi de Villa rasa, predecessoris mei, sicut melius et plenius ipse adquisivit ex causa donacionis et concessionis a bona memoria Petri, Dei gracia regis Aragonum, et sicut plenius continetur in instrumento inde facto per manum Guilelmi de *Canon*, notarii domini regis predicti, quod vobis trado. Sicut superius dictum est, sic vendo domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis, et omnibus fratribus, tam presentibus quam futuris, ejusdem domus, et cui vel quibus volueritis, omnes predictas domos, de celo usque in abyssum,<sup>c</sup> et totam plateam prenominatam, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Cedo etiam et dono dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis, et omnibus fratribus, tam presentibus quam futuris, ejusdem domus, et vestris, et quibus volueritis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro predicto honore habeo vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti predictam domum Mansi Dei et te, predictum Guilelmum Fulchonem, preceptorem ejusdem domus, et omnes successores tuos, presentes atque futuros, in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facio dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, precio mille DCC solidorum malguriensium, scilicet pro DC solidis malguriensium quos Stephanus de Villa rasa dicte domui dimisit in sua ultima voluntate et pro mille C solidis quos incontinenti michi numeratis et traditis ad solvendum debitum Arnaldi de Trullaco, et ita sunt completi mille DCC solidi malguriensium, de quibus per paccatum et contentum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia gratis inter vivos domino Deo et dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, diffinio et dono firmiterque concedo ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas. Promittimus<sup>d</sup> etiam ego et mei semper de

predicta vendicione fore legitimos auctores et defensores<sup>e</sup> ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione. Pro qua evictione et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis tu vel successores tui, et pro omnibus aliis supradictis et singulis, obligo dicte domui et tibi, dicti preceptoris, et successoribus tuis, per vinculum omnia bona mea mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto<sup>f</sup> dicte domui et tibi, dicto preceptoris, et successoribus tuis, bona fide per stipulacionem, quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec vendicio dicte domui et tibi, dicto preceptoris, et successoribus<sup>g</sup> tuis, presentibus et futuris, valeat vel infringi possit, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam, in presenti, de omnibus predictis domibus et de tota predicta platea me et meos semper denudo, et predictam domum et te, predictum preceptorem, et successores tuos, presentes atque futuros, et quos volueritis, prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto<sup>h</sup> ad omnes vestras vestrarumque voluntates in eternum faciendas per liberum et franchum alodium, libere et quiete, omnia vero superius scripta, prout melius et plenius intelligi vel dici possunt ad utilitatem dicte domus et tui, dicti preceptoris, et successorum tuorum. Ego Aelis Vitalia predicta, uxor dicti Mascharosii de Villa rasa, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac eadem presenti publica scriptura imperpetuum valitura, auctoritate et voluntate patris mei Petri Vitalis, laudo et confirmo et solvo et diffinio nunc et imperpetuum totum quicquid juris habeo vel habere aliquo modo debeo in premissis et singulis ratione dotis vel donacionis propter nupcias vel ullo alio modo, renuncians omni juri hypothecarum<sup>i</sup> et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et quod ita hec omnia supradicta et singula fideliter teneam et compleam et etiam observem, et quod contra nunquam veniam vel venire faciam per me vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide per stipulacionem promitto<sup>j</sup>, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti sacramenti omni juri generali vel speciali et consuetudini cujus auxilio contra venire possem, et specialiter beneficiis legum quibus mulieres juvari solent. Et ego predictus Petrus Vitalis, pater dicte Aelis Vitalie, omnia supradicta et singula laudo et confirmo et auctoritatem meam in omnibus supradictis et singulis presto dicte filie mee. Actum est hoc XIII<sup>o</sup> kalendas januarii, anno Domini M<sup>o</sup>

CC° XXV°. Sig+num Mascharosii de Villa rasa predicti<sup>h</sup>. Sig+num Aelis Vitalie, uxoris ejus predicte, que<sup>k</sup> hec omnia firmarique rogo. Sig+num Petri Vitalis predicti, qui hoc laudo et firmo. Sig++++na Petri Gallardi, et Petri Garrigue, et Guilelmi Brandini, et Petri Raymundi de Salsis, et Bernardi *Caulasces*, testium.

Bernardus Sapte scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. quoherede *B.* b. portale *B.* c. habissum *B.* d. promitimus *B.* e. defensores *B.* f. promito *B.* g. et successoribus *repetit per error B.* h. mito *B.* i. ypothecarum *B.* j. *Sic B, l'escrivà ha omès* qui hoc laudo et firmo. k. qui *B.*

## 292

1226 (nou estil), 6 de gener

*Corbons, home propi de la casa de la milícia del Temple, i Ramon Cerdà, el seu germà, venen a la casa del Masdèu i a fra Bernat, capellà de l'església del Masdèu, tots els drets, recursos i accions que tenen sobre una peça de terra situada al terme de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat el Prat, que Arnau Mateu de Bages i la seva esposa Guillema havien empenyorat a Corbons per 54 sous barcelonesos. Pel preu d'aquesta venda, han rebut 54 sous.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 166v, acta núm. 278.

*C* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 50-52, segons *B.*

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego *Corbons*, homo proprius domus milicie Templi, et ego Raymundus Cerdani, frater ejus, nos duo insimul uterque per totum in bona fide absque omni fraude vendimus et in presenti tradimus irrevocabiliter domino Deo et domui Mansi Dei et tibi fratri Bernardo, capellano ecclesie ejusdem Mansi Dei, et omnibus tuis successoribus, et cui volueritis, ad vestram et vestrorum voluntatem omni tempore faciendam, omnia nostra jura, voces et actiones nobis pertinentia et accidentia<sup>a</sup> jure, more, nomine ac titulo pignoris vel ullo alio modo ac ratione in tota una pecia terre, quam mihi *Corbons* obligaverunt et in pignore miserunt<sup>b</sup> Arnaldi Mathei de Bagis et uxor ejus Guillelma pro LIII solidis barchinonensium bonorum in termino Sancti Andree de Bagis, in loco dicto ad Pratum,

ut in carta pignoris inde facta continetur, quam tibi tradimus in presenti, promittendo<sup>c</sup> quod nos non fecisse aliquid istius pignoris quod possit obesse tibi vel domui dicti Mansi Dei. Et si decetero aliquid instrumentum hujus rey nobis pertinens inveniebatur, nullus esset valoris, set careat viribus et illico<sup>d</sup> corruperetur. Et pro hac venditione predicta habuimus de bonis et elemosinis ecclesie Mansi Dei LIII solidos malguriensium<sup>e</sup> bonorum, renuncians exceptioni non numerate pecunie. Et tenemur tibi, fratri Bernado predicto, et domui Mansi Dei ab omni evictione ex nostra parte, et pro hac evictione obligamus tibi et tuis successoribus omnia [bona]<sup>f</sup> nostra ubique. Et dicta pecia terre affrontat ab oriente in prato domus milicie Templi, a meridie et occidente et aquilone in terra Bernardi Auguderii quondam. Et est manifestum. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> idus januarii, anno Incarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Sig++na *Corbons* et Raymundi Cerdani, fratris ejus, qui hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig+++na Bernardi Albaria, et Berengarii Sutoris de Arulis, et Petri Sutoris de Arulis. Sig+num Petri, presbiteri,<sup>g</sup> scriptoris publici, in cujus posse hec predicta fuerunt laudata.

Andreas, levita, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

a. acedentia B.    b. misserunt B.    c. promitendo B.    d. ylico B.    e. Sic B, *cal segurament corregir* barchinonensium.    f. bona omès B.    g. presbiter B.

## 293

1226 (nou estil), 9 de març

*Arnau Mateu de Bages ven a fra Guillem Folc, comanador del Masdèu, a fra Bernat, capellà de l'església Santa Maria del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa un camp que té al terme de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat Camp de la Dona, salvat els drets de les cases del Temple i de Santa Maria d'Espirà. Pel preu d'aquesta venda, que fa expressament a l'altar de Santa Maria de la casa del Masdèu, reconeix haver rebut 85 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 178r-v, acta núm. 303.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 53-55, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnaldus Mathei de Bagis, per me et per omnes meos, in bona fide, sine omni fraude vendo, laudo firmiterque concedo et cum hac carta inter



vivos imperpetuum valitura in presenti irrevocabiliter trado jure perfecte venditionis domino Deo et beate Marie et vobis fratri Guilelmo Fulchi, preceptorum domus Mansi Dei, et tibi fratri Bernardo, capellano ecclesie Sancte Marie domus Mansi Dei, et vestris successoribus et fratribus domus milicie Templi et domus Mansi Dei, tam presentibus quam futuris, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, totum unum meum campum, quem habeo et habere debeo in termino Sancti Andree de Bagis, in loco qui dicitur Campus de Domina, salvo semper jure domibus milicie Templi et Sancte Marie de Aspirano in omnibus. Et affrontat dictus campus ab oriente in orto domus Mansi Dei, a meridie et occidente et aquilone in quodam vestro campo qui dicitur Campus de Domina. Sicut in hiis suprascriptis affrontationibus includitur et terminatur, sic ego Arnaldus Mathei predictus, vendo et [...]a fratribus et vestris successoribus et expressim altari Sancte Marie domus Mansi Dei, et cui volueritis [...],b ut est superius dictum, totum, integritur ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis et cum terminis et pertinentiis suis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad vestram et vestrorum voluntatem ac utilitatem et fratrum domus Mansi Dei, pro pretio LXXXa V solidorum malguriensium bonorum, de quibus omnibus a vobis sum bene paccatus, et illos mihi solvistis ex bonis altaris Sancte Marie domus Mansi Dei, unde expressim renuncio exceptioni non numerate peccunie et omni juri et mori auxilio quorum contra hec predicta venire possemus, ego vel aliquis in meo nomine, in iudicio vel extra iudicium, et etiam illi legi qua deceptis ultra dimidiam justum pretii subvenitur expressim et consulte renuncio. Et teneor vobis et vestris successoribus et fratribus domus Mansi Dei ab omni evictione, unde vobis et domui Mansi Dei et omnibus ejusdem obliquo omnia mea ubique mobilia et immobilia imperpetuum, sine omni fraude et ullo malo ingenio. Et est manifestum. Actum est hoc VIIo idus martii, anno Incarnationis Domini M° CC° XX° V°. Sig+num Arnaldi Mathei predicti, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++na Bernardi Sifredi, et Arnaldi Barroti, et Guilelmi Boverii.

Andreas, levita, publicus scriptor, rogatus scripsit atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

a. *Passatge il·legible, llacuna de 35 mm B.* b. *Passatge il·legible, llacuna de 50 mm B.*

## 294

1226, 10 de maig

*Bernat de Montesquiu confirma a la milícia del Temple, a fra Guillem Folc, comanador del Masdén, i als altres frares d'aquesta casa tot el que el seu pare, el difunt Guillem de Montesquiu, els havia llegat en testament situat a la vila i la parròquia de Santa Maria de Nils.<sup>227</sup> Cedeix igualment als templers tots els drets i accions que el seu pare tenia en contra d'Arnau Beneset i els seus béns, i especialment sobre els 1.000 sous que aquest últim havia promès al seu pare en cas que marxés de la vila de Nils o se sostragués de la seva senyoria, i contra els homes que Arnau havia donat en fiança al seu pare pel pagament d'aquesta quantitat, a saber Pere Rafard i els seus successors i Arnau Venrell de Malloles i els seus successors, Guillem Borrell de Nils i Benet de Nils.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 185r-v, acta núm. 317.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 329-330, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 56-59, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Monte Isquivo, per me et per omnes meos, in bona fide, sine omni fraude laudo et confirmo et in presenti irrevocabiliter firmiterque concedo Deo et beate Marie et domui milicie Templi et vobis, fratri Guilelmo Fulcho, preceptorum domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium, totum illud legatum quod pater meus, Guilelmus de Monte Isquivo condam, dimisit domui milicie Templi et fratribus ejusdem, sicut in suo testamento continetur. In quo scilicet legato, intelligo homines et feminas, mansos et mansatas, cum omnibus pertinentiis suis heremis et condirectis ubicumque sint et hominia militum et feoda et alodia et omnia jura que ad ipsum pertinebant ratione jurisdictionis et rationis in omni villa et parrochia et termino Sancte Marie de Anilis, intus et extra, vel aliunde ratione donationis dicte ville de Anilis, et etiam omnes actiones, petitiones, quas habebat pater meus vel habere debebat, reales et personales, contra aliquas personas pro jam dicta dona-

227. El 29 de març de 1214; vegeu més amunt l'acta núm. 241.

tione ville de Anilis, scilicet census et usaticos, questas et toltas, forcias et albergas, justiciis et firmantias, accapita et foriscapia,<sup>a</sup> terramerita et servicia, dominia et ademprivia, quartos et quintos et agrerios, prata et pratalia, garrigas et boschos, riparias, aquas et aqualia et stagna aque dulcie et salsate, paschua et pasturalia et paludia, et omnia alia hic expressa vel non expressa patri meo predicto vel mihi ex successione ipsius accidentia vel pertinentia vel ullo modo competitura in dicta villa de Anilis et in omnibus teminis ejusdem ville, libere et quiete absque ullo retentu, per liberum et franchum alodium, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem domus Mansi Dei et fratrum ejusdem, presentium et futurorum; et preterea omnia dominia et jura, actiones reales et personales, que et quas pater meus Guilelmus de Monte Isquivo quondam habebat vel habere debebat contra Arnaldum Benedictum vel ejus bona aliquo modo et specialiter in mille solidis, quos illi promisit si exiret villam de Anilis vel si amitteret<sup>b</sup> ipsum vel alius eum lucraretur sive aliquo modo se substraheret de sua dominatione,<sup>c</sup> cedendo vobis contra eum et ejus bona et contra fidejussores, quos patri meo dedit pro dictis mille solidis, scilicet Petrum Raffardum et ejus successores et Arnaldum Venrellum<sup>d</sup> de Malleolis et ejus successores, et Guilelmum Borrellum de Anilis, et Benedictum de Anilis, et contra eorum bona, et omnes actiones reales et personales, quas habeo vel habere debeo contra omnes predictos et eorum bona ex successione patris mei predicti pro predictis mille solidis vel pro aliquibus aliis, constituendo vos procuratores in omnibus predictis in rem vestram propriam et domum milicie Templi imperpetuum. Et est manifestum. Actum est hoc VI<sup>o</sup> idus madii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi de Monte Isquivo predicti, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++++na Petri de Podio, presbiteri de Palacio, et Vermelli, et Guilelmi Marcucii, et Bernardi Bajuli, et Bernardi *Vives* de Palacio.

Andreas, presbiter, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

- a. foriscapita *B.*    b. amiteret *B.*    c. donatione *B.*    d. Venrellum *B.*



## 295

1226, 23 de setembre

*Saurimunda de Paça confirma a la milícia del Temple, a fra Guillem Folc, comanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa el mas, masada i tinença de Ramon Guillem de Peralba, amb tots els homes i les dones que en depenen, que la seva filla Sibil-la els ha llegat en testament. Es reserva tanmateix l'usdefruit dels censos, servituds i usos que hi percep a títol de viduïtat.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 116r-v, acta núm. 183.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 330-331, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 60-62, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego domina Saurimunda de Paciano, per me et per omnes meos, in bona fide, sine omni fraude, laudo et confirmo plenarie domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Guilelmo Fulchi, preceptoris domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, totum illum mansum et mansatam et tenedonem Raymundi Guilelmi de Petra alba, cum omnibus hominibus et feminis eodem<sup>a</sup> manso pertinentibus, presentibus et futuris, sicut melius et plenius Sibilbia, filia mea, omnia predicta dimisit et dedit domui milicie Templi et fratribus ejusdem in suo testamento ultimo, ita vero quod retineo in mea vita tantum census et terremerita et usatica, que ibi consuevi habere et habui usque modo ratione sponsalicii. Quod totum retineo in vita mea tantum, voluntate fratris Guilelmi Fulchi, preceptoris Mansi Dei, et fratrum ejusdem et sine omni detrimento ejusdem domus Mansi Dei. Post finem meum incontinenti remaneat totum et revertatur libere et absolute domui Mansi Dei et fratribus ejusdem imperpetuum, cujus domus et fratrum est modo. Et est manifestum. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> kalendas octobris, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>. Sig+num domine Saurimunde de Paciano, que hec fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+num fratris Guilelmi Fulchi, preceptoris Mansi Dei, qui hoc laudavi, firmavi ut est superius dictum. Sig++++na fratris Johannis Rotberti, et fratris Raymundi *Fulchalt*, et Petri de Petra alba, presbiteri, canonici Sancte Marie de Campo, et Arnaldi *Boshom*, presbiteri, et Guilelmi *Ribe* de Trulariis.

Andreas, presbiter, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

a. eydem *B*.

## 296

1227 (nou estil), 18 de febrer

*Berenguer de Castellnou dona a la milícia del Temple, a fra Guillem Folc, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa un mas i masada que Ramon Pagès de Forques té per ell al terme de Sant Martí de Forques, al lloc anomenat Vilar d'Abret, amb tots els homes i dones que hi habiten i amb totes les seves tinençes i dependències.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, f. 182r-v, acta núm. 311.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 328-329, segons *B*.

*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 67-72, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Castro novo, per me et per omnes meos presentes atque futuros, in bona fide, sine omni fraude dono, laudo firmiterque concedo et cum hac carta inter vivos imperpetuum valitura in presenti irrevocabiliter trado jure perfecte donationis, amore Dei, in remissione peccatorum, domino Deo et beate Marie et domui milicie Templi et vobis, fratri Guilelmo Fulchi, preceptorum domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, et vestris et cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium, totum unum meum mansum et mansatam sive bordam, cum omnibus tenedonibus suis et pertinentiis, quas in se habet et habere debet in cunctis locis sine ulla exceptione; quem mansum et mansatam sive bordam tenet et possidet pro me Raymundus Pagesii de Furcis de Vallispirio in terminos Sancti Martini<sup>a</sup> de Furcis, in loco dicto Vilarium d'Abret. Quem Raymundum Pagesium predictum et omnem suam posteritatem et suam uxorem, cum omnibus suis et suorum rebus, mobilibus et immobilibus, honeris et averis, et mansum et mansatam sive bordam predictam, cum hominibus et feminis ibi habitantibus vel pertinentibus, ubicumque sint, sine ulla exceptione et retentu dono, solvo et diffinio et in presenti irrevocabiliter trado per homines proprios et feminas solidos et liberos, per liberum et franchum alodium, Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Guilelmo Fulchi predicto, et fratribus Mansi Dei, presentibus et

futuris, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem milicie Templi et fratrum Mansi Dei, et modo in presenti vos et vestros successores in plenam possessionem mitto,<sup>b</sup> tradendo vobis omnia mea jura et dominia mihi et meis pertinentia vel competitura ullo modo vel aliqua ratione in omnibus predictis, nullum jus vel dominium in aliquo de predictis retinendo, denudando inde me et meos imperpetuum, sine ullo retentu, et induo inde ex toto domum milicie Templi et fratres Mansi Dei per liberum et francum alodium, sicut est superius dictum, imperpetuum. Promitto<sup>c</sup> insuper vobis, fratri Guilelmo Fulchi predicto, me non fecisse aliquid, nec faciam, quod hec donatio minus possit valere domui milicie Templi et fratribus Mansi Dei. Et ut contra hec predicta non veniam, nec faciam veniri, occulte vel manifeste, per me nec per aliquam interpositam personam, bona fide et per firmam stipulationem promitto,<sup>c</sup> et insuper, ad majorem rei certitudinem, corporaliter tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juro. Et est manifestum. Actum est hoc XII<sup>o</sup> kalendas martii, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>. Sig+num Berengarii de Castro novo predicti, qui hoc fieri jussi, laudavi, firmavi testesque firmare rogavi. Sig+++na Poncii de Camelis, presbiteri, et Arnaldi Rodoni, presbiteri, et Arnaldi de Balneis, presbiteri.

Andreas, presbiter, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

a. Martino B.    b. mito B.    c. promito B.

## 297

1227 (nou estil), 18 de març

*Joan de Morellàs, prevere de Bages, canvia amb fra Ramon, comandador de la casa de la milícia del Temple de Bages, i amb els altres frares de la milícia del Temple una peça de terra que té a la parròquia de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat Pla de la Pera, prop del puig Tallat, per una peça de terra que els templers tenen en aquesta mateixa parròquia, al lloc anomenat els Gorgs.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergami, amplada 215 mm, alçada 130 mm, ADPO, Hp186.<sup>228</sup>

228. El document porta al dors la menció «est factum», que indica la seva transcripció al cartulari al final del segle XIII, i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 2769».

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 170v-171, acta núm. 288, segons *A'*.
- C* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 63-66, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Johannes de Maurelianis, presbiter de Bagis, per me et per omnes meos, in bona *fe* et sine<sup>a</sup> omni fraude excambio et excambiando cum hac presenti carta inter vivos in perpetuum<sup>b</sup> valitura in presenti irrevocabiliter<sup>c</sup> trado domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Ramundo, procuratori domus milicie Templi de Bagis, et omnibus aliis fratribus domus milicie Templi, presentibus et futuris, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas per liberum et franchum alodium, unam peciam<sup>d</sup> terre liberi et franchi alodii, quam habeo et habere debeo in terminis<sup>e</sup> Sancti Andree de Bagis, in loco dicto ad Planum de Petra, juxta Podium Taliatum; et affrontat dicta terra ab oriente et occidente et aquilone in honore domus milicie Templi, a meridie in comba. Sicut in his<sup>f</sup> predictis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur et terminatur, sic ego Johannes de Maurelianis predictus, excambio et excambiando in presenti trado tibi, Ramundo<sup>g</sup> fratri, procuratori dicte domus milicie Templi, et tuis successoribus, totam predictam peciam terre per liberum<sup>h</sup> et franchum alodium, ut est superius dictum,<sup>i</sup> integritè ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad vestram et vestrorum utilitatem,<sup>j</sup> pro alia<sup>k</sup> pecia terre vestre domus, que est in predicto termino Sancti Andree de Bagis, in loco dicto ad Gurgites, quam similiter michi excambiatis per franchum et liberum alodium pro dicta terra quam vobis excambio pro vestra, ut est dictum superius. Et si dicta terra mea, quam vobis excambio pro vestra, magis valet, vel in posterum est valitura, dicta terra vestra quam similiter michi excambiatis pro mea, ut est dictum,<sup>l</sup> quicquid est illud magis<sup>m</sup> valenciam vobis et domui milicie Templi dono et laudo in perpetuum<sup>b</sup> sine ullo retentu, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas. Et terra vestra, quam michi excambiatis pro mea, affrontat ab oriente in terra Berengarii de Bagis, a meridie similiter, ex occidente in altera terra vestra, ab aquilone in terra Guilelmi Revulli. Et teneor vobis de terra mea ab omni evictione, unde vobis obligo omnia mea ubique. Et ego frater Ramundus<sup>n</sup> predictus, mandato preceptoris Mansi Dei et fratrum ejusdem, facio et laudo et concedo dictam

excambiationem tibi, Johanni predicto, et tuis, et cui volueris, sicut melius et plenius a te est superius dictum, per liberum et franchum alodium, et ea ratione tenemur tibi et tuis ab omni evictione sicut tu teneris domui milicie Templi, unde tibi et tuis obligamus omnia bona milicie<sup>o</sup> Templi. Et est manifestum. Actum est hoc XV<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>. Sig+++na Johannis de Maurelianis<sup>p</sup> et fratris Ramundi, qui nos duo predicti hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++++na Ramundi<sup>q</sup> de Sancto Johanne, et Petri Pinoli, et Guilelmi Albarici.

Andreas, presbiter, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

a. fide sine B. b. imperpetuum B. c. irrevocabiliter B. d. unam meam peciam B. e. termino B. f. hiis B. g. Raymundo B. h. lodium B. i. ut dictum est superius B. j. voluntatem B. k. altera B. l. ut dictum est B. m. seu magis B. n. Raymundus B. o. domus milicie B. p. Maurelanis presbiteri B. q. Raymundi B.

## 298

1227, 19 de maig

*Estefania Rafarda, vídua de Bernat Rafard, cavaller de Tesà, i el seu fill Pere Rafard donen a Guillem Folc, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa tots els drets, recursos, accions i rèpliques que tenen dins de tot el territori de Santa Maria de Nils a causa de la deixa testamentària feta a Estefenia pel seu cosí Berenguer de Nils. Estefania elegeix sepultura al cementiri de Santa Maria del Masdèu, i els frares tindran el seu llit ben guarnit i la deixa que els vulgui fer.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 184v-185, acta núm. 316.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 367-368, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 71-73, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Stephania Rafarda, uxor Bernardi Rafardi militis condam de Teçano, et ego Petrus Rafardi, eorum filius, nos duo simul, per nos et per omnes nostros, in bona fide, sine omni fraude damus, laudamus firmiterque concedimus et cum hac carta inter vivos imperpetuum valitura in presenti irrevocabiliter tradimus jure perfecte donationis domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Guilelmo Fulchi, preceptorum domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus et



futuris, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium, omnia nostra jura, voces, actiones, petitiones, exceptiones et replicationes, que et quas habemus et habere debemus et nobis pertinent vel pertinere debent in omni termino Sancte Marie de Anilis occasione, voce et ratione illius doni et legationis, quam michi, Stephanie predicte, fecit et dimisit Berengarius de Anilis, consanguineus meus, in suo ultimo testamento facto et scripto per manum Arnaldi presbiteri. Et eciam totum quantum nobis aliqua successione alicujus nostre parentele in dicto termino Sancte Marie de Anilis pervenire potest vel debet damus et diffinimus dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem imperpetuum sine ullo retentu. Et insuper ego Stephania predicta, eligo et volo quod post mortem meam corpus meum sepeliatur in cimiterio<sup>a</sup> Sancte Marie Mansi Dei, et fratres habeant meum lectum bene munitum et vestitum et aliam legacionem quem tunc ibi facere voluero. Et ut contra hec predicta in aliquo non veniamus nec veniri permittamus,<sup>b</sup> occulte vel manifeste, bona fide et per stipulationem promittimus.<sup>c</sup> Et ad majorem rey certitudinem uterque nostrum, corporaliter tactis sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juramus. Et est manifestum. Actum est hoc XIII<sup>o</sup> kalendas junii, anno incarnationis Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig++na Stephanie Rafarde et filii ejus Petri Rafardi, qui nos duo predicti hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testesque firmare rogavimus. Sig++++na fratris Petri de Stagello, et fratris Perpiniani, et Guilelmi Ruffi de Teçano, et Bernardi de Sancto Laurencio, presbiteri, et Johannis de Gausacho. Andreas, presbiter, publicus scriptor, scripsit, rogatus atque jussus, et hoc signum (SM) fecit.

- a. sepeliatur in ciminterio B.    b. permitam B.    c. promittimus B.

## 299

1227, 16 de novembre

*Bernat de Toluges confirma a Guillem Folc, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa la venda que Ramon de Tellet i la seva esposa Agnès els havien fet de tota l'honor de Nils pel preu de 1.000 sous melgoresos, amb l'acord de Gaucelm de Tellet, germà de Ramon. Per aquesta confirmació, Bernat de Toluges reconeix haver rebut 100 sous melgoresos. Cedeix a la milícia del Temple tots els drets, siguin els que siguin, que té sobre aquesta honor.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 186, acta núm. 319.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 369, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 74-77, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Tulugiis, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura firmiter imperpetuum valitura laudo et confirmo per liberum et franchum alodium domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus fratribus et confratribus, tam presentibus quam futuris, ejusdem domus, et quibus volueritis, ad omnes vestras voluntates faciendas, totum illum honorem de *Anils*, quem Raymundus de Teletto, miles, et domina Agnes, uxor ejus, dicte domui et tibi, dicto Guilelmo Fulchoni, preceptori domus Mansi Dei, vendiderunt pro mille solidis malguriensium, sicut melius et plenius continetur in instrumento venditionis inde facto per manum Guilelmi Saqueti, levite, publici scriptoris, quod cum hoc presenti dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, laudo et confirmo. In quo predicto instrumento Gaucelmus de Teletto, frater dicti Raymundi de Teletto, laudavit et confirmavit vobis totam supradictam venditionem. Sicut superius dictum est, sic laudo et confirmo domino Deo et domui milicie Templi et tibi, dicto preceptori, et omnibus successoribus tuis ejusdem domus, et quibus volueritis, totum supradictum honorem, integritè ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus. Pro hac autem laudatione et confirmatione, quam vobis facio, habui et accepi de bonis et elemosinis<sup>a</sup> dicte domus Mansi Dei C solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum<sup>b</sup> et contentum me teneo, renunciando exceptioni pecunie<sup>c</sup> non numerate. Preterea per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac eadem presenti publica scriptura imperpetuum valitura, gratis et ex mera liberalitate inter vivos solvo et diffinio atque penitus derelinquo nunc et imperpetuum domino Deo et dicte domui milicie Templi et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni predicto, et omnibus fratribus et confratribus, tam presentibus quam futuris, ejusdem domus, et quibus volueritis, totum quicquid juris in toto predicto honore habeo vel habere aliquo modo debeo ratione feudi vel hominatici vel ullo alio modo, ita quod decetero ego nec mei nec aliquis nomine meo numquam amplius aliquid

in premissis et singulis petere vel requirere possimus, in vita vel in fine, immo<sup>d</sup> sit domino Deo et dicte domui milicie Templi et tibi, dicto preceptor, et omnibus fratribus et confratribus absolutum et diffinitum a me et a meis imperpetuum. Et promitto<sup>e</sup> bona fide per stipulationem quod nichil feci vel decetero faciam quominus predicta laudatio et confirmatio, solutio et diffinitio vobis valeat, vel infringi possit, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nullum enim jus in predicto honore mihi vel meis reservo. Actum est hoc XVI<sup>o</sup> kalendas decembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi de Tulugiis predicti, qui hec omnia supradicta firmo firmarique rogo. Sig++++na Petri Galardi, et Garsie *Ixiver*, et Adalberti de Garricis, testium.

Bernardus Sabte scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num<sup>f</sup> fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. helemosinis B.    b. paccatum B.    c. peccunie B.    d. ymmo B.    e. promito B.    f. sig- *repetit per error B.*

### 300

1227, 17 de novembre. Perpinyà

*Nunó Sanç, senyor de Rosselló, Vallespir, Conflent i Cerdanya, accedint a les instàncies de Guillem Folc, comanador del Masdèu, prohibeix terminantment a tots els habitants de Perpinyà, cristians, jueus i sarraïns, que coguin llur pa a qualsevol altre lloc que no sigui el[s] forn[s] que el comte Girard II havia donat a la milícia del Temple.<sup>229</sup> D'ara endavant els serà prohibit de construir forns de llenya per a coure el pa o per a qualsevol altre ús. Nunó Sanç concedeix a perpetuïtat als comanadors i a tots els frares i donats de les cases templeres del Masdèu i de Perpinyà, així com a llurs missatgers i servidors, el dret d'intervenir per iniciativa pròpia, sense prèvia autorització dels representants de l'autoritat pública i sense incórrer cap multa, a fi de destruir de dalt a baix tots els forns que descobreixin*

<sup>229</sup> Per al seu testament del 4 de juliol de 1172, vegeu més amunt l'acta núm. 86.

*al terme de Perpinyà. Qualsevol persona que s'oposi a aquesta disposició haurà de reemborsar el doble dels perjudicis comesos i pagar una multa de 500 peces d'or al senyor del Rosselló. Aquest exhorta fermament tots els seus oficials a executar amb zel aquest manament sota pena d'exposar-se a la seva còlera i d'haver de pagar la mateixa multa que els contraventors.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 7v, acta núm. 18.  
*C* Vidimus del 17 de gener de 1511, pergami, segons *B*,<sup>230</sup> perdut.  
*D* Còpia del segle XVII, *Privilèges de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem*, ADPO, Hp182, ff. 50-51, segons *C*.<sup>231</sup>  
*E* Còpia sobre paper del 16 de maig de 1688 per Francesc Diego, notari de Perpinyà, escrivà i secretari de la comanda magistral del Masdeu, ADPO, 10Bp366, segons *C*.<sup>232</sup>

230. «Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumento scripto et continuato in quodam libro pergameneo postibus et pelle nigra cohopto in archivo ecclesiae Beatae Mariae de Templo villae Perpinyani recondito, quod est thenoris sequentis: [Segueix la còpia del privilegi del 17 de novembre de 1227]. Sig+num mei Joannis Mas de Perpinyano, auctoritate regia nottarii publici, testis. Sig+num mei Guillermi Coma de Perpinyano regia auctoritate nottarii publici, testis. Sig+num mei Joannis Romaguera auctoritate regia nottarii publici villae Perpinyani, qui predictum translatum a quodam libro recondito in archivo ecclesiae Beatae Mariae de Templo villae abstraxi et cum eodem libro unacum praenominatis connottariis pro testibus bene et fideliter correxii et comprobavi et concordare inveniens clausi Perpinyani die decima septima mensis julii, anno a nattivitate Domini millesimo quingentesimo undecimo.»

231. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in villa Perpinyani Elnensis diocesis sumptum a quodam alio transumpto in pergameneo scripto intus archivum ecclesiae Beatae Mariae de Templo ejusdem villae Perpinyani de membris et pertinentiis comandae magistralis Mansi Dei ordinis et religionis sacrae domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitanensis ubi omnia privilegia et aliae scripturae tam dictae comandae quam aliarum comandarum in comittatu Rossilionis existentium reponuntur et custodiuntur recondito et custodito, non viciato, non cancellato neque in aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vitio et suspitione carente, cujus quidem transumpti thenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum: [Segueix la transcripció del vidimus del 17 de juliol de 1511].»

232. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in villa Perpiniani Elnensis diocesis sumptum a quadam alio transumpto in pergameneo scripto intus archivum ecclesiae Beatae Mariae de Templo ejusdem villae Perpiniani de membris et pertinentiis comandae magistralis Mansi Dei ordinis et religionis Sacrae domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitanensis ubi omnia privilegia et aliae scripturae tam dictae comandae quam aliarum comandarum in comitatu Rossilionis existentium reponuntur et custodientur, recondito et custodito, non viciato, non cancellato non in aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vitio et suspitione carente, cujus quidem transumpti thenor de verbo ad verbum sequitur in hanc modum: [Segueix la transcripció del vidimus del 17 de juliol de 1511]. Sig+num meum Francisci Coll, apostolica et regia auctoritatibus nottarii publici collegiati oppidi Perpiniani Elnensis diocesis, hujus exempli testis. Sig+num meum Josephi Mari praetactis auctoritatibus nottarii dicti collegii huic exemplo testis. Sig+num meum Francisci Diego regia auctoritate nottarii publici collegii Perpiniani, scribae et secretarii dictae comandae magistralis Mansi Dei, qui hujusmodi

- F Còpia autèntica de començament del segle XVIII per Francisc Diego, notari de Perpinyà, ADPO, Hp188, segons *B*.<sup>233</sup>
- G Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 370-373, segons *B*.
- H Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 132-135, segons *B*.

Manifestum sit cunctis quod nos, Nuno Sancii, Dei gracia dominus Rossellionis, Vallis Asspiree,<sup>a</sup> Confluentis et Ceritane, attendentes preces dilecti nostri Guilelmi Fulconis, comendatoris domus Mansi Dei, cum hac presenti carta imperpetuum firmiter valitura, volumus ac precipiendo mandamus firmiter et districte omnibus hominibus et feminis habitantibus in villa Perpiniani et infra terminos ejus, christianis videlicet, Judeis, et Sarracenis, et generaliter omnibus habitantibus, presentibus et futuris, in dicta villa Perpiniani et infra terminos ejus, quod nullus decetero audeat vel presumat coquere panem, nisi in furno quem condam Gerardus comes Rossillionis domui milicie Templi dedit atque concessit in dicta villa. Item, quod nullus audeat vel presumat facere vel construere lenam, fornum vel fornellum ad decoquendum panes vel aliqua alia ratione. Damus etiam et concedimus imperpetuum

---

exemplum a dicto suo originali fideliter sumptum et cum eodem legitime correctum et comprobatum testificatumque ut supra patet aliena manu fideliter scribere feci et in fidem requisitus clausi Perpiniani die xvi may MDCLXXXVIII, regnante invictissimo et gloriosissimo principe Ludovico decimo quarto, Dei gratia Frantiae et Navarrae rege christianissimo.»

233. «Privilegi del compte Nuno de data de 15 de las calendas X<sup>bre</sup> 1227 ab lo qual dit s<sup>r</sup> compte dona licentia plena y autoritat perpetuament a Guillem Folconi comd<sup>r</sup> del Mas Deu y als demes freres successors, als donats servidors y nuntios de dita comd<sup>a</sup> del Mas Deu de poder dirruhir enterament tots los fornets y forns ques trobaran fets dins la vila de Pp<sup>a</sup> y a sos termens sens licentia dels comanad<sup>s</sup> que seran del Mas Deu y per quant lo original es de molt mal llegir se espozat lo present al dit libre de la Creu affi que ab mes facilitat se puga haurer quant sia menester [...] [Segueix la transcripció de l'acta del 17 de novembre de 1227]. Copiam hujusmodi instrumenti ego Franciscus Diego regia auctoritate notarius publicus collegi Perpiniani, scriba et secretarius comandae magistralis Mansi Dei religionis Hospitalis S<sup>i</sup> Joannis Hierosolimitanensis et ea ratione regens publicas scripturas in archivo ecclesiae Beatae Mariae de Templo Perpiniani reconditas sumpsit de verbo ad verbum a quodam libro pergameneo postibus et pelle nigra cum cruce alba ejusdem ordinis desuper apposita cohopto in dicto archivo recondito. In quo libro inter alia quamplurima instrumenta pro dicta comanda facientia est et reperitur descriptum et continuatum supra insertum instrumentum sub foleo septimo ejusdem libri, et sum eodem legitime correxi et comprobavi. Quare ut eidem copiae licet aliena manu scriptae fides in iudicio et extra ac ubique ab omnibus plenissima adhibeatur ego dictus Franciscus Diego notarius et regens preffatus instante Ad<sup>ni</sup> R<sup>do</sup> fratre Hyacintho Ferran, prevere dictae ecclesiae Beatae Mariae de Templo hic me subscribo meumque solitum artis notariae requisitus appono sig-(SM)-num».

plenam licenciam et auctoritatem Guilelmo Fulconis, preceptori Mansi Dei, et omnibus fratribus et donatis ejusdem domus, presentibus et futuris, et comendatori domus Templi que est in Perpiniano, et omnibus fratribus et donatis ejusdem domus, et omnibus nunciis et servientibus, presentibus et futuris, dictarum domorum, quod ipsi sua propria auctoritate, non expectata nostra licencia vel mandato vel bajuli nostri vel etiam alicujus locum nostrum tenentis et sine dampno et pena eorumdem et dicte domus, possint rumpere, dirruere, et etiam funditus destruere omnes lenas, furnos sive furnellos, quos in villa Perpiniani et infra terminos ejus modo aliquo invenerint. Et nullus de gratia nostra confidens super hoc eos audeat impedire, vel eis resistere, vel aliquod impedimentum, vel repulsam injuriam, vel violenciam aliqua ratione inferre. Quicumque autem contra hujus nostri mandati paginam suo ausu temerario in aliquo venire temptaverit, dampno in duplum restituto, iram nostram et indignationem in perpetuum se noverit incursum, et pena D aureorum a nobis sine remedio feriendum. Mandamus igitur omnibus bajulis nostris et omnibus locum nostrum tenentibus, presentibus et futuris, quod hoc mandatum nostrum, et voluntatem, et hanc cartam imperpetuum firmiter observent, et ab omnibus faciant integre et inviolabiliter observari. Sciatur pro certo quod, si propter predicta a dicto comendatore, vel fratribus, vel donatis, vel nunciis supradictis, aliquam querimoniam recipere eos contigerit, et ipsi in hoc negligentes et tepidi fuerint, et mandatum nostrum et voluntatem firmiter et hanc cartam nostram non fecerint observari,<sup>b</sup> quod iram nostram et indignationem in perpetuum se sentient incursum, et pena superius nominata sine remedio feriendos. Datum apud Perpinianum, XV<sup>o</sup> kalendas decembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> septimo.

Signum (SM) Nunonis Sancii.

Testes hujus rey sunt: (*1a columna*) Bernardo Ugonis de Serra longa, Dalmacio, vice comiti de Rochabertino,<sup>d</sup> Bernardo de Monte Esquivo, Ugonis de Mata Plana, (*2a columna*) domino Raymundo, Elenensis episcopo, abbatis de Crassa, abbatis Fontis Frigidi, Ferrando de *Narvaitz*, Guilelmo de Portella, (*3a columna*) G. Xamerre, Alamano de Sadava, R. Sancii de Villa Gunte, Petro Vitalis, Guilelmo Gallardi.

Signum (SM) Oliverii, *scriba*, qui, mandato domini Nunonis hanc cartam scripsi, et sigillum apposui,<sup>e</sup> et in VII<sup>a</sup> et VIII<sup>a</sup> lineas rasis et emendatis.

- a. *Sic B.*    b. *fecerit oservari B.*    c. *incussuros B.*    d. *Rochabertina B.*  
 e. *aposuï B.*

## 301

1228 (nou estil), 18 de febrer

*Mateu de Riba, de Reard, ven a fra Guillem Folc, comanador del Masdéu, a fra Bernat de Forques, sotscomanador, i a tots els frares d'aquesta casa tota l'honor que té, per raó de l'herència del seu pare, Guillem Riba, o per altres motius, al lloc anomenat la Garriga de Nils, a la parròquia de Santa Maria de Nils. El seu pare i ell tenien aquesta honor pel difunt cavaller Arnau Tizoni, que l'havia llegat en testament al cavaller Ramon de Tellet, al qual els templers han comprat el cens, les servituds i les jurisdiccions d'aquesta honor. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 70 sous melgoresos. Guillem, fill de Mateu, confirma aquesta venda. Alamanda, muller de Mateu, ha confirmat aquesta venda.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, f. 180r-v, acta núm. 308.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 373-375, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 78-83, segons *B*.

Notum sit cunctis quod [ego]<sup>a</sup> Matheus de Ripa de Riardo, per me et per omnes meos, presentes et futuros, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendo, dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, domus milicie Templi Mansi Dei preceptori, et tibi fratri Bernardo de Furchis, inde subpreceptori, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et vestris et cui dare, dimitere volueritis, ad omnes vestras vestrorumque fratrum presentium et futurorum omni tempore faciendas, totum honorem meum, quem habeo et habere debeo voce et ratione Guilelmi de Ripa condam, patris mei, vel nomine aut ratione pignoris aut alio quocumque quolibet modo in loco vocato Garrica de *Anils*, in ejus terminis, in adjacentia Sancte Marie ejusdem. Qui scilicet honor includitur per ipsam viam que sumitur a Manso Dei et dirigit apud Mansum de Garrica Milicie Templi, et per viam que sumitur a Bagis et dirigit versus *Anils* et sicut tenet usque ad stagnum de *Sabadel*. Que totum honorem dictus pater meus, Guilelmus

de Ripa, et egomet tenebamus pro Arnaldo Tidçono milite qui fuit, cujus census et terramerita et jurisdictiones ejusdem honoris quondam emistis a Raymundo de Telleto, milite, cui in sua ultima voluntate legavit. Sicut hiis prenominatis affrontationibus totum predictum honorem includitur, sic vendo illum vobis, predictis, et omnibus fratribus domus Mansi Dei, presentibus et futuris, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque successorum enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et fratrum dicti Mansi Dei, presentium et futurorum. Cedo etiam et dono vobis et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, omnes actiones et exceptiones ac jura que adversus aliquas personas pro predicto honore habeo et aliquo modo habere debeo et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem venditionem, cessionem et donationem facio vobis et fratribus Mansi Dei presentibus et futuris et cui volueritis pretio LXX<sup>a</sup> solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii pretii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec venditio modo plus valet dicto pretio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illam magis valenciam vobis et dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem et vestris gratis et ex mea mera liberalitate inter vivos dono et laudo, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Promitto<sup>b</sup> etiam vobis et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, bona fide per stipulationem me et meos semper vobis et vestris de predicta venditione fore legitimos auctores et defensores<sup>c</sup> ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona mea, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto<sup>b</sup> vobis et vestris, bona fide per stipulationem, quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec venditio vel donatio vobis vel vestris valeat vel infringi possit, quod si forte feci vel facere decetero, pro infecto habeatur et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de omni predicto honore et de cunctis que quoquomodo ibi habebam, me et meos denudo et vos et fratres Mansi Dei predicti, presentes et futuros, et quoscumque volueritis, prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessores juris et facti vos mitto,<sup>d</sup> ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Et quod contra



hanc venditionem et donationem nunquam ego aut mei veniamus, vel veniri faciamus, per nos vel per aliquam interpositam personam bona fide per stipulationem promitto,<sup>b</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Dei Evangeliiis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter et specialiter, mihi competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Actum est hoc XII<sup>o</sup> kalendas martii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Sig+num Mathei de Ripa predicti, qui hec omnia laudo et firmo firmarique rogo. Sig+num Guilelmi, filii ejus, qui hec omnia laudo et confirmo. Sig+++++na Stephani Poncii, et Berengarii Comitis de *Anils*, et Ferrandi Goççalbo, et Johannis de Alcoleja, et Petri Baldoria, testium. Sig+num Alamande, uxoris dicti Mathei, qui hec omnia laudavit et firmavit presentibus et videntibus Ermengaudo de Clairano, et Salvato, et Petro Bertello de Clairano.

Raymundus de Ysavallis, subdiaconus,<sup>e</sup> scriptor publicus, hec scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. ego omès B.    b. promito B.    c. deffensores B.    d. mito B.    e. subdiaconus B.

### 302

1228, 23 d'agost

*Guillem Guerrejat, fill del difunt Guillem de Montesquiu, dóna a la casa de la milícia del Temple del Masdèu, a fra Guillem Folc, comanador, i a tots els frares i confreres d'aquesta casa un bosc situat a la parròquia de Sant Martí [de la Riba] que havia pertangut a Berenguer de Malloles, amb tots els arbres, conills, herbes i bèsties de caça que s'hi troben. Bernat de Montesquiu, germà de Guillem Guerrejat, confirma la donació i cedeix al Masdèu tots els drets que té sobre aquest bosc.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 291r-v, acta núm. 517.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 395-396, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 84-89, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Gerrejat, filius condam Guilelmi de Monte Esquivo, per me et per omnes meos presentes atque futuros, non vi metuve compulsus nec dolo vel fraude inductus, set bona fide et absque ullo malo

ingenio, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, divini quoque numinis intuituque pietatis, in remissione peccatorum meorum, gratis et ex mera liberalitate inter vivos dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori ipsius domus, et successoribus tuis, et omnibus fratribus et confratribus ipsius domus, presentibus et futuris, ad omnes vestras voluntates imperpetuum faciendas, quendam meum boschum, cum omnibus arboribus que ibi sunt, quem habeo in terminis et in adjacentia Sancti Martini, qui fuit condam Berengarii de Malleolis, qui affrontat ab oriente in boscho Poncii Pauci, a meridie in eodem boscho dicti Poncii Pauci et in boscho qui fuit quondam Berengarii Sacriste de Malleolis, ab occidente in eodem boscho qui fuit condam dicti Berengarii Sacriste de Malleolis, ab aquilone in mea manega de boscho, quem michi retineo. Sicut superius dictum est, sic dono gratis et ex mera liberalitate inter vivos domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri Guilelmi Fulconi, preceptori ipsius domus, et successoribus tuis et fratribus et confratribus ipsius domus, et cui vel quibus volueritis. Totum predictum boschum, cum omnibus arboribus que ibi sunt et erunt, et cirogrillis, et cum erbis, et cum omni venacione, que ibi est et erit, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis<sup>a</sup> et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque successorum enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris successoribus intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Cedo etiam et dono tibi, dicto preceptori, et dicte domui Mansi Dei et successoribus tuis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro predicto boscho habeo vel habere aliquo modo<sup>b</sup> debeo. Et modo in presenti predictam domum Mansi Dei et te, dictum preceptorem, et successores tuos in rem vestram procuratores constituo. Promitto<sup>c</sup> etiam Deo et dicte domui et tibi, dicto procuratori, et successoribus tuis, bona fide per stipulationem, quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec donatio vobis vel vestris valeat vel infringi possit. Quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto predicto boscho et de omnibus supradictis et singulis me et meos semper denudo, et predictam domum Mansi Dei et te dictum preceptorem et successores tuos, et quos volueritis, prorsus investio et in

corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,<sup>d</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in infinitum faciendas, per liberum et franchum alodium, libere et quiete, renuncians scienter et consulte omni cause ingratitude per quam possit donatio revocari, et omni alii juri et legi et terre consuetudini quibus contravenire possem. Et quod ita hec omnia supradicta et singula fideliter semper teneam et compleam et etiam observem, et nullatenus contra veniam vel veniri faciam per me vel per aliquam interpositam personam, occulte<sup>e</sup> vel manifeste, bona fide et per stipulationem vobis promitto,<sup>c</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangelis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter, michi competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Et ego Bernardus de Monte Esquivo, frater dicti Guilelmi *Guerrejat*, per me et per omnes meos, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, gratis et bono animo et sine aliqua fraude laudo et confirmo totam predictam donationem dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptoris, et successoribus tuis, imperpetuum; et solvo et diffinio quicquid juris habeo vel habere aliquo modo debeo in toto predicto boscho et in arboribus que ibi sunt et in omni venatione que modo est ibi et erit. Cedo etiam et dono gratis et ex mera liberalitate dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptoris, et tuis successoribus omnes actiones et exceptiones [et]<sup>f</sup> petitiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas pro predicto boscho habeo vel habere aliquo modo debeo. Actum est hoc X<sup>o</sup> kalendas septembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig++na Guilelmi *Guerrejat* et Bernardi de Monte Esquivo, fratris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Raymundi de *Atsat*, et Raymundi de Palaribus, et Petri Raymundi de Salsis, testium. Bernardus Sapte scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. suis *afegit a la interlínia B.*    b. modo *repetit per error B.*    c. promito *B.*  
d. mito *B.*    e. occulte *B.*    f. et *omès B.*



## 303

1228, 14 d'octubre

*Bertran Patau, fill de la difunta Ermessenda Barrera de Nils, es dóna, amb tota la seva descendència i tots els seus béns, a la casa de la milícia del Temple del Masdéu, a fra Guillem Folc, comanador, a fra Bernat de Forques, cambrer, i als altres frares d'aquesta casa. Promet ésser sempre fidel als templers i no deixar llur domini sense llur consentiment. En reconeixença per aquest homenatge, ell i els seus donaran cada any al Masdéu un cens d'una lliura de cera el dia de Nadal, i els dóna ara 10 sous melgoresos pel dret d'entrada. El dia de la seva mort, els frares rebran el seu cos i li donaran sepultura com a donat al cementiri de Santa Maria del Masdéu, i rebran llavors 20 sous i el seu llit ben guarnit. Fra Guillem Folc i fra Bernat de Forques reben Bertran com a home propi i donat de llur casa; prometen protegir-lo, a ell i als seus béns, segons el bon costum de la milícia del Temple, i el fan partícip dels béns espirituals d'aquesta casa.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 187, acta núm. 322.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 396-399, segons *B*.


*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 90-93, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Bertrandus Patavus, filius condam Ermessendis Barrere de Anils, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set consultus ac spontanee et bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta perpetuo valitura dono et in presenti trado me ipsum et omnem posteritatem meam, cum omnibus rebus nostris habitis et habendis, domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et vobis, fratri Guilelmo Fulchoni, Mansi Dei preceptor, et fratri Bernardo de Furchis, inde camerario, et fratribus ejusdem milicie Templi, presentibus et futuris, promittens<sup>a</sup> vobis et successoribus vestris et fratribus, presentibus et futuris, domus milicie Templi, quod ego et mei erimus vobis et vestris semper boni et fideles et recti et a vestra dominatione et potestate numquam exiemus neque alium dominum vel dominos sive dominam aut dominas absque licentia vestra non eligemus nec in potestate alicujus nos aliquo modo transferre valeamus. Et in recognitionem ejusdem hominatici dabimus ego et posteritas mea vobis et dicte domui milicie Templi et successoribus vestris et singulis annis pro censu in festo Natalis Domini unam libram

cere, et modo in presenti dono vobis pro intrata X solidos malguriensium. Et ad diem obitus mei fratres milicie Templi Mansi Dei accipiant corpus meum ad sepeliendum<sup>b</sup> per donatum in cimiterio<sup>c</sup> Beate Marie Mansi Dei, et habeant et recipiant de rebus et bonis meis XX solidos malguriensium bonorum et meum lectum munitum et vestitum pro amore Dei et in remissione delictorum meorum. Et quod contra hanc donationem nunquam ego vel mei veniamus, vel veniri faciamus, per nos vel per aliquam personam interpositam, occulte vel manifeste, neque ad alium ordinem me transferre valeam bona fide per stipulationem promitto<sup>d</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Dei Evangeliiis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri scripto et non scripto, generaliter et specialiter, mihi competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Et ego dictus frater Guilelmus Fulcho, Mansi Dei preceptor, et ego frater Bernardus de Furchis, inde camerarius, per nos et per omnes fratres Mansi Dei hec omnia predicta et singula concedentes, recipimus te, dictum Bertrandum Patavum, et omnem posteritatem tuam per proprios homines et solidos atque donatos domus milicie Templi, promittentes<sup>e</sup> tibi et tuis bona fide per stipulationem te et tuos, cum omnibus ubique rebus vestris, sicuti nostros proprios et solidos homines manutenere et defendere<sup>f</sup> atque custodire ad bonam consuetudinem domus milicie Templi, et omnium bonorum spiritualium dicte domus te participem statuimus. Actum est<sup>g</sup> hoc II<sup>e</sup> idus octobris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig++++na Bertrandi Patavi predicti, et fratris Guilelmi Fulchonis, preceptoris predicti, et fratris Bernardi de Furchis, camerarii, qui hec omnia laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig++++na Bernardi Ranerriis, et Johannis Coqui de Trullariis, et Petri Stephani de Villa mulacha, testium.

Raymundus de Ysavalis, subdiaconus,<sup>h</sup> scriptor publicus, hoc scripsit et hoc sig-(SM)num fecit.

a. promitens B.    b. sepeliendum B.    c. ciminterio B.    d. promito B.  
e. promittentes B.    f. deffendere B.    g. est afegit a la interlínia B.    h. subdiaconus B.



## 304

1229 (nou estil), 2 de febrer

*Guillema, filla de Bernat d'Oms i de Llombarda, concedeix a la casa de la milícia del Temple del Masdéu, a fra Guillem Folch, comandador, a fra Bernat de Forques, cambrer, i als altres frares d'aquesta casa dos masos situats al lloc anomenat el Vilar, un mas situat al lloc anomenat el Pou i una borda situada al lloc anomenat Castelar, amb llurs habitants, drets i dependències. Dóna als frares del Masdéu els 2 sous que llurs homes de Marsugàs han de pagar-li cada any per Nadal, més 200 dels 300 sous que té sobre un camp situat al lloc anomenat l'Estany de Banyuls dels Aspres, perquè facin cremar, nit i dia, una llàntia a l'església Santa Maria del Masdéu. Reconeix, a més, haver promès donar-los 500 sous el dia de la seva mort, a sostrereure dels 2.000 sous que té sobre les honors del seu difunt marit, Grimau de Banyuls, que el seu pare li havia donat en herència. I si algú desposseís els frares del Masdéu del mas del Pou, aquests tindrien en compensació 500 sous melgoresos dels 2.000 sous de la seva herència. Guillema i el seu marit, Guillem de Reiners, conservaran l'usdefruit d'aquests béns.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 151v-152v, acta núm. 248.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 94-101, segons B.

[Notum sit cunctis quod ego], Guilelma, filia Bernardi de Ullmis et Lombarde, uxoris ejus quondam, non inducta [dolo neque vi nec circumventa in] aliquo, set divina inspirata gracia, per me et per omnes meos presentes et futuros, cum hac presenti [...]a dono et laudo simpliciter inter vivos firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado, amore Dei [et in remissione peccatorum meorum] et parentum meorum predictorum omniumque fidelium defunctorum,<sup>b</sup> omnipotenti domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei [et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, inde preceptor], et tibi, fratri Bernardo de Furchis, inde camerario, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, [ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni] tempore faciendas, per franchum et liberum alodium, duos mansos meos, cum hominibus [et feminis ibidem presentibus et futuris, et] cum omnibus suis pertinentiis et adempriviis ac juribus, quos habeo et habere debeo in [loco qui dicitur Villario, quorum fuit unus Berengarii de Villario], quem

tenet modo pro me Guilelmus de Villario, et alter fuit Johanni filii Guilelmi [...]c cum suis heredibus et pertinentiis ac juribus que fuit Guilelmi Olibe condam in loco vocato *Castelar*; et mansum meum Arnaldi de Puteo, filium quondam Jordani de Puteo, cum hominibus et feminis ibidem presentibus et futuris, et pertinentiis et juribus suis, qui est in loco vocato Puteo. [Predictos] igitur duos mansos de Vilario et bordam de *Castelar*, et mansum de Puteo cum hominibus et feminis ibidem presentibus et futuris, honoribus cultis et incultis, casis casalibus, ortis, ortalibus, arboribus fructiferis et infructiferis, campis, vineis, heremis et condirectis, censibus, usaticis, quistis, toltis, forciis, albergis, justiciis, firmanciis, accapitis, foriscapiis, terremeritis, serviciis, dominiis, adempriviis, jurisdictionibus, quartis, quintis, agrariis sive taschis, traciis, seguis, aquis, aqualibus cum earum deductis et reductis, pratis, pratalibus, pascuis, nemoribus, venacionibus et omnibus aliis hic expressis et non expressis [michi in dictis omnibus et singulis quoquomodo] accidentibus et pertinentibus, et cum omnibus que ad usum hominis vel animalium [sunt vel esse possunt, que michi pertinent et spectant] et pertinere et spectare debent vel dici sive nominari aut excogitari possent, totum, integritur ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus vel habere debentibus, dono et laudo [...]d vobis, predictis, et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, sine omni vestro enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, intelligi vel dici potest ad voluntatem vestram et successorum vestrorum. Dono et laudo in presenti perenniter<sup>e</sup> vobis, prenomiatis, et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, ad omnes vestras voluntates perpetuum faciendas ipsos II solidos quos homines vestri de Martçuganis michi solvere tenebantur annuatim in festo Natalis Domini, et amplius CC solidos malguriensium bonorum super illos CCC solidos, quos habeo super quendam campum qui est in loco vocato Stagno, in terminis de *Banuls* de Asperis, pro quibus faciatis semper ardere, tam in die quam in nocte, unam lampadem, sine aliqua intermissione, in ecclesia Beate Marie Mansi Dei [...]f ejusdem in remissione delictorum meorum et fidelium defunctorum.<sup>b</sup> Item, profiteor et recognosco me condam [donationem] D solidos dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem fecisse sicut continetur in instrumento inde confecto [...]g modo in presenti laudo et concedo vobis predictis et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, [...]h super ipsis] duobus milibus

solidis, quos habeo per vinculum super honoribus Grimaldi de *Bainuls*, viri mei condam, quod etiam prenominatus pater meus mihi in hereditate donavi. Cedo etiam et dono vobis prenomiatis et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, et omnes actiones [...]i omnia omnino [jura quod adversus] aliquas personas pro hiis omnibus predictis et singulis habeo et aliquo modo habere debeo [...]j presenti in rem [vestram] procuratores constituens. Item, promitto<sup>k</sup> vobis, predictis, et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, quod hec omnia predicta et singula faciemus ego et mei semper vobis et fratribus milicie Templi bona habere et tenere in pace [...]l et blandimento alicujus persone per liberum et franchum alodium [...]m obligo vobis omnia bona mea immobilia, habita et habenda, per vinculum ubique. Et si forte aliqua persona mansum Arnaldi de Puteo[...]n a domo milicie Templi de jure fuerit evicta, in emendatione illius dono dicte domui Mansi Dei et vobis fratribus ejusdem, presentibus et futuris, firmiterque concedo D solidos malguriensium bonorum, quos habeatis et licite recipiatis super predictis II millia solidos mee hereditatis. Item, promitto<sup>k</sup> vobis et fratribus milicie Templi, bona fide per stipulationem, quod nichil feci vel decetero faciam aliquod quominus hec donatio vobis valeat vel infringi possit. Quod si forte feci vel decetero facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de hiis omnibus predictis et singulis me et meos penitus denudo et vos et fratres milicie Templi, presentes et futuros, et quos volueritis prorsus investio, et in corporalem possessionem et quasi possessores jure et facti vos mitto,<sup>o</sup> ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Nichil in hiis decetero mihi vel meis aliquo modo retinens aut reservans, nisi mihi et marito meo, Guilelmo de Rainerio, ususfructus in omni vita nostra tantum. Et quod contra hanc donationem nunquam veniam vel veniri faciam per me vel per aliquam interpositam personam, in judicio vel extra judicium, et bona fide per stipulationem promitto,<sup>d</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Dei Evangeliiis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri et auxilio, divino et humano, scripto et non scripto, generaliter et specialiter, mihi competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> nonas februarii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num domine Guilelme prescripte, que hec omnia laudo et firmo firmarique rogo. Sig+++++na fratris Guilelmi Andree, Mansi Dei



capellani, et fratris Petri, Palacii preceptoris, et fratris Berengarii de Pinu, et Berengarii Laurencii de Castilione, et magistri Petri de Melgio, et Arnaldi, subdiaconi<sup>p</sup> Mansi Dei et donati, et *Sanxo*, inde pincerne, et Raymundi de Torneulis, testium.

Raymundus de Isavallis, scriptor publicus, hec scripsit et suprascripsit in XV<sup>a</sup> linea et in XX<sup>a</sup>II<sup>a</sup>, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Passatge il·legible, llacuna de 30 mm B. b. defunctorum B. c. Passatge il·legible, llacuna de 50 mm B. d. Paraula il·legible B. e. perempniter B. f. Passatge il·legible, llacuna de 18 mm B. g. Passatge il·legible, llacuna de 30 mm B. h. Paraula il·legible B. i. Passatge il·legible, llacuna de 35 mm B. j. Paraula il·legible, llacuna de 10 mm B. k. promito B. l. Passatge il·legible, llacuna de 20 mm B. m. Paraula il·legible B. n. Paraula il·legible B. o. mito B. p. subdiachoni B.

### 305

1229 (nou estil), 2 de febrer

*Guillema, filla de Bernat d'Oms i de Llombarda, fa testament.*

*Designa Guillem, vescomte de Castellnou, i Bernat de Montesquiú marmessors testamentaris. [1] Elegeix sepultura al cementiri de Santa Maria del Masdèu. Dóna als frares del Masdèu: dos masos alodials que té al lloc anomenat el Vilar, un dels quals fou de Berenguer del Vilar i ara és tingut per a ella per Guillem del Vilar, i l'altre és tingut per Jordà, fill del difunt Guillem Aibeta; una borda, al lloc anomenat Castellar, que fou de Guillem Oliba, i el mas d'Arnau del Pou, fill del difunt Jordà del Pou, que és al lloc anomenat el Pou, amb llurs habitants i amb llurs drets i dependències. Tots aquests béns se situen a la parròquia de Sant Pere de la Serra, al Vallespir. Tanmateix, si algú desposseís els frares del Masdèu del mas del Pou, aquests tindrien en compensació 500 sous melgoresos dels 2.000 sous que Guillema té sobre l'honor del difunt Grimau de Banyuls, el seu marit, que el seu pare els havia donat en herència. Dóna als frares del Masdèu els 2 sous que els seus homes de Marsugàs li han de pagar cada any per Nadal. Els dóna a més a més 200 dels 300 sous que té sobre un camp situat al lloc anomenat l'Estany de Banyuls dels Aspres, perquè facin cremar, nit i dia, una llàntia davant l'altar de Santa Maria del Masdèu. Reconeix, a més, haver promès donar-los 500 sous el dia de la seva mort, a sostreure dels 2.000 sous que el seu pare li ha llegat, tal com està estipulat en una acta que confirma ara. [2] Llega 50 sous a Santa Maria de Fontclara,*

20 sous a Santa Maria del Coll, 10 sous a Sant Joan d'Oms i 10 sous a Santa Maria del Roure, és a dir, un total de 100 sous que serà recaptat sobre el camp anomenat l'Estany de Banyuls. [3] Demana que, després de la seva mort, els frares del Masdèu tinguin Ponç del Vilar, fill de Bernat del Vilar, home seu i germà de llet, servidor durant un any i, passat aquest termini, que en facin un frare de la milícia del Temple, si ho desitja, i si no, que li donin de seguida 100 sous i res més. [4] Llega a Arnau de Montescot, el seu nebot, els seus masos del Roure i de Quargessa de la Serra, els quals revertiran als seus nebots, Bernat d'Orla i el seu germà Berenguer, després de la mort d'Arnau. [5] Llega a Bernat d'Orla els seus dos masos de Reixac, i si morís sense hereu, el substituiria el seu germà Berenguer, i després Arnau de Montescot. [6] Llega a Berenguer d'Orla tot el feu que té per Gallarda d'Illa, i el substitueix el seu germà Bernat, i després Arnau de Montescot. [7] I si, un cop efectuades totes aquestes deixes, encara li quedessin béns, vol que els seus executors testamentaris en disposin segons el consell del comanador i dels frares del Masdèu.

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 152v-154, acta núm. 249.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 391-394, segons B.  
 D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 102-109, segons B.

Notum sit cunctis quod ego domina Guilelma, filia Bernardi de Ulmis et Lombarde, uxoris ejus, condam, per gratiam Dei sana et incolumis, divina etiam inspirata gracia, facio hoc meum testamentum, in quo omnia bona mea mobilia et immobilia, tam honoris quam averis scripta reperiantur et ordinata. Et eligo meos manumissores Guilelmum, vicecomitem de Castro novo, et Bernardum de Monte Eschivo, donans eis plenam licenciam et potestatem quod sicut in hoc testamento reperietur ita faciant compleri et inviolabiliter observari.

[1] In primis, volo et mando quod me mortua, corpus meum sepeliatur<sup>a</sup> honorifice in cimiterio<sup>b</sup> Sancte Marie domus Mansi Dei. Et dono eidem domui et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, pro amore Dei et in remissione delictorum meorum et parentum meorum predictorum omniumque fidelium defunctorum,<sup>c</sup> ad omnes suas voluntates licite per omnia faciendas, duos mansos meos alodii, cum hominibus et feminis ibidem presentibus et futuris et cum omnibus suis pertinentiis et juribus, quos habeo et habere

debeo in loco qui dicitur Villario, quorum unus fuit Berengarii de Villario, quem tenet modo pro me Guilelmus de Villario, et alter Jordani, filii Guilelmi Aibeta quondam, et bordam meam cum suis heredibus et pertinentiis ac juribus ejusdem, que fuit Guilelmi Oliba, in loco vocato *Castelar*, que est liberum et franchum alodium. Et amplius ibi dono perenniter<sup>d</sup> mansum meum Arnaldi de Puteo, filium condam Jordani de Puteo, cum hominibus et feminis ibidem presentibus et futuris et pertinentiis et juribus suis, qui est alodius, et est in loco vocato Puteo. Prenominatos igitur duos mansos de Villario et bordam de *Castelar* et mansum de Puteo, cum hominibus et feminis ibidem presentibus et futuris, et honoribus, cultis et incultis, casis, casalibus, ortis, ortalibus, fructiferis et infructiferis, campis, vineis, heremis, condirectis, censibus, usaticis, quistis, toltis, forcis, albergis, justiciis, firmanciis, accapitis, foriscapiis, terremeritis, serviciis, dominiis, adempriviis, jurisdictionibus, quartis, quintis, agrariis sive taschis, tracis, seguis, aquis aqualibus cum earum deductis et reductis, pratis, pratalibus, pascuis, nemoribus, venationibus, et omnibus aliis hic expressis et non expressis mihi in dictis omnibus et singulis quoquomodo accidentibus et pertinentibus, et cum omnibus que adversa hominis vel animalia sunt vel esse possunt, que mihi pertinent et spectant, pertinere et spectare debent, vel dici sive nominari aut excogitari possunt, totum integritate ac generaliter, cum ingressibus et egressibus et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus vel habere debentibus, dicte domui Mansi Dei milicie Templi et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, per liberum et franchum alodium relinquo et imperpetuum dono, sine omni suo suorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a fratribus predicte domus Mansi Dei, presentibus et futuris, intelligi vel dici potest ad utilitatem suam et suorum successorum. Et est sciendum quod predicti duo mansi de Villario et bordam de *Castelar* et mansum de Puteo sunt in parrochia Sancti Petri de Serra, que est in Vallispirio. Verumtamen, si forte aliqua persona mansum de Puteo predictum a domo Mansi Dei fuerit deinde evicta, in emendatione illius dono dicte domui Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, et laudo ac firmiter concedo D solidos malguriensium bonorum super illis duobus milibus solidis quos habeo super honorem Grimaldi de *Banuls* quondam mariti mei, quos etiam prenominatus pater meus mihi pro mea hereditate donavit. Amplius etiam dono et concedo dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, imperpetuum, ipsos II

solidos quos homines sui de Martçuganis mihi solvere tenebantur annualiter in festo Natalis Domini. Item, amplius laudo et concedo atque dono dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, CC<sup>os</sup> solidos malguriensium bonorum super illos CCC solidos quos habeo super quendam campum qui est in loco vocato Stagno de *Banuls* de Asperis, pro quibus faciant semper ardere, tam in die quam in nocte, unam lampadem, sine aliqua intermissione, ante altare Beate Marie Mansi Dei, in remissione delictorum meorum omniumque fidelium defunctorum.<sup>c</sup> Et profiteor et recognosco me promisisse dare D solidos ad finem meum, sicut continetur in instrumento inde confecto dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem quas [...]<sup>e</sup> in presenti eis laudo et confirmo super predictis II milibus solidis, quos pater meus mihi in hereditate donavit, habere post mortem meam.

[2] Lego pro amore Dei et in remissione delictorum meorum et omnium fidelium defunctorum,<sup>c</sup> Sancte Marie Fontis Clare L solidos malguriensium, Sancte Marie de Collo et XX solidos malguriensium, et Sancto Johanni de Ulmis X solidos, Sancte Marie de Villario X solidos, Sancte Marie de *Ruyra* X solidos, que remissiones persolvantur ex illis C solidis qui superant de predictis CCC solidis quos habeo super campum de Stagno de *Banuls*.

[3] Volo etiam et precor quod fratres domus Mansi Dei teneant post finem meum per servitorem unus anni<sup>f</sup> Poncium de Vilario, filium Bernardi de Vilario, hominem et nutricum meum, et elapso uno anno, si voluerint et eis placuerit, faciant illum fratrem domus milicie Templi, sin autem incontinenti donent ei C solidos malguriensium bonorum et amplius aliquid eis petere ullo modo possit.

[4] Lego Arnaldo de Monte Eschoto, nepoti meo, meum mansum alodii de *Ruyra*, et mansum meum alodii de Quargessa de Serra cum heredibus et pertinentiis eorum in omni vita sua, et post mortem ejus revertantur Bernardo de Orulo et Berengario fratri suo, nepotibus meis.

[5] Lego eidem Bernardo de Orulo, nepoti meo, II mansos meos de Rexacho, cum heredibus et pertinentiis et juribus eorum, et quicquid ibi habeo vel habere debeo, qui, si defuerit<sup>g</sup> absque liberis, Berengario fratri suo revertantur, et si ipse defuerit<sup>g</sup> absque liberis, revertantur prenominato Arnaldo de Monte Eschoto.

[6] Lego Berengario de Orulo, nepoti meo predicto, totum feudum quod teneo pro domina Gallarda de Insula ad Lotes, quod

est in parrochia Sancti Michaelis de *Lotes*. Et si defuerit<sup>g</sup> absque liberis revertatur fratri suo Bernardo predicto, et si ipse defuerit<sup>g</sup> absque liberis revertatur predicto Arnaldo de Monte Eschoto.

[7] Et subdictis hiis omnibus prenominatis et singulis, si quid de rebus aut bonis meis superaverit, dicti manumissores mei donent pro amore Dei et anime mee, consilio preceptoris et fratrum Mansi Dei, ubi eis visum fuerit expedire.

[8] Et si aliquis predictorum nepotum meorum contra hec predicta vel in parte earum venire presumpserint, et hoc meum testamentum et preceptum servare inviolatum noluerint, licite dicti manumissores mei partem resistentis meum preceptum negligentis occupent et accipiant et ad suam voluntatem faciendam per omnia sine contradictione. Et quod contra hoc meum testamentum, quod ultima voluntas mea volo, valere numquam veniam vel veniri faciam, sed firmiter et fideliter observem et teneam, bona fide per stipulationem, promitto,<sup>h</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Dei Evangeliiis, sub periculo anime mee sponte juro, promittens sub religione prestiti juramenti quod numquam aliud testamentum facere nisi hoc presens, quod si fecero, nullas aliquo tempore volo obtinere vires. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> nonas februarii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num domine Guilelme prescripte, que hec omnia laudo et firmo firmarique rogo. Sig+++++++na fratris Guilelmi Andree, Mansi Dei capellani, et fratris Petri, Palacii preceptoris, et fratris Berengarii de Pinu, et Berengarii Laurencii de Castilione, et magistri Petri de Melgio, et Arnaldi, Mansi Dei subdiaconi<sup>i</sup> et donati, et *Sanxo*, inde pincerne, et Raymundi Dalmatii de Torneulis, testium.

Raymundus de Isavallis, scriptor publicus, hec scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. sepelliatur *B.*      b. ciminterio *B.*      c. deffunctorum *B.*      d. perempniter *B.*  
e. *paraula il-legible B.*      f. agni *B.*      g. deffuerit *B.*      h. promito *B.*      i. subdia-  
choni *B.*

1229 (nou estil), 3 de març  
*Joan d'Eliard i els seus fills Arnau Català, Guillem i Pere venen a Guillem Folc, comanador, i als frares del Masdèu, a les mans de fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà,*

*tota l'honor que tenen a la vila de Terrats i a la parròquia Sant Julià, honor que Bernat Rafard i els seus havien venut a Joan d'Eliard per 700 sous barcelonesos, tal com està estipulat a l'acta rebuda per Ponç de Bajoles,<sup>234</sup> que lluire als templers. Com a preu d'aquesta venda, Joan i els seus fills reconeixen haver rebut 1.300 sous melgoresos.*

- A Original, pergamí, amplada 310/315 mm, alçada 225/230 mm, ADPO, Hp190.<sup>235</sup>
- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 68-69, acta núm. 108.
- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 399-401, segons B.
- D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 136-143, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Johannes de Alliarde, et ego Arnaldus Catalanus, et ego Guilelmus, et ego Petrus, infantes ejus, nos omnes insimul per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, non vi metuve compulsi, non dolo vel fraude inducti, set bona fide et absque ullo malo<sup>a</sup> ingenio, cum hac presenti publica scriptura inperpetuum<sup>b</sup> valitura, vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiler tradimus domino Deo et domui militie Templi Mansi Dei et tibi, Guilelmo Fulchoni,<sup>c</sup> preceptori ejusdem domus, et omnibus fratribus, tam presentibus quam futuris, ejusdem domus, in manu et posse tui, fratris Caboti, preceptoris domus militie Templi Perpiniani, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates inperpetuum<sup>b</sup> faciendas, totum nostrum honorem heremum et condirectum, quem habemus et habere debemus in villa de *Terratz* de Vallispirio et in ejus terminis, et in omni adjacentia Sancti Juliani ipsius ville, videlicet homines nostros et feminas ibidem presentes atque futuros, mansos, mansatas, casas, casalia, ortos, ortalia, arbores fructiferas, infructiferas, campos, vineas, herema, condirecta, census, usatica, quistas, toltas, forcias, albergas, justicias, firmancias, accapita, foriscapia, terremerita, servicia, dominia, adempriva, quartos, quintos, agrarios, pratos, pratalia, aquas, aqualia, paschua,<sup>d</sup> pasturalia et paludia, et omnia alia hic expressa vel non expressa nobis in dicta villa et in suo terminio

234. Ponç de Bajoles estengué actes sota l'autoritat de l'escrivà públic de Perpinyà, Pere del Vernet, entre el desembre de 1186 i el febrer de 1205.

235. El document porta al dors un regist del segle xv en català: «Carta de donato de una honor que fo donada al loch de fenti Tarats», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 360».

accidentia et pertinentia sive ullo modo competitura, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro enganno et vestrorum successorum et dicte domus et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius Bernardus Raffardi et Ermessendis Raffarda, mater ejus, et Fabressa, filia ejusdem Ermessendis et soror dicti Bernardi Raffardi, et Stephania, uxor ejusdem Bernardi, totum prenominatum honorem mihi dicto Johanni de Alliarde, vendiderunt pro DCC solidis barchinonensium, sicut continetur in instrumento inde facto per manum<sup>e</sup> Poncii de Bajolis et subscripto<sup>f</sup> per manum Petri de Verneto, presbiteri, publici scriptoris, quod vobis trado, et sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem dicte domus et tui, dicti preceptoris, et successorum tuorum. Cedimus etiam et damus domino Deo et predicte domui Mansi Dei et tibi, dicto Guilelmo Fulchoni, preceptoris ejusdem domus, et fratribus tuis, tam presentibus quam futuris, in manu et posse tui dicti fratris Caboti, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro omnibus premissis et singulis habemus vel habere aliquo modo debemus. Et modo in presenti predictam domum Mansi Dei et te dictum preceptorem, et successores tuos, et fratres ejusdem domus, et quos volueritis, vos in rem vestram procuratores constituimus. Et profitemur et in veritate recognoscimus quod pro precio totius supradicti honoris<sup>g</sup> dedistis nobis et tradidistis de bonis dicte domus Mansi Dei mille CCC solidos malguriensium, de quibus per paccatos nos tenemus, renuntiantes exceptioni peccunie non numerate. Et illi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec venditio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia gratis inter vivos Deo et dicte domui Mansi Dei, et tibi dicto preceptoris, et successoribus tuis, et fratribus, difinimus<sup>h</sup> et damus firmiterque concedimus ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in eternum fatiendas. Promittimus<sup>i</sup> etiam Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptoris, et successoribus tuis, semper nos et nostros de predicta venditione fore legitimos auctores et defensores<sup>j</sup> ab omni persona et teneri sine fraude de evictione. Pro qua evictione et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis vos vel successores vestri, ex quibus semper credamini plano vestro verbo

absque testibus et juramento, et pro omnibus predictis mille CCC solidis malguriensium, obligamus dicte domui Mansi Dei et tibi dicto preceptori et successoribus tuis per vinculum omnia bona nostra mobilia et immobilia, presentia et futura, in vita et in fine. Item, promittimus bona fide et per firmam stipulationem Deo, et dicte domui et tibi dicto preceptori in manu et posse tui, fratris dicti Caboti, quod nichil fecimus vel decetero faciemus quominus hec venditio vobis valeat infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto prenominato honore et de omnibus premissis et singulis nos et nostros semper denudamus, et predictam domum Mansi Dei, et te, dictum preceptorem, et successores tuos, et quos volueritis, prorsus investimus, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mittimus,<sup>k</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in eternum faciendas per liberum et franchum alodium, libere et quiete. Et quod ita hec omnia supradicta et singula<sup>l</sup> fideliter semper teneamus et compleamus et etiam observemus et nullatenus contra veniamus,<sup>m</sup> vel veniri faciamus, per nos vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide et per firmam et sollempnem<sup>n</sup> stipulationem promittimus,<sup>i</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, ego dictus Arnaldus Catalanus, super animam meam et super animam dicti patris mei, Johannis de Alliarde,<sup>o</sup> sponte juro, renuntians per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter, mihi competenti vel competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum. Actum est hoc V nonas marcii, anno Domini MCCXXVIII. Sig++++na Johannis de Alliarde, et Arnaldi Catalani, et Guilelmi, et Petri, infantum ejus, predictorum, qui hec omnia supradicta et singula firmamus firmarique rogamus. Sig++++na Petri Raimundi de Salsis, et Johannis Natalis, et Berengarii Laurentii, testium. Bernardus Sapte scripsit hoc vice Petri de Rivo, et rasit et emendavit in XIII<sup>a</sup> linea «precio totius supradicti honoris», et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato<sup>p</sup> domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. mala B. b. imperpetuum B. c. Fulconi B. d. paschua B. e. per manum *repetit per error B.* f. et scripto et subscripto B. g. *les paraules precio tocius supradicti honoris han estat escrites ulterioirmont sobre una raspadura A.* h. diffinimus B. i. promittimus B. j. deffensores B. k. mitimus B. l. et singula omès B. m. veniemus B. n. firmam et sollempnem omès B. o. Aliarde B. p. mandator B.



## 307

1229, 9 de setembre

*Esteve Ponç de Nils dóna a Guillem Folc, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa dos homes, Pere de Bages, de Nils, i Vallespir, el qual viu amb ell, amb tots llurs descendents i llurs béns, de manera que seran d'ara endavant homes propis dels frares del Masdéu. Esteve demana a cada un d'aquests homes que pagui als templers el cens anual d'una oca que estaven obligats a fer-li el dia de Sant Joan Baptista de juny.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 189v-190, acta núm. 327.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 419-422, segons *B*.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 111-113, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Stephanus Poncii de Anilis, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set spontaneus et consultus, cum hac presenti carta perpetuo valitura inter vivos dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter diffinio et solvo atque trado, amore Dei et remissione delictorum meorum et omnium fidelium defunctorum,<sup>a</sup> domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, inde preceptori, et ceteris omnibus fratribus ejusdem, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, duos homines meos per liberum et franchum alodium, scilicet Petrum de Bagis de Anilis et Vallispirium qui mecum manet et omnes descendentes suos, cum omnibus eorum rebus habitis et habendis, presentibus et futuris, ita scilicet quod dicti homines et descendentes sui semper et ubique abinde cum omnibus eorum rebus vestri proprii et solidi homines, ad omnes vestras voluntates perpetuo<sup>b</sup> faciendas, sine aliquo blandimento et contradicto cujuslibet, precipiendo eis quod solvant semper vobis et successoribus vestris, ipsi et sui, ipsum censum quem michi solvere tenebantur singulis annis in festo sancti Johannis Babtiste junii, scilicet uterque eorum unam aucham, quem nichil mihi vel meis ulterius retineo vel aliquo modo reservo in predictis duobus hominibus vel in descendentibus eorum aut in aliquibus rebus suis, habitis et habendis, immo in presenti de eis et de omni prole eorum me et meos denudo, et vos et fratres milicie Templi, presentes et futuros, et quoscumque volueritis prorsus investio et in corporalem possessionem juris et facti vos mitto,<sup>c</sup> ad omnes

vestras vestrorumque successorum voluntates faciendas. Actum est hoc V° idus septembris, anno Domini M° CC° XX° VIII°. Sig+num Stephani Poncii prescripti, qui hec omnia laudo et firmo firmarique rogo. Sig+++na Johannis Yloni de Pascano, et Petri de Costis, et Bernardi Febroarii de Bagis, testium.

Raymundus de Ysavallis, scriptor publicus, hec scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. deffunctorum *B.*    b. perperam *B.*    c. mito *B.*

### 308

1230 (nou estil), 17 de gener

*Berenguer de Ceret, cavaller, dóna a Guillem Folc, comanador del Masdú, i als altres freres d'aquesta casa el mas que Pere Galm té per ell a la vila de Morellàs, amb els habitants i els béns seents que en depenen, així com tots els drets, usos i justícies que té sobre aquest mas i els seus habitants. Dóna igualment als templers del Masdú quatre oliveres que té en un farraginar situat davant d'aquest mas. Berenguer conservarà l'usdefruit de les servituds i del cens habitual d'aquestes possessions, i tot revertirà als templers després de la seva mort. D'aquí a llavors, aquests darrers tindran tres fogasses valorades en 6 diners de Magalona sobre el cens anual que Pere Galm està obligat a fer-los.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 128-129, acta núm. 206.

*C* Còpia del començament del segle XX, ALBON, Cart. gén., nouv. acq. lat. 27, ff. 114-119, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Berengario de Cereto, miles, non ab aliquo coactus neque deceptus seu verbis manibus subductus, immo spontaneus consultus, recordans etiam et efficaciter ad memoriam reducens multa delicta que ego et parentes mei commisimus, cum hac presenti carta perpetuo valitura, in remissione peccatorum meorum, dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter offero et trado omnipotenti domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, inde preceptor, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium, unum mansum meum quem Petrus *Galm* de Maurelanis pro me tenet in eadem villa de

Maurelanis et in terminis suis, et eundem hominem cum ceteris hominibus, ibidem presentibus et futuris, et feminis, honoribus, cultis et incultis, heremis, condirectis, campis, scilicet vineis, casis, casalibus, ortis, ortalibus, pratis, paschuis, garricis, arboribus fructiferis et infructiferis, aquis, aqualibus, cum earum deductibus et reductibus, quecumque ad eundem mansum pertinent et spectant, pertinere et spectare ubique debent jure vel modo aut consuetudine, cum censibus et usaticis, terremeritis, justiciis, accapitis, foriscapiis, cucuciis,<sup>a</sup> exorquiis, homicidiis, intestacionibus, adempriviis, pertinentiis ac juribus in dicto manso vel in habitatoribus<sup>b</sup> suis, presentibus et futuris, mihi competentibus vel competituris, sicuti melius et plenius<sup>c</sup> integre habeo et habere debeo aliqua voce vel racione, et cum omnibus hic expressis et non expressis et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno, sicut melius a vobis et a fratribus Mansi Dei, presentibus et futuris, intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et fratrum Mansi Dei, presencium et futurorum. Et insuper dono prenominate domui Mansi Dei perenniter<sup>d</sup> et vobis, prefato fratri Guilelmo Fulchoni, inde preceptoris, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, III<sup>or</sup> olivaria mea dominia et locum in quo plantate sunt, que habeo in quodam ferreginali ante mansum prenomiatum. Cedo etiam et dono vobis et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates perpetuo faciendas, omnes actiones et excepciones et jura, que adversus aliquas personas pro hiis omnibus predictis et singulis habeo et habere aliquo modo debeo, modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituens. Et promitto<sup>e</sup> vobis, bona fide per stipulacionem, quod ego et posteri mei erimus per omnia vobis predicto preceptoris et fratribus Mansi Dei, presentibus et futuris, de predicta donacione boni et legales auctores et defensores<sup>f</sup> ab omni persona, et tenebimur vobis semper de omni evictione quam habeatis super omnibus ubique bonis et rebus meis, habitis et habendis. Item, promitto<sup>e</sup> vobis, bona fide per stipulacionem, quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec donacio vobis valeat vel infringi possit, quod si forte feci, vel decetero facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto predicto manso et de cunctis inde mihi quoquomodo accidentibus me et meos penitus denudo et vos et fratres Mansi Dei et quoscumque volueritis prorsus investio et in corporalem possessionem cum omni integritate juris et facti vos mitto,<sup>g</sup> ad omnes vestras voluntates perpetuo faciendas, quem nichil mihi vel meis ulterius in eodem manso vel in habitantibus

suis, presentibus et futuris, aut in rebus eorum quibuslibet retineo vel quolibet modo reservo, nisi tantum terremerita et solitum censum que inde provenire debent, que habeam et usufructuem ex dono et beneficio vestro in omni vita mea solummodo,<sup>h</sup> et post obitum meum, vobis quiete et absque impedimento deveniant. Pro possessione vero et tenedone mansi prenominati accipiatis abinde in eo singulis annis, in festo Natalis Domini, de censu quem facere tenetur mihi Petrus *Galm* predictus III fogasas valentes VI denarios malgurienses bonos. Actum est hoc XVI<sup>o</sup> kalendas februarii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig+num Berengarii de Cereto prescripti, qui hec omnia laudo et firmo firmarique rogo. Sig++++na fratris Rossilionis, Mansi Dei subpreceptoris,<sup>i</sup> et fratris Bernardi de Furchis, inde camerarii, et fratris Berengarii de Pina, et Berengarii Laurencii, et Guilelmi Martini de Solanis, sacriste [et]<sup>j</sup> presbiteri, testium.

Raymundus de Ysavallis, scriptor publicus, hec scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. ccucuciis B.    b. habitonibus B.    c. plus B.    d. perempniter B.    e. promito B.  
f. deffensores B.    g. mito B.    h. solummodo B.    i. preceptoris B.    j. et omès B.

### 309

1230 (nou estil), 16 de febrer

*Fra Ramon de Torderes, comanador de la casa del Temple de Sant Hipòlit, amb el consentiment de fra Bernat de Cases, associat seu, dóna en acapte a Pere Groll i als seus una vinya situada a Sant Hipòlit, al lloc anomenat Sarguis. Els terratgers hauran de donar-los el quart de la verema, que portaran al cup dels templers a la vila de Sant Hipòlit amb llur pròpia bèstia; tanmateix, si no en posseïssin, utilitzarien la de la verema feta en comú amb els templers. Els donaran igualment la quarta part de les olives, i tindran la resta de la collita i els rams. I si hi fessin blat, haurien de donar el quart de tots els fruits i els usos, i conservarien la resta amb llurs usos i la palla. Els templers es reserven el dret de fadiga durant un període de trenta dies i trenta nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Ramon de Torderes ha rebut 15 sous melgoresos.*

A Original, pergami, amplada 265 mm, alçada 85 mm, ADPO, Hp189.<sup>236</sup>

236. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3113».

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 46-49, segons A.

Notum sit cunctis quod ego frater Raimundus de Turderis, procurator domus Sancti Ypoliti, cum consilio et voluntate fratris Bernardi de Casis, socio meo, per me et per omnes meos successores dono ad accapitum, bona fide et sine omni enganno, tibi, Petro Grolli, et tuis omnique posteritati ac consanguinitati tue et cui dare, dimittere, vendere aut inpignorare volueris, exceptis sanctis et militibus uxoribusque et filiis eorum, videlicet I vineam, cum terra in qua est plantata, de nostro alodio, quam habemus et habere debemus in adjacentia Sancti Ypoliti, in loco vocato ad Sarguis. Et affrontat dictam vineam<sup>a</sup> de oriente in honore Johannis *Oliba*, de meridie in honore Johannis Politi et Berengarii, fratris sui, de occidente in honore nostro metipso et aliorum heredem,<sup>b</sup> ab aquilone in honore Petri Magistri. Sicut includitur in is<sup>c</sup> predictis IIII<sup>or</sup> affrontationibus, sic dono tibi et tuis totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali pacto ut de omni vindemia que inde exierit, dabitis nobis vel nostris successoribus fideliter quartum, quem portetis ad tinam nostram in villa Sancti Ypoliti cum tua bestia; et si non habueritis bestiam, locate eam de comuni vindemia nobis et vobis, et de olivis, date nobis similiter quartum fideliter, et vos habeatis residuas partes et vites. Et si feceritis bladum, dabitis nobis vel nostris successoribus fideliter quartum de omni expleto que inde exierit, cum usaticis, et vos habeatis residuas partes, cum vestris usaticis, et paleam. Et si voluis<sup>d</sup> te vel tuos vendere aut inpignorare, nobis dominis facite sicut alteris sperante precio XXX<sup>a</sup> diebus cum noctibus suis, et si infra precium non habueritis, deinde vendite aut inpignorate cui volueritis, exceptis supra interdictis, salvis nostris juribus in omnibus semper. Pro hac siquidem donationem,<sup>e</sup> habui a te XV solidos malguriensium de accapito. Ideoque, ut hec predicta donatio firmior ac stabilior habeas te vel tuos<sup>f</sup> in perpetuum, nos vero donatores per nos et per successores nostros faciemus tibi vel tuis dictum accapitum bonum habere et possidere in pasce.<sup>g</sup> Actum est hoc XIII kalendas marcii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. Sig++na fratris Raimundi de Turderis, procuratoris domus Sancti Ypoliti, et fratris Bernardi de Casis, socii mei, predictorum, qui ita hec omnia predicta firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Bernardi de Tuxano, et Berengarii de *Schales*,<sup>h</sup> et Petri Guilelmi de *Caramaig*, testium. Ego Petrus Jacobus, presbiter de Verneto

hanc cartam scripsi mandato Arnaudi, sacerdotis, capellanus<sup>i</sup> de Salsis.

Arnaudus, sacerdos, capellanus de Salsis, sic scribere jussit, rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

- a. Sic A.    b. Sic A per heredum.    c. Sic A per his.    d. Sic A per volueris.  
 e. Sic A per donatione.    f. Sic A per habeatur tibi vel tuis.    g. Sic A per pace.  
 h. La lletra h afegida a la interlínia A.    i. Sic A per capellani.

### 310

1230, 27 de març

*Fra Guillem Folc, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Rosselló, sotscomanador, Cabot, Pere, preceptor de Perpinyà, Pere d'Estagell, comanador del Mas de la Garriga, i Bernat, cambrer del Masdéu, canvia amb fra Bernat de Castellbisbal, comanador de la casa de Bajoles de l'Hospital de Jerusalem, tot el que els templers del Masdéu posseeixen a la vila i terme de Cabestany i a la parròquia de Santa Maria, excepte una vinya situada al lloc anomenat Serra Boques, així com tot el que tenen a la vila i terme de Bajoles i a la parròquia de Sant Vicenç i tot el que tenen al lloc anomenat els Còrrecs, al dècim de Santa Maria de Castell-rosselló, excepte un camp, per tots els honors, drets i possessions que els hospitalers tenen a la vila i terme de Bages i a tota la parròquia de Sant Andreu, més el cens anual de cinc quartons d'ordi que el comanador de Bajoles assigna als templers a la vila de Sant Hipòlit.*

- A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergami, amplada 305/335 mm, altura 185/205 mm, ADPO, 1B83.<sup>237</sup>  
 B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 255-256v, acta núm. 454.  
 C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 444-447, segons B.  
 D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 149-161, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus Fulcho, preceptor domus Mansi Dei, ex una parte, et fra-

237. La part inferior dreta del document ha estat afectada per un solvent i la tinta s'ha diluït, i l'angle inferior dret presenta un estrip de prop de 20 mm d'amplada. El document porta al dors una signatura topogràfica del segle XV «n° CCLXXXI», dues mencions modernes identitàries en català: «del Mas de la Garriga», i una anàlisi del segle XIX en francès.

ter Bernardus de Castro episcopali, preceptor domus Hospitalis *Jherusalem*<sup>a</sup> de Bajolis, ex altera, nos ambo insimul per nos et per omnes successores nostros facimus inter nos bonam et firmam excambiationem et permutacionem, videlicet ego predictus frater Guilelmus *Folc*, preceptor domus Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, presentes atque futuros, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum<sup>b</sup> valitura, cum consilio et voluntate et assensu ac laudamento fratris Rossilionis,<sup>c</sup> subpreceptoris, et fratris Caboti, et fratris Petri, procuratoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Estagello, procuratoris domus de Garriga, et fratris Bernardi, *cambrer*, intercambio et nomine permutacionis trado domino Deo et domui Hospitalis *Jherusalem*<sup>a</sup> de Bajolis et tibi, dicto fratri Bernardo de Castro episcopali, preceptori ejusdem domus, et tuis successoribus, et fratribus, presentibus et futuris, ejusdem domus, totum quicquid ego et successores mei habemus vel habere debemus usque in hodiernum diem in villa et terminis de Capite stagno et in omni adjacentia Sancte Marie ejusdem ville, scilicet homines et feminas et census et dominia et jura et terremerita et usaticos et servicia et adempriva<sup>d</sup> et possessiones et omnia bona que aliquo modo vel jure seu tenedone habemus vel habere debemus in dicta villa de Capite stagno et in ejus terminis, et in omni adjacentia Sancte Marie ejusdem ville, preter unam vineam cum terra in qua est plantata, que est in supradicta adjacentia, in loco qui dicitur *a Serra Boches*, et totum quicquid ego et successores mei habemus vel habere debemus usque in hodiernum diem in villa et terminis de Bajolis et in omni adjacentia Sancti Vincencii ejusdem ville, scilicet census, et dominia, et jura, et terremerita, et usaticos, et servicia, et adempriva,<sup>d</sup> et possessiones, et omnia bona que aliquo modo vel jure seu tenedone habemus vel habere debemus in dicta villa de Bajolis et in ejus terminis, et in omni supradicta adjacentia Sancti Vincentii ejusdem ville, absque omni diminutione et sine aliqua exceptione, et totum quicquid<sup>e</sup> habemus vel habere debemus ulla voce vel aliqua racione in loco qui dicitur *als Correcs*, que sunt in decimario Sancte Marie de Castro Rossilione,<sup>f</sup> preter quendam campum, qui affrontat ab oriente in honore qui fuit Raymundi *Cavaler* et in honore Raymundi Sutoris quondam, a meridie in honore Raymundi de Furchis, ab occidente in honore qui fuit Petri Jausberti, ab aquilone in honore Bernardi Romey de Capite stagno. Sicut superius dictum est, sic intercambio et no-

mine permutacionis trado domino Deo et dicte domui Hospitalis Jherusalem de Bajolis et tibi, dicto fratri Bernardo de Castro Episcopali, preceptori ejusdem domus, et fratribus, et successoribus tuis, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates faciendas, in perpetuum,<sup>b</sup> totum supradictum honorem et bona, sicut melius et plenius habemus et possidemus et habere et possidere debemus in supradictis villis usque in hodiernum diem, ut superius dictum est, totum, integritè ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque successorum enganno, et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a successoribus vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Dono etiam et cedo domino Deo et dicto Hospitali et tibi, dicto fratri Bernardo de Castro episcopali, preceptori ejusdem Hospitalis, et successoribus tuis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro predictis omnibus et singulis habeo vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti prenominatum Hospitalis<sup>e</sup> et te, dictum fratrem Bernardum de Castro episcopali, preceptorem, et successores tuos procuratores constituo. Promitto<sup>h</sup> etiam bona fide per stipulationem me et successores meos semper dicto Hospitali et tibi, dicto fratri Bernardo de Castro episcopali, preceptori, et successoribus tuis, de predicta excambiatione<sup>i</sup> fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, obligans inde tibi, dicto fratri Bernardo de Castro episcopali, et dicto Hospitali,<sup>j</sup> et successoribus tuis, omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Promitto<sup>h</sup> etiam bona fide per stipulationem, quod nichil fecimus vel decetero faciemus quominus hec excambiatio et permutacio vobis valeat vel infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam, in presenti, de omnibus supradictis et singulis, ut superius scriptum est, predictam domum Mansi Dei, et nos, et successores nostros, presentes atque futuros, semper denudamus, et dictam domum Hospitalis de Bajolis, et te, dictum preceptorem, et successorum tuorum, prorsus investimus, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mittimus, ad omnes vestras vestrorumque voluntates in infinitum faciendas. Que omnia supradicta tradimus vobis nomine excambiationis et permutacionis, ut dictum est, pro omnibus honoribus et bonis et possessionibus,



quas habetis vel habere debetis in villa et in terminis de Bagis, et in omnia adjacentia Sancti Andree ejusdem ville, usque in hodiernum diem, et pro V quartonis ordeï,<sup>k</sup> quos nobis et dicte domui Mansi Dei dedistis, videlicet in villa Sancti Ypoliti super migaries annuatim de censu, que nobis tradidistis similiter nomine excambiationis et permutacionis pro istis que vobis similiter tradimus. De quibus que nobis hic traditis tenemus nos per pacatos, ita quod renunciamus exceptioni rerum et bonorum non traditorum. Et profitemur quod vacuum possessionem<sup>l</sup> nobis tradidistis de omnibus supradictis honoribus et bonis que habetis et habere debetis in supradicta villa de Bagis et in ejus terminis, et in omni supradicta adjacentia Sancti Andree ejusdem ville, et de supradictis V quartonis ordeï. Ideoque promittimus<sup>m</sup> vobis et successoribus vestris quod contra hanc permutacionem nullo tempore veniamus<sup>n</sup> nec venire faciemus, occulte vel manifeste, bona fide per stipulationem promittimus,<sup>m</sup> ymmo hanc semper observabimus nos et nostri successores, et renunciamus omni juri et legi et consuetudini et beneficio in integrum restitutionis<sup>o</sup> et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Simili modo, ego supradictus frater Bernardus de Castro episcopali, preceptor domus Hospitalis *Jherusalem* de Bajolis, per me et per omnes successores meos presentes atque futuros, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum<sup>b</sup> valitura, cum consilio et voluntate et assensu ac laudamento fratris Bernardi Radulfi, et fratris Guilelmi de *Offogat*,<sup>p</sup> et fratris Guilelmi de Abbadia, presbiteri, et fratris Poncii Egidii, excambio et nomine permutacionis trado domino Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori ejusdem domus, et tuis successoribus, et fratribus presentibus et futuris ejusdem domus, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas, totum quicquid habemus vel habere debemus usque in hodiernum diem in villa et terminis de Bagis, et in omni adjacentia Sancti Andree ejusdem ville, licet sit sub decimatione ulterius ville, scilicet homines et feminas, et census, et dominia, et jura, et terremerita, et usatica, et servicia, et adempriva,<sup>d</sup> et possessiones, et omnia bona que aliquo modo vel jure seu tenedone habemus vel habere debemus in dicta villa de Bagis et in ejus terminis, et in omni adjacentia Sancti Andree ejusdem ville, licet sit sub decimatione alterius ville. Et preterea assignamus et damus vobis et successoribus vestris presentibus et futuris in villa Sancti Ypoliti,

scilicet super migaries, V quartonos ordei annuatim de censu nomine excambiationis et permutacionis. Sicut superius dictum est, sic excambiamus et nomine permutacionis tradimus domino Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori, et fratribus, et successoribus tuis, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates faciendas in perpetuum,<sup>b</sup> omnia supradicta que habemus vel habere debemus in predicta villa de Bagis et in ejus terminis, et in omni supradicta adjacentia Sancti Andree ejusdem, licet sub decimatione alterius ville sit, totum, integritur ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque successorum enganno, et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a successoribus vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Dono etiam et cedo domino Deo et dicte domui Mansi Dei et vobis, et successoribus vestris presentibus et futuris, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas, pro eisdem omnibus supradictis quas vobis excambiamus, habemus vel habere aliquo modo debemus, et modo in presenti vos et dictam domum Mansi Dei et successores vestros procuratores constituo. Promitto<sup>h</sup> etiam bona fide per stipulationem me et successores meos semper dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori, et successoribus tuis, de predicta excambiatione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, obligans inde tibi et successoribus tuis et dicte domui Mansi Dei omnia bona dicte domus Hospitalis de Bajolis, quecumque sint et ubicumque. Promitto<sup>h</sup> etiam bona fide per stipulationem quod nichil fecimus vel decetero faciemus quominus hec excambiatio vobis venire<sup>a</sup> vel infringi possit. Quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam, in presenti, de omnibus supradictis que habemus vel habere debemus in predicta villa de Bagis et in ejus terminis, et in omni adjacentia Sancti Andree ejusdem, licet sit sub decimatione alterius ville, nos et predictam domum Jherusalem de Bajolis et successores nostros semper denudamus, et dictam domum Mansi Dei et te dictum preceptorem et successores tuos prorsus investimus et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mittimus, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas. Que

omnia supradicta tradimus vobis nomine excambiationis et permutationis, ut dictum est, pro omnibus supradictis honoribus et bonis et aliis que nobis, ut superius dictum est, tradidistis similiter nomine excambiationis et permutationis pro istis que vobis similiter tradimus,<sup>r</sup> de quibus, que nobis hic traditis, tenemus nos per paccatos, ita quod renunciamus excepcioni rerum et bonorum non traditorum. Et profiteamur quod vacuum possessionem nobis tradidistis de omnibus supradictis. Ideoque promittimus quod contra hanc permutationem nullo tempore veniemus nec venire faciemus, occulte vel manifeste, bona fide per stipulationem promittimus,<sup>s</sup> ymmo semper hanc observabimus nos et nostri successores. Et renunciamus juri<sup>t</sup> et legi et consuetudini beneficio integrum<sup>u</sup> restitutionis, et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso.

Actum est hoc VI kalendas aprilis, anno Domini MCCXXX. Sig+++++na fratris Guilelmi Fulchi, preceptoris, et fratris Rossillionis,<sup>v</sup> et fratris Caboti, et fratris Petri, procuratoris domus Perpiniani, et fratris Petri de Estagello, et fratris Bernardi, *cambrer*, predictorum, qui hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+++++na fratris Bernardi de Castro Episcopali, preceptoris, et fratris Bernardi Radulfi, et fratris Guilelmi de *Offogat*,<sup>p</sup> et fratris Guilelmi de Abbadia, et fratris Poncii Egidii, predictorum, qui hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Petri Raimundi<sup>w</sup> de Salsis, et Petri Eimerici<sup>x</sup> de Capite stagno, et Petri Egidii, testium rogatorum. Petrus Calvetus, scriptor publicus, scripsit hoc, rogatus, et hoc sig-(SM)num fecit.

a. Jherosolimitani B. b. imperpetuum B. c. Rossillionis B. d. ademprivia B.  
 e. totum quicquid juris B. f. Rossillione B. g. Hospitale B. h. promitto B. i. excambiacione et permutatione B. j. et dicto Hospitali omès B.  
 k. ordey B. l. possessessionem B. m. promittimus B. n. veniemus B. o. restitutionis B. p. Offegat B. q. valeat B. r. et permutationis, ut dictum est, pro istis similiter que vobis tradimus B. s. Sic A i B. t. omni juri B. u. et beneficio in integrum B. v. Rossillionis B. w. Raymundi B. x. Eymerici B.

1230, 28 de març.

*Ermengarda Durana, el seu marit Pere de Lautre i llurs fills Bernat i Joan, amb el consentiment del senyor Guillem de Niort, lloctinent del senyor Ramon de Canet, canvien amb Guillem Folc, comanador del Masdèu, i Pere d'Estagell, comanador del Mas de la Garriga, el camp de Reard que tenien per Ramon*

*de Canet a la parròquia de Sant Julià de Vilanova de Raò, per la vinya de Barrià, situada dins la mateixa parròquia, que tindran d'ara endavant per Ramon de Canet, a qui donaran la sisena somada de la verema, de la qual guardaran el most, i li donaran igualment l'agrer dels cereals, la tercera part de la cossura i tres mesures de bajulivum.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 130r-v, acta núm. 209.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 451-452, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 122-126, segons B.

Sit notum omnibus quod ego Ermenjardis Durana, et maritus meus, Petrus [...],<sup>a</sup> consilio et voluntate domini Guilelmi d'Aniorti, tenenti locum domini Raymundi de Caneto, [...]<sup>b</sup> et libera voluntate, per nos et nostros in presenti [commutamus] vobis, domino Guilelmo [Fulchoni, comendatori milicie Templi<sup>c</sup> Mansi Dei, et vobis, Petro de Stagello, comendatore [Mansi de Garriga et vestris successoribus et habentibus] illorum locorum, per liberum et franchum alodium, sine [...]<sup>d</sup> et sine retentu domini Raymundi de Caneto et suorum, totum illum [campum de Riardo, quod per ipsum Raymundum de Caneto] tenebamus in adjacencia Sancti Juliani de Villa nova de Racione, sicut terminatur ab oriente [...]<sup>e</sup> honore, ab occidente in tenedone Juliani, ab aquilone in via publica. Predictum [...]<sup>f</sup> campum, cum introitibus et exitibus suis, et omnia nostra loca et jura que ibi habemus et habere debemus, [commutamus]<sup>g</sup> vobis et vestris, ad vestram vestrorumque voluntatem faciendam per franchum alodium, sine [...]<sup>h</sup> domini Raymundi de Caneto et suorum. Pro hac enim commutatione<sup>i</sup> accepimus a vobis vestram vineam de Barriano, ut inferius declaratur, de qua sumus bene paccati, quam tenebimus per dominum Raymundum de Caneto et suorum, et dabimus ei imperpetuum de vindemia sextam saumatam et nos habebimus mustum, et dabimus ei de fructu panis agrarium et terciam partem cussure et III mensuras de [bajulivo, et] convenimus vobis et vestris dictum campum facere, tenere et possidere in pace imperpetuum contra cunctas personas super nos [...]<sup>j</sup> mobilibus et immobilibus. Ad hec nos, Guilelmus Fulcho et Petrus de *Stagel*, comendatores, per nos et per nostros successores comendatores predictarum domorum commutamus<sup>k</sup> vobis, Ermenjardi Durane et Petro de Lautre, et vestris successoribus [...]<sup>l</sup> sine nostro nostrorumque retentu, totam vineam quam habemus ad Barrianum, in adjacencia Sancti Juliani de Villa nova

de Racione, sicut terminatur ab oriente et ab aquilone in vinea Bernardi *Blasin*, a meridie in via publica, [ab occidente in] vinea Juliani *Palos*. Predictam itaque vineam cum terra in qua fundatur introitibus et exitibus suis [...] <sup>m</sup> et jura que nos et milicia Templi habemus et habere debemus, commutamus <sup>k</sup> vobis et vestris per alodium, sine nostrum nostrorumque retentu, ad vestram vestrorumque voluntatem faciendam, salvis terremeritis et jura in omnibus domini Raymundi de Caneto [ac qui] in loco predicto campi vos et vestri teneatis dictam vineam cum terra in qua fundatur per ipsum dominum Raymundum de Caneto et suorum. Quam vineam et dictam commutationem <sup>n</sup> convenimus vobis et vestris facere, tenere et possidere in pace imperpetuum contra cunctas personas super nos et in omnibus rebus nostris mobilibus et immobilibus. Pro hac enim commutatione recepimus a vobis dictum campum de Riardo, de quo sumus a vobis bene paccati. Ad hec nos omnes prenominati amborum partium promittimus <sup>o</sup> quod numquam contra presentem cartam veniamus vel venire faciamus aliqua ratione, renunciando quantum ad hoc omni juri divino et humano, scripto et non scripto. Actum est hoc V<sup>o</sup> kalendas aprilis, anno M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup>. Sig++++na Ermenjardis Durane, Petri de Lautre, mariti ejus, Bernardi, Johannis, filiorum eorum, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Guilelmi Folqui, comendatoris Mansi Dei, Sig+num Petri de *Stagel*, comendatoris Mansi de Garriga, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi *Blasin*, Guilelmi *Blasin*, Petri Gilaberti, testium. Sig+num Guilelmi de Serriano, presbiteri de Salelis, publici notarii, qui hoc scripsit cum litteris damnatis <sup>p</sup> in linea nona et emendatis in XI linea, mandato J. de Canois, Elnensis capiscolis, die et anno prefixis.

a. *Passatge il·legible, llacuna de 50 mm B.*    b. *Passatge il·legible, llacuna de 45 mm B.*    c. comendatori milicie Templi repetit per error B.    d. *Passatge il·legible, llacuna de 30 mm B.*    e. *Passatge il·legible, llacuna de 25 mm B.*    f. *Paraula il·legible B.*    g. *Paraula il·legible B.*    h. *Passatge il·legible, llacuna de 70 mm B.*    i. comutatione B.    j. *Passatge il·legible, llacuna de 30 mm B.*    k. comutamus B.    l. *Passatge il·legible, llacuna de 25 mm B.*    m. *Passatge il·legible, llacuna de 20 mm B.*    n. comutationem B.    o. promittimus B.    p. literis dampnatis B.

1230, 10 de maig

Ramona, vídua de Ramon Esquirol d'Ortafà, ven a fra Guillem Folc, comanador del Masdéu, a fra Pere, comanador del castrum de

*Palau, i als altres frares de la milícia del Temple un camp que tenia per ells a la parròquia de Santa Eugènia d'Ortafà, al lloc anomenat Pubri. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 90 sous melgoresos.*

A Original, pergami, amplada 225 mm,çada 155/165 mm, ADPO, Hp186.<sup>238</sup>

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 339-342, segons A.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Raymunda femina, uxor quondam Raymundi *Esquirol* de Ortafano, bona fide et sine fraude, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, cum hac presente<sup>a</sup> carta publica omni tempore valitura, vendo in presenti sine aliquo retentu domino Deo, et beate Marie, et tibi fratri<sup>b</sup> Guilelmo Fulchoni, preceptori Mansi Dei, et tibi fratri Petri, preceptori castri Palatii, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, et cui dare, dimittere, vendere aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras et vestrorum successorum perpetuo faciendas, totum unum campum meum, quem tenebam pro vobis in terminis Sancte Eugenie de Ortafano, ad Pubri. Et affrontat oriente<sup>c</sup> in terra Johannis Durandi, a meridie in terra quondam Arnalli Jordani, occidente in terra Guilelmi Gitardi, aquilone in terra quondam Nicholar.<sup>d</sup> Sicut in istis IIII<sup>or</sup> affrontationibus includitur, sic vendo vobis predictis et successoribus vestris, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum successorum dici vel intelligi potest, pro LXXXX solidis malguriensium bonis, de quibus sum bene pacata in utilitatem meam maximam, ita quod ex certa sciencia exceptioni non numerate peccunie consulte renuntio. Et promitto vobis et successoribus vestris, bona fide et per firmam stipulationem, quod in hoc vos nec vestros successores non engannem nec decipi ullomodo permitam,<sup>e</sup> set totum vobis et successoribus vestris tenere et possidere faciam in pace sine aliquo contradicto perpetuo, renuntians expresse omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quo contra hec in aliquo vel in toto venire potero, in iudicio vel extra iudicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam, et nullum jus nec dominium nec potestatem in dicto campo michi nec meis retineo, set totum de jure meo et dominio et potestate in jus vestrum et dominium et

<sup>238</sup>. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2621».

potestatem irrevocabiliter transfero, constituens vos procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in accipiendo, cedendo vobis et vestris omnes actiones, petitiones, exceptiones, oppositiones,<sup>f</sup> voces et jura, que adversus predictum campum habeo vel habere deo, promittens vobis predictis bona fide mea plivio quod nichil feci, vel decetero faciam, quo minus valeat vobis nec vestris successoribus hec predicta venditio, vel infringi possit, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas vires prorsus habeat. Et promitto me teneri de omni evictione ante litem contestatam vel post, unde obligo vobis et successoribus vestris omnia bona mea, vita et morte, ubique, diffiniens ex gratia totum hoc quod dicta venditio plus hoc precio valet vel valebit. Et quod omnia singula, sicut superius sunt dicta, attendam, et contra non veniam, nec venire faciam per me vel per interpositam personam, juro corporaliter per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, quod sacramentum cum meis propriis manibus sponte feci. Et est manifestum. Actum est hoc VI idus maii, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup>, Lodoycho regnante rege in Francia. Sig+num Raymunde femine predictae, que hoc totum fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+++na Raymundi de Palariis, et Arnalli Andre de Palatio, et Raymundi Borrelli *del Casalil*, testium.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. *Sic A per presenti.*    b. *Sic A.*    c. *Sic A per ab oriente.*    d. *Sic A per Nicholai.*    e. *Sic A per permittam.*    f. *Sic A per oppositiones.*

### 313

1230, 14 de maig

*Guillem Cogombre, fill del difunt Guillem Cogombre de Malloles, amb el consentiment exprés de Ponç Cogombre, el seu germà, ven a fra Guillem Folc, comanador del Masdèu, i a fra Pere, comanador del Mas de la Garriga de la milícia del Temple, un camp que té per ells a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al lloc anomenat Camp de Maig. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 100 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 76r-v, acta núm. 119.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 449-450, segons B.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 144-148, segons B.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Cucumer, filius Guilelmi Cucumeris de Malleolis condam, cum voluntate et laude ac expressa licencia Poncii Cucumeris, fratris mei, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado tibi, Guilelmo Folcho, procuratori domus Mansi Dei, et tibi, fratri Petro, comendatori domus Mansi de Garriga milicie Templi, et omnibus successoribus vestris et cui dare, dimittere<sup>a</sup> sive alienare volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, unum campum nostrum, quem pro vobis teneo, quem habeo et habere debeo in adjacentia Sancti Johannis de Perpignano, in loco vocato Campum de Madio, et affrontat ab oriente et ab aquilone in tenedone dicte domus milicie Templi, a meridie in campo Johannis Baboti quondam, ab occidente in campo Arnaldi Guilelmi et in campo Raymundi Cabali de Malleolis condam. Sicut in hiis pre-nominatis IIII<sup>or</sup> affrontacionibus includitur, sic vendimus tibi, dicto Guilelmo Folcho, comendatori domus Mansi Dei, et tibi, fratri Petro, comendatori domus Mansi de Garrigua milicie Templi, et omnibus successoribus vestris, totum predictum campum, integritur ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Cedo etiam et dono vobis et omnibus successoribus vestris et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, omnes actiones et excepciones et jura que adversus aliquas personas pro predicto campo habeo vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facio vobis et successoribus vestris et cui volueritis precio C solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians excepcioni peccunie non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii precii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illam magis valenciam vobis et omnibus successoribus vestris et cui volueritis, gratis inter vivos dono et laudo, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, et habeatis illum per liberum et franchum alodium. Promitto<sup>b</sup> etiam vobis et omnibus successoribus vestris,



bona fide per stipulationem, me et meos semper vobis et omnibus successoribus vestris de predicta vendicione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de eviczione, obligans inde vobis et omnibus successoribus vestris per vinculum omnia ubique bona mea, mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto<sup>b</sup> vobis et omnibus successoribus vestris, bona fide per stipulationem, quod nichil feci, vel decetero faciam, aliquid quominus hec vendicio vobis vel successoribus vestris valeat, vel infringi possit, quod si forte feci, vel facerem, pro infecto habeatur et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto predicto campo me et meos denudo et vos et omnes successores vestros et quos volueritis prorsus investio, et in corporalem possessionem juris et facti vos mitto,<sup>c</sup> ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Et quod contra hanc vendicionem numquam veniam vel veniri faciam, per me vel per aliquam interpositam personam, bona fide promitto,<sup>b</sup> et etiam per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Dei Evangelia sponte juro, quod sacramentum cum meis propriis manibus facio. Actum est hoc II<sup>e</sup> idus madii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi Cucumeris predicti, qui hoc totum laudo et firmo firmarique rogo. Sig+num Poncii Cucumeris, fratris dicti Guilelmi, qui hec omnia predicta et singula laudo et firmo. Sig++++na Arnaldi de Menteto, presbitero, et Bernardi de *Monso*, et Berengarii Rosselli, et Guilelmi Gadaldi de Malleolis, et Boneti de *Monso*, testium. Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus, hec scripsit et suprascriptit in IIII<sup>a</sup> linea et in XVIII<sup>a</sup> linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitere B.    b. promito B.    c. mito B.

314

1230, 28 d'agost

*Guillem de Mudagons, fill del difunt Jordà de Mudagons, ven a la casa del Masdéu, a fra Guillem Folc, el seu comanador, i als frares i confreres d'aquesta casa totes les honors i possessions que té a la vila i terme de Garrius i a tota la parròquia de Sant Esteve de Salses. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 1.100 sous melgoresos.*

B    Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 33r-v, acta núm. 54.

- C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 448, segons B.
- D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 127-132, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Mutacionibus, filius condam Jordani de Mutacionibus, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui Mansi Dei et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori ejusdem domus, et tuis successoribus et fratribus et confratribus, tam presentibus quam futuris, ipsius domus, ad omnes vestras vestrorumque voluntates imperpetuum faciendas, omnes honores et possessiones, quos et quas habeo et habere debeo ulla voce vel aliqua racione in villa de Garricis et in ejus terminis, et in omni adjacencia Sancti Stephani de Salsis, videlicet homines meos et feminas ibidem presentes et futuros, mansos, mansatas, casas, casalia, ortos, ortalia, arbores fructiferas, infructiferas, campos, vineas, herema, condirecta, census, usaticos, terremerita, quistas, toltas, forcias, albergas, justicias, firmancias, accapita, foriscapia, laudimia, dominia, ademprivia, quartos, quintos, agrarios, et omnia alia hic expressa vel non expressa mihi in dicta villa et in ejus terminis et in omni supradicta adjacencia accidentia et pertinentia sive ullo alio modo competitura, totum integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno, dicte domus Mansi Dei et absque ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis successoribus intelligi vel dici potest, ad utilitatem tuam et successorum tuorum. Cedo etiam et dono predictae domui Mansi Dei et tibi, fratri Guilelmo Fulchoni, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis, et fratribus et confratribus, tam presentibus quam futuris, ipsius domus, et cui vel quibus volueris, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro premissis et singulis habeo vel habere aliquo modo debeo; et modo in presenti predictam domum et te, dictum preceptorem, et successores tuos, in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facio dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis et fratribus et confratribus ejusdem domus et cui vel quibus vo-

lueritis, precio mille C solidorum malguriensium bonorum, quos mihi solvisti de bonis et elemosinis<sup>a</sup> predictae domus Mansi Dei, de quibus per pacatum<sup>b</sup> me teneo, renuncians exceptioni pecunie<sup>c</sup> non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra<sup>d</sup> dimidiam justii precii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expressis. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia, gratis inter vivos et ob remedium anime mee, predictae domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, semper diffinio et dono firmiterque concedo, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in eternum faciendas, per liberum et franchum alodium, libere et quiete. Promitto<sup>e</sup> etiam dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, semper me et meos de predicta vendicione fore legitimos auctores et defensores<sup>f</sup> ab omni persona et teneri sine fraude de evictione. Pro qua evictione et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceris tu vel successores tui, et pro omnibus predictis MC solidis malguriensium, obligo dicte domui et tibi, dicto preceptori, et cui vel quibus volueris, omnia bona mea mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto<sup>e</sup> dicte domui et tibi, dicto preceptori, et cui vel quibus volueris, bona fide per stipulationem, quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec vendicio tibi vel tuis valeat vel infringi possit, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de omnibus premissis et singulis me et meos semper denudo et predictam domum Mansi Dei et te, dictum preceptorem, et successores tuos et quos volueritis prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,<sup>g</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in infinitum faciendas, per liberum et franchum alodium. Et quod ita hec omnia supradicta et singula fideliter semper teneam et compleam et etiam observem et nullatenus contraveniam, vel veniri faciam, per me vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide per stipulationem promitto,<sup>e</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter, mihi competenti vel competituro, ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Actum est hoc V kalendas septembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi de Mutacionibus pre-

dicti, qui hec omnia supradicta et singula firmo firmarique rogo. Sig+++++na Petri Abbatis, presbiteri, et Guilelmi de Pena, et Guilelmi de Mosseto, et Ermengaudi de *Cassaines*, et Petri Gallardi, testium. Bernardus Sapte scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. helemosinis *B.*      b. paccatum *B.*      c. peccunie *B.*      d. qui *repetit per error B.*  
 e. promito *B.*      f. deffensores *B.*      g. mito *B.*

### 315

1231, 22 de juliol

*Guillem Gallard, amb el consentiment de la seva esposa Jacmeta, ven a la casa del Masdéu, a fra Rostain, el seu comanador, i als altres frares d'aquesta casa un camp que té a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al lloc anomenat Reard, que ha heretat del seu pare Guillem Gallard, el qual n'havia fet l'adquisició per una acta de la qual lliura una còpia al comanador i conserva l'original, que es compromet a presentar totes les vegades que el comanador o els seus successors l'hagin de menester. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 500 sous melgoresos. Pere Gallard, germà del venedor, Garsenda, vídua de Pere Sifre, i llur fill Gombau confirmen aquesta venda.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 75-76, acta núm. 118.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 459-460, segons *B.*

*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 162-168, segons *B.*

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Gallardus, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non vi metuve conpulsus, non dolo vel fraude inductus, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti publica scriptura inperpetuum valitura, voluntate et assensu ac laudamento Jacmete, uxoris mee, vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabilter trado domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et tibi, fratri *Rostain*, preceptoru ejusdem domus, et successoribus tuis, et fratribus, tam presentibus quam futuris, ejusdem domus, et cui vel quibus volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, quendam campum meum, quem habeo

et habere debeo in terminis et adjacentia Sancti Johannis de Perpiniano, in loco vocato Riardo. Quem campum frater<sup>a</sup> meus quondam Guilelmus Gallardus emit, ex cujus successione ad me pervenit, sicut plenius continetur in instrumento inde facto per manum Poncii de Baynollis<sup>b</sup> et subscripto per manum Petri de Verneto, presbiteri, publici scriptoris, cujus tibi translatum trado et originalis ostendam quodcumque et quocienscumque tibi vel successoribus tuis necesse fuerit. Qui predictus campus affrontat ab oriente in via publica que vadit ad Tesanum, a meridie in flumine de Riardo, ab occidente in campo Hospitalis pauperum Perpiniani, ab aquilone in garriga et in campo Bernardi Romey. Sicut superius dictum est, sic vendo domino Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, tam presentibus quam futuris, et cui vel quibus volueris, totum predictum campum, integritur ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque successorum enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis successoribus intelligi vel dici potest, ad utilitatem tuam et successorum tuorum. Cedo etiam et dono domino Deo et dicte domui et tibi, dicto preceptori, et tuis successoribus, et cui vel quibus volueris, omnes actiones et excepciones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quos adversus aliquas personas pro predicto campo habeo vel habere aliquo modo debeo. Et modo in presenti dictam domum et te, dictum preceptorem, et successores tuos, in rem vestram procuratores constituo. Et profiteor et in veritate recognosco quod pro predicta vendicione et cessione habui et accepi a te, dicto preceptore, de bonis dicte domus Mansi Dei, D solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii precii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia gratis inter vivos dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, diffinio firmiterque concedo, ad omnes tuas tuorumque successorum voluntates imperpetuum faciendas. Promitto<sup>c</sup> etiam dicte domui et tibi, dicto preceptori, et tuis successoribus, bona fide per stipulationem, semper me et meos de predicta vendicione fore legitimos auctores et

defensores<sup>d</sup> ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, pro qua evictione et expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceris tu vel tui successores, et pro omnibus predictis D solidis malguriensium dicte domui restituendis, obligo dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, omnia bona mea, mobilia et immobilia, in vita et in fine. Item, promitto<sup>c</sup> domino Deo et dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, bona fide per stipulationem, quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec vendicio tibi vel tuis valeat vel infringi possit; quod si forte feci, vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto prenominate campo me et meos semper denudo et predictam domum Mansi Dei et te, dictum preceptorem, et successores tuos, et quos volueritis, prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,<sup>e</sup> ad omnes vestras voluntates in eternum faciendas, per liberum et franchum alodium, libere et quiete. Omnia vero superius scripta, prout melius et plenius intelligi vel dici possunt ad utilitatem dicte domus Mansi Dei et tui, dicti preceptoris, et successorum tuorum, ego dicta Jacmeta, uxor dicti Guilelmi Gallardi, per me et per omnes meos, laudo et confirmo domino Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis et cui vel quibus volueritis, solvens et diffiniens jus vel vinculum hypothece<sup>f</sup> sive returnum, si quod ibi habeo vel habere debeo pro sponsalicio sive pro dote vel donatione propter nuptias vel ullo alio modo. Et quod ita hec omnia supradicta et singula fideliter semper teneam et compleam et etiam observem et nullatenus contra veniam vel veniri faciam per me vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide per stipulationem promitto,<sup>c</sup> et per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti sacramenti omni juri generali et speciali, legi et consuetudini cujus auxilio contravenire possem, et specialiter beneficiis legum quibus mulieres juvari solent. Actum est hoc XI kalendas augusti, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. Sig+num Guilelmi Gallardi predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+num Jacmete, uxoris dicti Guilelmi Gallardi, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Petri Gallardi, fratris dicti Guilelmi Gallardi, et Garsendis, uxoris quondam Petri Sinfredi, et Gombaldi, filii eorum, qui omnes insimul hec omnia supradicta et singula laudamus et firmamus testesque firmare rogamus. Sig+++na Arnaldi Gule, et Vitalis Grimaldi et Raymundi

Traverii, testium. Bernardus Fabe<sup>s</sup> scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B, cal versemblantment restituir pater.* b. *Sic B, restituir Bajolis.* c. *promito B.* d. *deffensores B.* e. *mito B.* f. *ypothece B.* g. *Sic B per Sabte.*

### 316

1232 (nou estil), 19 de gener

*Saura, filla d'Ermessenda Pagesa del Soler, amb el consentiment de la seva mare, del seu germà Guerau i d'altres parents, pren com a legítim espòs Bernat Cerdà d'Orla, al qual constitueix un dot i una donació nupcial de 275 sous melgoresos que la seva mare i el seu germà li donen per la seva part d'herència. Bernat Cerdà pren Saura com a esposa i li constitueix una donació de casori de 100 sous melgoresos, per la qual li obliga la meitat del camp de Vall-llàuria. I pels 275 sous que li aporta en dot, li obliga el seu camp, la seva vinya, el celler que té a la vila d'Orla i una feixa de terra, que Saura tindrà, si li sobreviu, fins que els parents del seu marit li hagin reemborsat l'import del seu dot. Arnau Cerdà, germà de Bernat, confirma aquesta transacció.*

A<sup>1</sup> Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergami, amplada 245 mm, alçada 185 mm, ADPO, 1B63.<sup>239</sup>

Notum sit cunctis quod ego Saura, filia Ermesendis Pajesa de Solerio, cum bono animo ac spontanea voluntate, cum consilio et voluntate matris mee predictae et fratris mei, Geraldii, et aliorum amicorum meorum, cupio te, Bernardum Cerdanum de Orulo, habere in virum legalem, et trado tibi me ipsam in uxorem legalem, et ex te, Deo dante, cupio habere legales infantes. Et dono tibi atque constituo in dotem et donationem propter nuptias CCLXXV solidos malguriensium bonorum, quos mater mea et frater meus predicti michi donant jure hereditatis mee et falcidie omnium bonorum suorum, quos post quamdiu in simul vixerimus habeamus, teneamus ac possideamus; et post obitum nostrum, vertantur

239. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1287».

infantibus a nobis ambobus procreatis et natis. Set si infans vel infantes nobis defuerint, et tu michi supervixeris, habeas et teneas de predictis CCLXXV solidis malguriensium bonorum C solidos omni vita tua; et post obitum tuum, vertantur meis propinquis vel cui mandavero verbo vel scripto, et alios residuos CLXXV solidos malguriensium bonorum statim post mortem meam vertantur meis propinquis vel cui mandavero verbo vel scripto. Simili modo ego predictus Bernadus Cerdanus de Orulo, bona fide et absque omni dolo cupio Sauram predictam habere in uxorem legalem, et trado tibi me ipsum per legalem virum, et ex te, Deo dante, cupio habere legales infantes. Set si forte infans vel infantes nobis defuerint, et tu michi supervixeris, dono tibi et constituo ratione sponsaliti C solidos malguriensium bonorum, quos habeas et teneas omni vita tua; et post obitum tuum, vertantur meis propinquis, vel cui mandavero verbo vel scripto, pro quibus obligo tibi ratione pignoris omnem meam medietatem ipsius campi qui dicitur de Vallis Aurea, affrontat ab oriente in via publica, a meridie in terra Petri de Lis qui fuit condam, ab occidente in terra Berengarii *Illerda*, ab aquilone in terra Raymundi Sunerii. Et magis obligo tibi ratione pignoris pro predictis CCLXXV solidis malguriensium bonorum, quos michi atulisti in tempore nuptiarum nostrarum, de quibus omnibus a te confiteor me esse bene paccatum,<sup>a</sup> ita quod renuncio omni exceptioni peccunie<sup>b</sup> non accepte, totum meum campum et vineam, qui est in loco dicto ad Viverium, et totum meum cellarium, quod habeo in villa de Orulo, affrontat ab oriente in cellario [Tome] Spolegati, a meridie in via publica, ab occidente in cellario Sancte Marie de Villario, ab aquilone in via publica. Affrontat dictum campum ab oriente in prato, a meridie in vinea Arnaldi de Mare qui fuit condam, ab occidente in via, ab aquilone in oliveda Raymundi Sunerii. Affrontat namque dicta vinea ab oriente in via, a meridie et ab occidente in vinea Ermejardis de Mare, ab aquilone in via. Et magis obligo tibi pro predictis CCLXXV solidis malguriensium bonorum totam unam fexam terre mee, que est in loco dicto ad *Arns de Filiola*, affrontat ab oriente et a meridie in via publica, ab occidente in vinea Guilelmi Pontiliani, ab aquilone in terra Bartolomei Bastiti. Ut concluditur et terminatur sub his predictis affrontationibus, habuisses et tenuisses ratione pignoris tamdiu si forte michi supervixeris, et fructibus ac redditibus vel stationibus<sup>c</sup> inde in sorte vel in usura tui predicti averis non computatis donec mei propinqui reddant ac solvant tibi, vel cui volueris, omnes predictos CCLXXV solidos



malguriensium bonorum valentium marcha argenti L solidos, et salvo jure dominorum in omnibus. Actum est hoc XIII kalendas februarii, anno Incarnationis Domini M° CC° XXX° I. Sig++na Saure et viri ejus Bernardi Cerdani, qui nos ambo predicti hoc fieri jussimus, laudavimus, firmavimus testibusque firmare rogavimus. Sig++++na J. Marti, sacerdotis, et B(ernardi) Amalrici, sacerdotis, et A(arnaldi) Jozberti de Orulo et B(ernardi) Seguini de Solerio, et P(etri) Comititis de Orulo, horum testium. Sig+num Arnaldi Cerdani, fratris predicti B(ernardi) Cerdani, qui hoc laudavi et firmavi. PETRUS, sacerdos, publicus scriptor, qui hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) in [p...]ª.

a. Sic A per pacatum. b. Sic A per pecunie. c. Sic A, cal versemblantment restituir sationibus.

### 317

1232, 6 d'abril

*Adelaida, filla del difunt Guillem Brunet, Joan Galix, el seu marit, i llurs fills Joan i Maria, en llur nom i en nom de tots els successors de Guillem Brunet, restitueixen als frares de la milícia del Temple, a les mans i en poder de fra Rostany, comanador del Masdèu, i de fra Guilhem de Gavaudan, comanador de la casa de Perpinyà, tota la donació del dret de mesuratge de l'oli de Perpinyà que fra Arnau de Sant Cebrià<sup>240</sup> havia fet, amb l'acord del mestre de l'orde, Pere de Rovira,<sup>241</sup> i de diversos altres frares del Temple, a Pere Brunet i Adelaida, avis d'Adelaida. Com a preu d'aquesta restitució, Adelaida i els seus han rebut 200 sous melgoresos.*

A Original, pergamí, amplada 330 mm, alçada 100 mm, ADPO, Hp188.<sup>242</sup>

B Còpia parcial del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 169-173, segons A.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, Aladaydis, filia quondam Guilelmi Bruneti, et Johannes Galix, maritus ejus,

240. Arnau de Sant Cebrià, administrador dels béns de la milícia del Temple al Rosselló: 1148-1155.

241. Pere de Rovira, mestre de la milícia del Temple a Provença i a Hispània: 1140-1158.

242. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3044».

et Johannes et Maria, filii eorum, nos III<sup>es</sup> insimul, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, et per omnes successores dicti Guilelmi Bruneti, non vi metuel<sup>a</sup> compulsi, non dolo vel fraude inducti, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum valitura solvimus et diffinimus atque penitus derelinquimus domino Deo et beate Marie et fratribus militie Templi, in manu et posse vestri fratris *Rostain*, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Guilelmi de Gavalvano, preceptoris militie de Perpiniano, et successoribus vestris, ad omnes vestras voluntates in perpetuum libere faciendam, omniam<sup>b</sup> illam donationem, quam Arnaldus Sancti Cipriani frater Militie Templi fecit, consilio magistri Petri *Roera* et quorundam aliorum fratrum, Petro Bruneto et uxori ejus *Aladaydi* quondam, avo et avie mei dicte *Aladaydis*, uxoris dicti *Johannis Galix*, de toto vestro mensuratico olei quod habetis et habere debetis intus villam *Perpiniani*, et quod dictus *Guilelmus Brunetus* vel antecessores ejus habuerunt aliquo modo intus villam *Perpiniani*. Quam diffinitionem et solutionem facimus vobis sicut melius et plenius potest intelligi ad utilitatem vestram et successorum vestrorum et domus Templi, ita quod nullum jus vel possessionem vel quasi ibi retinemus, set omnia in vos transferimus. Cedimus etiam et damus vobis et vestris, et successoribus, et cui vel quibus volueritis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro predicto mensuratico dicti olei habemus vel habere aliquo modo debemus, vel dictus *Petrus Brunetus* habebat vel habere aliquo modo debebat; et modo in presenti predictam domum Militie Templi et vos et successores vestros in rem vestram procuratores constituimus. Promittimus etiam vobis et successoribus vestris bona fide per stipulationem quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus hec solutio vobis vel vestris successoribus valeat vel infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Et si forte ex persona nostra, vel predecessorum nostrorum, aliquid in predicto mensuratico vobis evicerit, nos tenemur vobis ad interesse. Et pro hoc obligamus vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona nostra mobilia et immobilia in vita et in fine. Pro hac autem solutione et diffinitione habeamus et accepimus a vobis de bonis et helemosinis<sup>c</sup> dicte domus Militie Templi CC solidos *malguriensium bonorum*, de quibus per paccatos<sup>d</sup> nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie<sup>e</sup> non numerate. Et quod ita hec

omnia supradicta et singula fideliter semper teneamus, et compleamus, et etiam observemus, et nullatenus contra veniamus vel veniri faciamus, per nos vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide per stipulationem promittimus, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, nos, predicti Aladaydis et Johannes et Maria, infantes ejus, sponte juramus, renunciantes per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Actum est hoc VIII idus aprilis, anno Domini MCCXXXII. Sig++++na Aladaydis et Johannis *Galix*, mariti ejus, et Johannis et Marie, infantum eorum, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig++++na Petri Gallardi, et Petri Garrigue, et Raymundi de Milaribus, et Bernardi de Archis, et Rossi de Tesano, testium.

Bernardus Sabte scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit. Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* metuve.    b. *Sic A per* omnem.    c. *Sic A per* elemosinis.  
d. *Sic A per* pacatos.    e. *Sic A per* pecunie.

### 318

1232, 1 de juny

*Bernat Domènec, amb el consentiment de la seva muller Ermesenda, ven a fra Rostany, comanador del Masdèu, i als frares d'aquesta casa un camp que té a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Estanyol, i un altre camp i una feixa de terra contigua a aquest situats a la mateixa parròquia, al lloc anomenat Puig Gentil. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 1.400 sous melgoresos. Lliura als templers vuit actes que estableixen la propietat d'aquestes possessions.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 205-206, acta núm. 357.  
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 474-475, segons B.  
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 133-140, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Bernardus Dominicus, per me et per omnes meos presentes atque futuros, non ni vi metuve compulsus, non dolo vel fraude inductus, set

bona fide, sine omni enganno et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu ac laudamento uxoris mee Ermessendis, vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui Mansi Dei et tibi, fratri *Rostain*, preceptori ejusdem domus, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas, quendam campum meum, quem habeo et habere debeo in terminis et in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato *Stainol*. Amplius etiam per me et per omnes meos, cum hac eadem presenti carta imperpetuum valitura, voluntate et assensu et laudamento uxoris mee predictae, vendo domino Deo et domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas, alium campum meum et quandam faxiam terre que cum eo se continet. Quod predictus campus et predicta faxia terre que cum eo se tenet sunt in supradicta adjacencia Sancte Marie de Malleolis. Supradictus vero campus, qui est in loco vocato *Stainol*, affrontat ab oriente in via publica que transit de Podium de Johanne, a meridie in campo domus vestre, ab occidente in via que vadit ad Capud stagnum, ab aquilone in campo condam Perpiniani Mercerii qui fuit Guilelmi de Burgo. Et predictus campus et predicta faxia terre que cum eo se continet sunt in loco qui dicitur ad Podium Gentillis, et affrontat ab oriente in campo Guilelmi *Torrat* et in campo Agnetis Barroerie, a meridie in campis Guilelmi Porcelli condam et Petri Raymundi Monerii condam, ab occidente in campo Berengarii Andree de Malleolis condam, ab aquilone in campo Arnaldi Venrelli de Malleolis condam et in campo Berengarii Andree de Malleolis condam. Sicut superius dictum est, sic vendo et laudo firmiterque concedo domino Deo et domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas, totum supradictum honorem, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque successorum enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a successoribus vestris intelligi vel dici potest, ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Dono etiam et cedo domino Deo et domui Mansi Dei et tibi dicto *Rostain*, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis presentibus

et futuris, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in infinitum faciendas, omnes actiones et exceptiones tam reales quam personales et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro supradicto honore habeo vel habere aliquo modo debeo. Et modo in presenti predictam domum Mansi Dei et te dictum preceptorem et successores tuos presentes atque futuros in rem vestram procuratores constituo. Supradictam autem vendicionem, cessionem et donacionem facio domino Deo et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, presentibus et futuris, et cui volueritis, pretio mille CCCC solidis malguriensium bonorum, de quibus per pacatum<sup>a</sup> me teneo, renunciando exceptioni pecunie<sup>b</sup> non numerate. Et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii pretii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec vendicio modo plus valet dicto pretio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud vel illa magis valentia gratis inter vivos domino Deo et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, diffinio et dono firmiterque concedo, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas. Promitto<sup>c</sup> etiam domino Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, presentibus et futuris, bona fide per stipulationem, semper me et meos de predicta vendicione fore legitimos auctores et defensores<sup>d</sup> ab omni persona et teneri sine fraude de evictione, pro qua evictione et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis vos vel vestri, et pro omnibus predictis mille CCCC solidis malguriensium, obligo dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, omnia mea mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto<sup>c</sup> domino Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, bona fide per stipulationem, quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec venditio vobis vel successoribus vestris valeat vel infringi possit, quod si forte feci, vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto supradicto honore me et meos semper denudo et dictam domum Mansi Dei et tibi, dicto *Rostain*, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis, presentibus et futuris, et quos volueritis, prorsus investio et in corporalem possessionem juris et facti vos mitto,<sup>e</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium. Ad majorem atque firmitatem vestram trado vobis VIII<sup>o</sup> instrumenta pertinentia ad defensionem<sup>f</sup> dictarum possessionum.

Omnia vero superius scripta, prout melius et plenius intelligi vel dici possunt ad utilitatem vestram et successorum vestrorum ego dicta Ermessendis, uxor dicti Bernardi Dominici, per me et per omnes meos laudo et confirmo domino Deo et tibi, dicto *Rostayn* preceptor, et successoribus tuis, presentibus et futuris, et quibus volueritis, solvens et diffiniens jus vel vinculum hypothece<sup>g</sup> sive returnum, si quod ibi habeo vel habere debeo pro sponsalicio sive pro dote vel donatione propter nuptias vel ullo alio modo. Et quod ita hec omnia supradicta et singula fideliter semper teneam et observem et nullatenus contraveniam vel veniri faciam per me vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide per stipulationem promitto<sup>c</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti<sup>h</sup> juramenti beneficio senatus consulti velleyani et omni juri generali et speciali, legi et consuetudini, cujus auxilio contravenire possem et specialiter beneficiis<sup>i</sup> legum quibus mulieres juvari solent. Actum est hoc kalendis junii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi Dominici, qui hec omnia laudo et firmo testesque firmari rogo. Sig+num Ermessendis, uxoris ejus, que<sup>j</sup> hec omnia laudo et firmo. Sig+++++na Petri Gallardi, et Petri Garriga, et Raymundi Stephani de Malleolis, et Petri Guiraldi, fratris ejus, et Guilelmi Pelegrini de Malleolis, testium rogatorum. Petrus Calvetus scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum B.    b. peccunie B.    c. promito B.    d. deffensores B.    e. mi-  
to B.    f. deffensionem B.    g. ypothece B.    h. presti B.    i. beneficiis B.    j. qui  
B.

319

1232, 30 de juny

*Ferrer Oliba, amb el consentiment de la seva esposa Boneta, ven i canvia amb fra Rostany, comanador del Masdéu, i fra Guilhem de Gavaudan, comanador de Perpinyà, un mas, amb la seva trilla, els seus cortils, les seves bordes i els obradors que hi ha dins i fora, que té a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, pel preu de 2.600 sous melgoresos i per un mas, amb un cor-til i dos obradors situats a l'exterior, que el Temple posseeix a Perpinyà, salvat el cens anual de 12 diners degut el dia de Nadal al senyor de Perpinyà pel mas venut als templers, i sal-*

*vat el cens de 12 diners que Ferrer Oliba i els seus donaran cada Nadal al Temple pel mas que reben ara. Ferrer lliura als templers totes les actes de propietat del mas que els canvia. Boneta, esposa de Ferrer, amb el consentiment de Ramon Gavella, el seu pare, confirma aquesta transacció i renuncia a tots els drets que pot tenir sobre aquests béns. Els comanadors del Masdèu i de Perpinyà fan aquesta transacció segons els bons costums de Perpinyà i amb el consentiment dels frares Rosselló, sotscomanador del Masdèu, Guillem de Fontcoberta, Bernat de Calce, Bertran, i dels altres frares del Masdèu. Els templers compartiran amb Ferrer Oliba totes llurs parets mitgeres, sobre les quals cada part disposarà d'un dret de càrrega del qual podrà fer ús a voluntat, i del qual cada part assumirà la meitat de les despeses de conservació, d'apuntalament i de reparació.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 256v-258v, acta núm. 455.

*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 475-478, segons *B*.

*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 174-187, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Ferrarius Oliba, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu ac laudamento uxoris mee Bonete, vendo et laudo firmiterque concedo et excambio et in presenti irrevocabiliter trado domui Mansi Dei et tibi, fratri *Rostain*, preceptoris ejusdem domus, et tibi fratri Guilelmo *Gavaudan*, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et successoribus vestris, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates imperpetuum faciendas, quendam mansum meum de celo usque in abyssum,<sup>a</sup> cum trilla, et cum curtillis, et cum bordis, et cum operatoriiis que sunt intus et deforis, et cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis, et cum omnibus juribus suis. Qui predictus mansus, cum omnibus supradictis, est intus Perpiniani, in adjacentia Sancti Johannis ejusdem ville. Et affrontat totum ab oriente in operatoriiis Petri de Solatico, que tenet Arnaldus de Tesano in pignore, et in manso Raymunde, filie condam Guilelmi Bajuli, et in manso Arnaldi Benedicti, et in manso Arnaldi Gule, qui fuit Bernardi Espolegati, et in manso Stephani de Villa rasa condam, a meridie in manso dicti Stephani de Villa rasa quondam, et in tenencia

ejusdem Stephani condam, ab occidente in manso Raymundi de Sancta Maria, et in manso domus milicie Templi, et in operatorii condam Berengarii Raymundi de Malleolis, que tenet Bernardus de Alliarde, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est et in istis prenominatis affrontationibus includitur, ita vendo et excambio domui Mansi Dei et vobis predictis fratri *Rostayn*, preceptori ejusdem domus, et fratri Guilelmo de *Gavaudan*, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et successoribus vestris, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et cui vel quibus volueritis, totum predictum mansum, de celo usque in abyssum,<sup>a</sup> cum trilla, et cum curtillis, et cum bordis, et cum operatoriiis que sunt intus et deforis, et cum omnibus suis tenedoniibus et pertinenciis, et cum omnibus juribus suis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque successorum enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a successoribus vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Dono etiam et cedo domui dicte Mansi Dei et vobis predictis preceptoribus, et successoribus vestris, et fratribus ejusdem domus, et cui vel quibus volueritis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro supradictis omnibus habeo vel habere aliquo modo debeo. Et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituo. Promitto<sup>b</sup> etiam bona fide per stipulacionem me et meos semper vobis et successoribus vestris de predictae vendicione et excambiacione fore legitimos auctores et defensores<sup>c</sup> ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione etiam si obtinueritis in causa evictionis; pro qua evictione, et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis vos vel successores vestri, ex quibus semper credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento, et pro omnibus aliis supradictis, obligo vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea mobilia et immobilia, presentia et futura, in vita et in fine. Item etiam promitto<sup>b</sup> vobis et successoribus vestris bona fide per stipulacionem quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec vendicio et excambiatio vobis vel successoribus vestris valeat, vel infringi possit, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam, in presenti, de toto predicto manso, de celo usque in abyssum,<sup>a</sup> cum trilla, et cum curtillis, et cum bordis, et cum operatoriiis que sunt intus et defo-



ris, et cum omnibus suis tenedonibus et pertinenciis, et cum omnibus juribus suis, me et meos semper denudo, et vos et vestros successores et fratres dicte domus Mansi Dei, presentes atque futuros, et quos volueritis, prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,<sup>d</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in infinitum faciendas, salvo jure domini, scilicet XII denarii pro censu, quos debetis dare annuatim in festo Natalis Domini domino ville pro predicto manso quem vobis vendo et excambio, et salvo jure vestro, scilicet XII denarii, quos ego et mei dabimus vobis pro censu infrascripti mansi, quem<sup>e</sup> a vobis recipio pro excambio, annuatim in festo Natalis Domini. Ad majorem itaque firmitatem vestram, trado vobis omnia instrumenta pertinencia ad defensionem<sup>f</sup> dicti mansi. Quam quidem vendicionem et excambicionem vobis et successoribus vestris facio pro II milibus et DC solidibus malguriensium bonis et pro quodam manso qui fuit Ricardi, cum curtullo, et cum duobus operatoriiis que sunt extra ejusdem mansi, juxta mansum Johannis Crassi condam. De quibus predictis denariis et de predicto manso qui fuit Ricardi, et curtullo, et de predictis duobus operatoriiis que sunt extra ejusdem mansi per pacatum<sup>g</sup> et contentum me teneo, renuncians exceptioni pecunie<sup>h</sup> non numerate et mansi et aliorum predictorum non acceptorum. Omnia vero superius scripta, prout melius et plenius intelligi vel dici possunt ad utilitatem vestram et successorum vestrorum, ego dicta Boneta, uxor dicti Ferrarii Olibe, auctoritate et voluntate ejusdem mariti mei et patris mei, Raymundi Gavellis, laudo et confirmo, et solvo et diffinio vobis, predictis preceptoribus, et successoribus vestris, et fratribus dicte domus Mansi Dei, presentibus et futuris, et cui vel quibus volueritis, totum quicquid juris in omnibus supradictis, que vobis et dicte domui Mansi Dei<sup>i</sup> dictus Ferrarius Oliba, maritus meus, vendidit et excambiavit, habeo vel habere debeo ratione dotis mee vel donacionis propter nupcias vel ullo alio modo, renuncians omni juri hypothecarum,<sup>j</sup> et legi julie de fundo dotali, et beneficio senatus<sup>k</sup> consulti velleyani, et illi legi que<sup>l</sup> juvat mulieres intercedentes pro aliis non teneantur in aliquo, et omni beneficio nove constitutionis et dividende actionis, et illi legi que juvat mulieres intercedentes pro maritis, et omni alii legi et terre consuetudini cujus auxilio contra venire possem, scienter et consulte, ex certa scientia penitus renuncio. Et quod ita hec omnia supradicta et singula fideliter semper teneam et observem bona fide et nullatenus contraveniam vel ve-

nire faciam per me vel per aliquam interpositam personam, occulte<sup>m</sup> vel manifeste, bona fide per stipulationem promitto,<sup>a</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Evangeliiis sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter, michi competenti vel competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum. Et nos supradicti frater *Rostain*, preceptor domus Mansi Dei, et frater Guilelmus de Gavaudano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, consilio et voluntate et assensu ac laudamento fratrum dicte domus Mansi Dei, scilicet fratris Rossillionis, subpreceptoris ejusdem domus, et fratris Guilelmi de Fonte cohoptera, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Bertrandi, et aliorum fratrum ejusdem domus, excambiamus tibi, dicto Ferrario Olibe, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, predictum nostrum mansum, de celo usque in abyssum,<sup>a</sup> qui fuit Ricardi, cum cortillo, et cum predictis duobus operatoriiis que sunt extra ejusdem mansi, juxta mansum Johannis Crassi condam, et predictum precium tibi damus, scilicet II milia et DC solidi malguriensium, et pro dicto manso, et trilla, et curtillis, et bordis, et operatoriiis que sunt intus et deforis, et pro omnibus suis juribus, et servitutibus, et pertinenciis, et tenedonibus. Que omnia predicta tibi tradimus, ut dictum est, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, ad omnes bonas consuetudines ville Perpiniani, salvo jure domo Mansi Dei, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum. Cedimus etiam et damus tibi et tuis, et cui volueris, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro predicto manso, de celo usque in abyssum,<sup>a</sup> qui fuit dicti Ricardi, cum cortillo, et pro predictis duobus operatoriiis que sunt extra ejusdem mansi et pro aliis omnibus que tibi excambiamus, ut dictum est, habemus vel habere aliquo modo debemus, et modo in presenti te in rem tuam procuratorem constituimus. Promittimus<sup>n</sup> etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem nos et successores nostri de predicti excambiacione semper fore legitimos

auctores et defensores<sup>c</sup> ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione tibi et tuis etiam si obtinueris in causa evictionis; pro qua evictione et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceris tu vel tui, ex quibus semper credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento, et pro omnibus aliis supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promittimus<sup>n</sup> tibi et tuis bona fide per stipulationem quod nichil fecimus vel decetero faciemus quominus hec excambiatio tibi vel tuis valeat, vel infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam, in presenti, de toto predicto manso, de celo usque in abyssum,<sup>a</sup> qui fuit Ricardi, cum predictis II operatoriis que sunt extra ejusdem mansi, cum curtillio ejusdem mansi, et de omnibus aliis predictis que tibi, ut dictum est, excambiamus, nos et successores nostros semper denudamus, et te et tuos et quos volueris prorsus investimus et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti te mittimus,<sup>o</sup> ad omnes tuas tuorumque voluntates in infinitum faciendas, salvo semper jure nostro, ut superius scriptum est. Preterea per nos et per nostros successores, presentes atque futuros, committamus<sup>p</sup> tibi, dicto Ferrario Olibe, et tuis, omnes parietes qui sunt inter nos et te, in quibus habeamus nos et tu et imponamus onera<sup>q</sup> nostra<sup>r</sup> quecumque voluerimus et quandocumque nobis et tibi necesse fuerit et utrique nostrum teneatur reficere et conservare et fulcire<sup>s</sup> parietes predictos cum expensis communibus, scilicet nos faciamus medietatem expensarum, et tu aliam medietatem. Actum est hoc II<sup>e</sup> kalendas julii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>. Sig+num Ferrarii Olibe predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++na Bonete, uxoris ejus, et Raymundi Gaveli, patris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++++na fratris *Rostain*, preceptoris Mansi Dei, et fratris Guilelmi de *Gavaudan*, et fratris Rossillionis, subpreceptoris, et fratris Guilelmi de Fonte cohoperta, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Bertrandi, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++++na Petri Gallardi, et Petri Garrige, Berengarii Laurencii, et Bernardi Grossi, et Raymundi Stephani de Malleolis. Predictus autem mansus qui fuit dicti Ricardi, cum curtillio, et cum predictis duobus operatoriis que sunt extra ejusdem mansi, est intus Perpinianum. Et affrontat totum ab oriente in via, a meridie in tenencia domus Mansi Dei, ab occidente in tenencia domus Man-

si Dei, et in tenencia J(ohannis) Crassi condam, ab aquilone in manso J(ohannis) Crassi. Petrus Calvetus scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit, et suprascriptit in LV<sup>a</sup> linea «cum curtillo», et rasis et emendavit in LXX<sup>a</sup> I<sup>a</sup> linea «qui fuit dicti Ricardi cum curtillo totum ab oriente in via, a meridie in tenencia», et plus rasis et emendavit in VIII<sup>a</sup> linea «tenencia ejusdem». Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum B. b. promito B. c. deffensores B. d. mito B. e. quam B.  
f. deffensionem B. g. paccatum B. h. peccunie B. i. Dei omès B. j. ypo-  
thecarum B. k. cenatus B. l. quod B. m. oculte B. n. promitimus B.  
o. mitimus B. p. comitamus B. q. honera B. r. nostra afegit a la interlinia B.  
s. fulsere B.

## 320

1232, 16 de juliol

*Arnau Mateu de Bages dóna a fra Rosselló, sotscomanador del Masdèu, i als altres frares d'aquesta casa dues feixes de terra alodials que té al terme de Sant Andreu de Bages, l'una al lloc anomenat Mileroles i l'altra al lloc anomenat Forn Teuler, la qual està empenyorada per 40 sous a Pere Jaume de Palau. Fa aquesta donació per a ésser sebolit al cementiri de la milícia del Temple com un dels seus donats. Dóna a més a més tota l'honor que té per la casa del Masdèu.*

- B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 169v-170, acta núm. 286.  
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 460, segons B.  
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 141-143, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus Matheus de Bagis, non vi coactus nec fraude deceptus, dono et trado mea propria voluntate domino Deo et domui Beate Marie milicie Templi Mansi Dei, in manu et in posse fratris Rossillionis, ejusdem domus subpreceptoris,<sup>a</sup> et aliorum fratrum, presentium atque futurorum, ob remedium anime mee et parentum meorum, II faxias terre mei alodii, quas habeo in termino de Bagis, infra fines et terminos Sancti Andree ejusdem. Quarum una est in loco vocato apud *Mileroles*, affrontat oriente in campo Bernardi Sifredi, a meridie in honore Guilelmi Boerii, ab occidente in campo mei predicti quem teneo propter domum de Aspirano et per domum Mansi Dei, aquilone in vinea

Arnaldi Durandi. Alia faxa terre est in loco vocato ad Clibanum tegulerium, affrontat oriente in terra Arnaldi Durandi, a meridie in terra Petri [Freches], ab occidente in terra Guilelmi de Canovis, aquilone in terra Arnaldi Durandi. Et est manifestum quod fexiam terre predictam que est apud Clibanum tegulerium tenet Petrus Jacobus de [Palacio] in pignora obligata pro XL solidis. Sicut in hiis supradictis terminis terminantur dicte pecie terre, sic Deo et domui milicie Templi Mansi Dei dono per me et meos, modo et omni tempore propter alodium franchum et liberum in manu vestri fratris Rossillionis, ejusdem domus subpreceptoris, et aliorum fratrum ejusdem domus, presentium atque futurorum, ad omnes vestras voluntates et vestrorum omni tempore faciendas, tali quidem forma quod fratres domus milicie Templi recipient me in cimiterium<sup>b</sup> suum in die obitus mei sicut unum ex suis donatis. Item, addo huic donationi predicte omnem honorem quem teneo propter domum Mansi Dei, ut habeant et teneant omni tempore sine ulla inquietudine mea vel meorum. Predicta autem omnia et singula promitto<sup>c</sup> Deo et domus predicte et vobis, fratri Rossillioni, et sub firma stipulatione vobis et successoribus vestris, quod semper faciam omnia predicta firmum tenere secundum meum posse contra cunctos homines vel feminas. Et ut melius sit firmum, juro in Deum tactis a me corporaliter super sacrosanctis III<sup>or</sup> Dei Evangeliiis, quod contra non veniam nec sustineam alicui venire. Actum est hoc XVII<sup>o</sup> kalendas augusti, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>. Sig+num Arnaldi Mathei predicti, qui hoc firmo et laudo ac juro et testibus firmarique rogo. Sig+++na Bernardi *Terrena*, et Raymundi *Revul*, et Petri, subdiaconi,<sup>d</sup> testium.

Ego Guilelmus, sacerdos, publicus scriptor, qui hoc scripsi<sup>e</sup> et meum sig-(SM)-num feci die et anno quo supra.

a. preceptoris B.    b. ciminterium B.    c. promito B.    d. subdiachoni B.  
e. scripsu B.

1232, 24 d'agost

*Guillem Pere de Tatzó d'Amunt cedeix a la milícia del Temple, a fra Rostany, comanador del Masdéu, i a fra Pere, comanador de Palau [del Vidre], tot el dret que pot tenir sobre un molí situat a Perpinyà, entre el molí de la difunta Pallola i el molí de la casa del Temple, que el seu germà Ramon Arnau havia venut*

*als templers.*<sup>243</sup> *Guillem Pere reconeix haver rebut la seva part del preu d'aquesta venda i la confirma.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 292v, acta núm. 520.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 479-480, segons *B*.  
*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 188-190, segons *B*.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Petri de Tacione superiori, per me et per omnes meos bona fide, sine omni fraude, laudo et concedo et solvo ac diffinio et in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et beate Marie et domui milicie Templi Mansi Dei et vobis, fratri Rostayni, preceptori ejusdem domus, et vobis fratri Petro, preceptori de Palacio, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, tam presentibus quam futuris, quicquid juris habeo vel habere possum aliqua ratione in illo molendino quod erat apud Perpinianum, inter molendinum Palaciole femine quondam et molendinum domus Templi. Quod quidem totum molendinum, cum omnibus suis pertinentiis et aque ductibus et reductibus, frater meus Raymundus Arnaldus vendidit domui milicie Templi, sicut in instrumento inde facto plenius continetur. Et ego recipi partem meam precii venditionis, unde ex certa scientia renuncio exceptioni non numerati precii. Et laudo vobis et confirmo imperpetuum vendicionem tocius predicti molendini et instrumentum quod inde habetis, et denudo me et meos de omni jure michi vel meis competenti sive competituro aliquo modo et vos investio et in corporalem possessionem mitto.<sup>a</sup> Et renuncio omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quod contra hanc diffinitionem predictam possem venire in iudicio vel extra iudicium, et nullum jus in dicto molendino michi nec meis retineo, set totum in jus vestrum et potestatem irrevocabiliter transfero. Actum est hoc VIII<sup>o</sup> kalendas septembris, anno Christi M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX II<sup>o</sup>, Lodovico rege regnante in Francia. Sig+num Guilelmi Petri predicti, qui hoc totum fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig++++na Petri Jacobi, et Arnaldi Andree, et Raymundi Andree, testium. Petrus Martini, presbiter, scripsit hoc vices gerens Petri de Podio, presbiteri, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. mito *B*.

243. L'acta que porta aquesta venda no ha estat trobada.

## 322

[1232, 25 de març-1233 (nou estil), 24 de març].

*Ramon de Llauro* dona als frares de la casa del Masdéu, a les mans i en poder de fra Rostany, comanador, i de fra Rosselló, sotscomanador, un cortal, amb la seva pastura i els seus drets d'ús, situat a la parròquia de Sant Martí de Llauro, al lloc anomenat Sota Tor de Garriga, per a servir a la cabana de cabres i xais del Masdéu. Dona igualment el forn de calç situat al lloc anomenat Forn del Toró, amb el seu llenyer, que Pere de Llauro, el seu difunt germà, havia donat al Masdéu.<sup>244</sup> Per aquesta donació, reconeix haver rebut un cavall de les mans de fra Rostany, i que, després, fra Pere de Malon, successor de fra Rostany, li ha lliurat el poltre que li havia promès.<sup>245</sup>

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 183v-184, acta núm. 314.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 472-474, segons B.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 50-55, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Laurono, per me et meos, presentes et futuros, non vi coactus nec dolo vel fraude in aliquo circumventus, ymo bona adspiracione commotus, ob remedium anime mee et parentum meorum, dono et offero omnipotenti Deo et gloriose Virginis Marie et domui milicie Templi Mansi Dei et fratribus ejusdem, presentibus atque futuris, imperpetuum, in manu et in posse fratris Rostagni, preceptoris ejusdem domus, et fratris Rossilionis, ejusdem subpreceptoris, propter alodium franchum et liberum omni tempore, unum cortalem cum suo pascherio ad officium caprarum sive ovium cabanee domus predicte, in termino et adjacencia Sancti Martini de Laurono, in loco vocato Subtus tor de garriga, in *Confita de comes*; affrontat ab oriente in clibano subtus eidem cortalem, a meridie in clibano de Tor de garriga, ab occidente in via de Tor de garriga, ab occasu in via de Tor de garriga que vadit de Laurono apud Viveriis, aquilone in comam que vocatur de *Espageres*. Sicut in istis affrontationibus includitur et terminatur, dictum cortalem, cum ingressibus suis

244. L'acta que porta aquesta donació no ha estat trobada.

245. Aquesta darrera clàusula, sota la forma de quitança, naturalment només ha pogut ésser afegida a posteriori, cosa que indica que l'original de l'acta recopiada al cartulari ha estat expedit diversos mesos, i fins i tot diversos anys després de l'enregistrament de la minuta.

et regressibus, cum terminis et pertinentiis, cum omnibus in se habentibus vel habere debentibus aliquo modo vel jure, videlicet cum suis paschuis et aqualibus, boschos et garrigas<sup>a</sup> et cum omnibus suis ademprivis, que pertinent ad dictum cortalem sive cabanee caprarum sive ovium predictorum, sic dono et offero cum hac pagina imperpetuum valitura propter alodium franchum et liberum domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei predictae et vobis, fratri Rostagno, preceptori predicto, et fratribus ejusdem, presentibus atque futuris, imperpetuum. Item, dono, laudo firmiterque concedo propter alodium franchum et liberum domino Deo et domui Mansi Dei predictae et vobis fratri Rostagno, preceptori predicto, et fratribus ejusdem, presentibus atque futuris, imperpetuum omnem illum clibanum de *calç*, cum suo lignario, quem frater meus P(etrus) de Laurono olim defunctus<sup>b</sup> dedit domui predictae, sicut predictum clibanum plenius continetur in instrumento inde facto, qui est in termino Sancti Martini de Laurono, in loco vocato Clibanum de Torono, affrontat [ab]<sup>c</sup> oriente in fornadam de clibano de [...],<sup>d</sup> a meridie in fornadam de *Tor de Espageres*, ab occasu in cereras que sunt duorum hominum de Laurono nomine Comitum et Paschalis, aquilone in honore de Codaletto. Predicta autem omnia et singula, cortalem cum suis paschuis et ademprivis et clibanum de *calç* cum suo lignario, sicut superius dictum est, sic dono et offero et in presenti corporaliter trado imperpetuum propter alodium franchum et liberum domino Deo et domui Mansi Dei predictae et fratribus ejusdem, presentibus atque futuris, et vobis, fratri Rostagno, preceptori predicto, et successoribus vestris, vel cui volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, sine ullo meo meorumque retentu, promittens<sup>e</sup> vobis bona fide per stipulationem quod nichil feci vel decetero faciam unde donacionem predictam frangi possit vobis vel domui predictae sive disrupti; et si fecero, pro infecto habeatur et nullas prorsus habeat vires, imo pro cancellato<sup>f</sup> habeatur. Et confiteor ego [Raymundus]<sup>g</sup> de Laurono, me habuisse et recepisse a bonis domus Templi Mansi Dei pro hac donacione quendam ronsinum per manum vestri fratris Rostagni, preceptoris predicti; et fuit mihi compromissum dare quendam pullinum equinum, quem concedo me habuisse per manum domini fratris Petri de *Malon*, successoris dicti fratris Rostatgni<sup>h</sup> et preceptoris Mansi Dei. Et, ut firmior habeatur Deo et domui predictae, ego Raymundus de Laurono, juro in Deum, tactis a me corporaliter sacrosanctis IIII<sup>or</sup> Dei Evangelii, quod contra predictam donacionem nunquam veniam,



vel venire faciam, per me vel per interpositam personam, occulte vel manifeste, set fideliter, secundum meum posse, me observatum promitto<sup>i</sup> per juramentum prestiti sacramenti, unde obligo omnia bona mea, ubique sint, in cunctis locis, vobis et domui predictae. Actum est hoc anno Domini M° CC° XXX° II°. Sig+num Raymundi de Laurono, qui hoc firmo et laudo et juro ac testibus firmarique rogo. Sig++++na Arnaldi, clerici de Laurono, et Ermengaudi de Laurono, et Raymundi *Bages*, et Bernardi de *na Campela*, et Johannis, clerici de Paciano, testium. Sig++++na fratris Rostagni, preceptoris Mansi Dei, et fratris Rossilionis, subpreceptoris, et fratris B(ernardi) de Berga, et fratris B(ernardi) de Furchis, et fratris Uguonis de Palacio.

Ego Guilelmus, sacerdos, qui hoc scripsi et meum sig-(SM)-num feci die et anno quo supra.

a. Sic B. b. deffunctus B. c. ab omès B. d. paraula il·legible B. e. promitens B. f. cancellato B. g. Raymundus omès B. h. Sic B. i. promito B.

### 323

1233, 1 d'abril

*Berenguer de Ceret, cavaller, i Saurina, la seva muller, es donen en cos i ànima, com a donats i servidors, a la casa de la milícia del Temple del Masdèu, a les mans i en poder de fra RosSELLÓ, sotscomanador del Masdèu, fra Ramon de Malloles i fra Bernat de Forques, cambrer, de manera que d'ara endavant no podran adherir-se a cap altre orde religiós sense l'autorització del comanador i dels frares d'aquesta casa. I si morissin en el segle, els templers haurien de sebollir-los a llur cementiri i rebrien llurs llits ben guarnits. De la mateixa manera, si Berenguer de Ceret volgués abandonar l'estat secular per prendre els hàbits de llur religió, haurien de rebre'l com a frare seguint el bon costum de la milícia del Temple. Els esposos donen al Masdèu tota l'honor que tenen a la parròquia de Sant Esteve de Morellàs, és a dir, nou masos i tots els altres drets que poden tenir dins els límits d'aquest terme, dels quals tanmateix es reserven l'usdefruit; i, mentre visquin, els templers percebran un cens de tres diners sobre cada un d'aquests masos, i Pere Reig continuarà essent batlle d'aquesta honor al llarg de tota la seva vida. Els templers reben Berenguer de Ceret i Saurina com a donats i servidors i els fan partícips del béns temporals i espirituals i de les pregàries de llur convent.*

- B*<sup>1</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 79-80, acta núm. 126.  
*B*<sup>2</sup> Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 101-102, acta núm. 163.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 483-485, segons *B*<sup>1</sup> i *B*<sup>2</sup>.  
*D* Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 144-151, segons *B*<sup>1</sup>.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Cereto, miles, et ego domina Saurina, uxor ejus, nos duo simul, non inducti dolo neque vi nec circumventi in aliquo, set divina gracia inspirati, bono animo et gratuita voluntate, damus<sup>a</sup> et in presenti cum hac pagina corporaliter offerimus corpus nostrum et animam per donatos et conservos omnipotenti Deo et gloriose Virginis Marie domui milicie Templi Mansi Dei, in manu et posse<sup>b</sup> fratris<sup>c</sup> Rossillionis, subpreceptoris<sup>d</sup> Mansi Dei, tenens vicem preceptoris,<sup>e</sup> et fratris Raymundi de Malleolis, et<sup>f</sup> fratris Bernardi de Furchis, et omnis conventus ejusdem domus, tali pactu quod nunquam decetero non possimus aliquam aliam voluntatem mutare alii ordini, vel domui religionis intrare, sine speciali licencia preceptoris et fratrum milicie Mansi Dei; et si forte unicuique nostrum mors in seculo morante<sup>g</sup> evenerit, fratres qui tunc<sup>h</sup> temporis fuerint Mansi Dei recipiant nos in suo cimiterio,<sup>i</sup> cum nostros lectos bene munitos quod tunc habebimus.<sup>j</sup> Et si ego Berengarius de Cereto jam dictus, viventem in hoc seculo volebam dimittere terrena, et habitum vestre religionis recipere, quod non habuissem aliquem contradictorem, faceretis et reciperetis me propter fratrem bone consuetudini milicie Templi<sup>k</sup> observandum. Et nos duo predicti Berengarius de Cereto et ego domina Saurina, uxor ejus, per nos et per<sup>l</sup> omnes nostros, presentes et futuros, cum hac presenti carta perpetuo valitura, damus, laudamus simpliter inter vivos firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus, amore Dei et in remissione delictorum nostrorum et parentum nostrorum omniumque fidelium defunctorum, omnipotenti domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei jam dicte et tibi, predicto fratri Rossillioni, subpreceptoris<sup>m</sup> et inde gerens vicem preceptoris, et tibi, fratri Raymundo de Malleolis, et tibi, fratri<sup>n</sup> Bernardo de Furchis, inde camerario, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, per franchum et liberum alodium, omnem honorem quam habemus et habere debemus aliquo modo vel jure in terminio et in adjacencia Sancti Stephani de Maurelanis, videlicet mansum *d'en Galmo*, et mansum Guilelmi Regis, et mansum Guilelmi Mironis, et mansum Guilelmi de Columbario,<sup>o</sup> et mansum

Vitalis de Brugato, et mansum Joçberti de Brugato, et mansum Arnaldi Mironis, et mansum Stephani de *Brugat*, et mansum Petri Regis. Prenominatos igitur novem mansos, et omnia alia que ibi habemus vel habere debemus in supradicta adjacencia et terminio<sup>p</sup> Sancti Stephani de Maurelanis, cum hominibus et feminis ibidem presentibus et futuris, honoribus cultis et incultis, casis, casalibus, ortis,<sup>q</sup> ortalibus, et<sup>r</sup> arboribus fructiferis et infructiferis, campis, vineis, heremis et<sup>r</sup> condirectis, censibus, usaticis,<sup>s</sup> questis, toltis, forciis, albergas, justiciis, firmanciis, acapitis, foriscapiis, terremeritis, serviciis, dominiis, ademprivis, jurisdictionibus, quartis, quintis, agrariis sive taschis, tracis, seguis, aquis, aqualibus cum earum deductis et reductis, pratis, pratalibus, paschuis, nemoribus, venacionibus et omnibus aliis hic expressis et non expressis nobis vel nostris in dictis omnibus et singulis quoquomodo<sup>t</sup> accidentibus et pertinentibus, et cum omnibus que ad usum<sup>u</sup> hominis vel animalium sunt vel esse possunt, que nobis pertinent et spectant, pertinere et spectare debent, vel dici sive nominari aut excogitari possint, totum, integriter ac generaliter,<sup>v</sup> cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus vel habere debentibus, damus et laudamus firmiterque concedimus vobis, predictis, et fratribus ejusdem milicie Templi, presentibus et futuris, sine omni vestro enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Item, promittimus<sup>w</sup> vobis, predictis, et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, quod hec omnia predicta et singula faciemus nos et nostri semper vobis et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris,<sup>x</sup> bona habere et tenere in pace sine contradictione<sup>y</sup> et blandimento alicujus persone, per liberum et franchum alodium, unde obligamus vobis omnia bona nostra, mobilia et immobilia, habita et habenda, in vita et in fine, ubique. Item, promittimus<sup>w</sup> vobis et fratribus milicie Templi, bona fide per stipulationem, quod nichil fecimus, vel decetero faciemus aliquid<sup>z</sup> quominus hec donacio vobis valeat, vel infringi possit, quod si forte fecimus, vel decetero faciebamus, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de hiis omnibus et singulis predictis nos et nostros penitus denudamus, et vos et fratres milicie Templi, presentes et futuros, et quos volueritis, prorsus investimus et in corporalem possessionem et quasi possessores juris et facti vos mittimus,<sup>aa</sup> ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas; nichil in

hiis decetero vobis nec vestris aliquo modo retinentes aut reser-  
vantes, nisi nobis duobus tantum modo in vita nostra usufructus,  
quos habeamus<sup>ab</sup> sine aliquo contradicto.<sup>ac</sup> Et post mortem nobis  
duobus, omnia supradicta et singula, sicut superius continetur,  
habeat domus milicie Templi<sup>ad</sup> et fratres ejusdem; et tantum quod  
nos vixerimus, recipiat dicta domus<sup>ae</sup> pro tenedone in unoquoque  
dictorum mansuum<sup>af</sup> III denarios malgurienses pro censo; et sit  
bajulus fidelis de dicto honore in omnibus<sup>ag</sup> Petrus Regis tantum  
modo in vita sua. Et quod contra hanc donacionem nunquam<sup>ah</sup>  
veniamus, vel veniri faciamus, per nos vel per aliquam interpositam  
personam, in iudicio vel extra iudicium, bona fide per stipulationem  
promittimus,<sup>w</sup> et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis  
III<sup>or</sup> Dei Evangeliiis, sponte<sup>ai</sup> juramus, renunciando per virtutem  
prestiti juramenti omni<sup>aj</sup> juri et auxilio, divino et humano, scripto  
et non scripto, generaliter et specialiter, nobis competentibus vel  
competituris, ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum.  
Et nos, frater Roscillionus<sup>ak</sup> supradictus, et frater Raymundus de  
Malleolis<sup>al</sup> et frater Bernardus de Furchis et omnis conventus Mansi  
Dei, recipimus vos, Berengario<sup>am</sup> de Cereto, et vos, domina Saurina,  
per donatos et conservos esse participes in bonis temporalibus et  
spiritualibus<sup>an</sup> et oracionibus, promittendo<sup>ao</sup> vobis bone consuetudini  
milicie Templi, sicut superius dicitur, attendere et complere. Actum  
est hoc kalendis aprilis, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX III<sup>o</sup>. Sig+num  
Berengarii de Cereto et Saurine, uxoris ejus, predictorum, qui  
hoc firmamus<sup>ap</sup> testibus firmarique rogamus.<sup>aq</sup> Sig+++++na fratris  
Roscillionis,<sup>ar</sup> subpreceptoris, et fratris Raymundi de Malleolis,<sup>al</sup>  
et fratris Bernardi de Furchis, et fratris Bernardi de Monsono, et  
fratris Bernardi<sup>as</sup> de Berga, testium. Sig+++na Guilelmi de Tuyrio,<sup>at</sup>  
et Castelanus<sup>au</sup> Coc, et Guilelmi Ripe, testium.

Ego Guilelmus, sacerdos, publicus notarius, hoc scripsi et  
meum sig-(SM)-num feci die et anno quo supra.

a. damus *omès* B<sup>2</sup>. b. et in posse B<sup>2</sup>. c. fratris *afegit a la interlīnia* B<sup>1</sup>. d. sub-  
preceptoris *omès* B<sup>2</sup>. e. Mansi Dei tenentis vice preceptoris B<sup>2</sup>. f. et *omès* B<sup>1</sup>.  
g. morantem B<sup>1</sup>. h. nunc B<sup>1</sup>. i. ciminterio B<sup>1</sup> B<sup>2</sup>. j. habuerimus B<sup>2</sup>. k. Tem-  
pli *omès* B<sup>1</sup>. l. per *omès* B<sup>1</sup>. m. preceptoris B<sup>1</sup>. n. fratris B<sup>2</sup>. o. Guilelmo  
de Columberio B<sup>1</sup>. p. in termino B<sup>1</sup>. q. ortos B<sup>1</sup>. r. et *omès* B<sup>1</sup>. s. usatis B<sup>1</sup>.  
t. quoquo B<sup>1</sup>. u. omnibus adversus B<sup>1</sup>. v. generalter B<sup>2</sup>. w. promittimus B<sup>1</sup>B<sup>2</sup>.  
x. presentibus et futuris *omès* B<sup>1</sup>. y. contradicto B<sup>1</sup>. z. aliquod B<sup>2</sup>. aa. mitimus  
B<sup>1</sup>B<sup>2</sup>. ab. habemus B<sup>1</sup>. ac. contradictu B<sup>1</sup>. ad. milicie predictae B<sup>2</sup>. ae. domus  
jam dicta B<sup>2</sup>. af. mansium B<sup>1</sup>. ag. in omnibus de dicta honore B<sup>1</sup>. ah. in-  
quam B<sup>2</sup>. ai. sponte *omès* B<sup>2</sup>. aj. et omni B<sup>2</sup>. ak. Roscilionus B<sup>2</sup>. al. Maleolis B<sup>2</sup>.  
am. Bernardo B<sup>1</sup>. an. specialibus B<sup>1</sup>B<sup>2</sup>. ao. promittendo B<sup>1</sup>B<sup>2</sup>. ap. firmavi-  
mus B<sup>2</sup>. aq. rogavimus B<sup>2</sup>. ar. Roscillionis B<sup>2</sup>. as. Berengarii B<sup>1</sup>. at. Cui-  
rio B<sup>2</sup>. au. Cathalan B<sup>1</sup>.

## 324

1233, 9 d'abril

*Ramon de Vilarnau, cavaller, ven a la casa del Temple de Perpinyà i a fra Cabot, el seu comanador, el cens de 2 gallines, 3 diners pel pa i 3 diners pel vi i mig quartó d'ordi, que li fan Jaume Canet i la seva esposa, filla del difunt Ramon Canet, per una masada que aquests darrers tenen per ell a la vila i parròquia de Santa Maria de Toluges. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 45 sous melgoresos.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 127v-128, acta núm. 205.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 485-486, segons *B*.  
*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 191-195, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Villarnaldo, miles, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura vendo, laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui milicie Templi Perpiniani et tibi, fratri Caboto, procuratori ejusdem domus, et successoribus tuis, presentibus et futuris, et omnibus fratribus ejusdem domus, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas, omnes illas II gallinas et III denarios pro pane et III denarios pro vino et medium quarteronum ordeï correntis, que omnia Jacobus *Canet* et uxor ejus, filia quondam Raymundi Caneti, et ipse Raymundus Canetus condam mihi faciebant, et adhuc dictus Jacobus Canetus et uxor ejus mihi faciunt de censu racione illius mansate, quam tenent et habent in villa de Tulugiis et in ejus terminis et in omni adjacencia Beate Marie ejusdem ville, totum, integriter ac generaliter, sine omni diminucione et sine aliqua exceptione, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum successorum. Cedo et dono Deo et dicte domui milicie Templi et tibi, dicto procuratori, et successoribus vestris, et cui vel quibus volueritis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas in predictis omnibus et pro predictis omnibus habeo vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti predictam domum milicie Templi Perpiniani et te, fratrem Cabotum, et successores tuos in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem vendicionem,

cessionem et donacionem facio vobis et successoribus vestris precio XLV solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renunciando excepcioni pecunie non numerate, et illi legi qua iurantur qui ultra dimidiam justis precii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valenciam gratis inter vivos vobis et successoribus vestris diffinio et dono, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas. Promitto<sup>a</sup> etiam bona fide per stipulationem me et meos semper tibi, dicto fratri Caboto, procuratori dicte domus, et successoribus tuis, et quibus volueritis, de predicta vendicione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, pro qua evictione et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis vos vel successores vestri, ex quibus semper credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Et pro predictis XLV solidis malguriensium vobis restituendis, obligo vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto<sup>a</sup> vobis et successoribus vestris, bona fide per stipulationem, quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec vendicio vobis valeat vel infringi possit, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de omnibus supradictis me et meos semper denudo et predictam domum milicie Templi et te, dictum procuratorem, et successores tuos, et quos volueritis, prorsus investio et in corporalem et in vacuam<sup>b</sup> possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,<sup>c</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas. Actum est hoc V<sup>o</sup> idus aprilis, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig+num Raymundi de Vilarnaldo predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++++na Guilelmi Ros de Tesano, et Bremundi de Sancto Mameto et Bernardi Urgelli, testium. Petrus Calvetus scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promito *B.*    b. vaccuam *B.*    c. mito *B.*



## 325

1233, 16 de maig

*Sibil-la, filla del difunt Pere de Montoriol, amb el consentiment del seu marit, Bertran Pelegrí, ven al Masdéu, a les mans de fra Rosselló, sotscomanador d'aquesta casa, un terreny que tenen a la vila de Terrats, i que ja tenien pel Masdéu, a fi d'edificar-hi una o diverses cases. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 60 sous melgoresos.*

A Original, pergamí, amplada 175 mm, alçada 110 mm, ADPO, Hp190.<sup>246</sup>

B Còpia del començament del segle xx, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 152-153, segons A.

Notum sit cunctis quod ego Sibilia, qui fui condam filia Petri de Monte Oriolo, consilio et voluntate mariti mei Bertrandi Pelegrini, bono animo ac spontanea voluntate vendimus et cum hac pagina corporaliter tradimus domino Deo, et domui milicie Templi Mansi Dei, et fratribus ejusdem, presentibus atque futuris, in manu fratris Rossilionis, subpreceptoris domus predictae, quidam *patil*, quem habemus in adjacencia de *Terratz*, intus villam, quod jam tenebamus pro domo predicta Mansi Dei, et affrontat oriente in via publica, a meridie in cellario Petri Jozberti, ab occidente in manso qui fuit Guilelmi Bernardi, aquilone in via publica. Sicut in his quatuor jam dictis afrontacionibus<sup>a</sup> includitur dictum *patil*, cum ingressibus suis et regressibus, sic vendimus vobis, jam dicto fratri Rossilioni, et domui Mansi Dei predictae, et successoribus vestris, ad hedificandum<sup>b</sup> ibi vos, vel cui volueritis, domum vel domos, a celo usque in abissum, pro LX<sup>a</sup> solidis malguriensium, de quibus sumus bene paccati, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Et si plus valet de predicto precio, totum habeatis pro dono sine ullo nostro nostrorumque retentu et sine vestro vestrorumque enganno, ac de meo meorumque jure in vestrorumque vel vestro tradimus dominium et potestatem, ad omnes voluntates domus Mansi Dei predictae et suorum omni tempore faciendas. Si quo autem jure, divino vel humano, scripto vel non scripto, contra hanc vendicionem venire poterimus, penitus renunciamus et dimitimus.<sup>c</sup> Actum est hoc XVII<sup>o</sup> kalendas junii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig++na Sibilie predictae et Bertrandi Pelegrini predictorum, qui hoc laudamus, firmamus ac testibus firmarique

<sup>246</sup> El document porta al dors una menció del segle xv en català: «Compra que.l comador feu a Terrats», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n<sup>o</sup> 341».

rogamus. Sig+++na Bernardi Petri, et Bernardi Johanne, et Guilelmi Ministralis, testium.

Ego Guilelmus, sacerdos, publicus scriptor, qui hoc scripsi et meum sig-(SM)-num feci die et anno quo supra.

a. *Sic A per affrontationibus.* b. *Sic A per edificandum.* c. *Sic A per dimittimus.*

### 326

1233, 30 de maig

*Guillema Polita i els seus fills, Joan i Bernat Polit, venen a Huguet de Belela dues peces de terra que tenen a la parròquia de Sant Hipòlit, al lloc anomenat Conangle. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 630 sous melgoresos. Raimon de Cabaret ha confirmat aquesta venda per la qual ha rebut el seu foriscapi per raó del seu dret sobre la masada [de la qual depenen aquestes terres].*

A Original, pergami, amplada 295 mm, altura 95 mm, ADPO, 1B42.<sup>247</sup>

Notum quod<sup>a</sup> ego Guillema *Polita*, et Johannes Politi et Bernardus Politi, filii ejus, simul per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta in perpetuum valitura vendimus et jure perfecte et vere vendicionis modo in presenti irrevocabiliter<sup>b</sup> tradimus tibi, Ugueto de *Belela*, et tuis, videlicet duas pecias terre, salvo jure dominorum, quas habemus in terminis et adjacencia Sancti Ypoliti, in loco qui vocatur ad *Conangle*, et unus affrontat ab oriente in honore *Fabre Bertet*, a meridie in honore Ave femine et vestra et aliorum heredum, ab occidente in honore Mir Aulen et Guilelmi Aulen et aliorum heredum, ab aquilone in honore Alasen Martela; alia affrontat ab oriente in honore Fabri Berteti, a meridie in honore Alaset Martela, ab occidente in honore Mir Aulen et Guilelmi Aulen et aliorum, ab aquilone in Aquilino veteri. Sicut in istis predictis affrontationibus includitur, vendimus tibi, Ugueto predicto, et tuis, totas predictas pecias terre, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam vel tuorum, sine omni tuo tuo-

247. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1370».



rumque enganno, pro precio DCXXX solidorum melgoriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni non numerate peccunie. Et renunciamus recissorie qua jvantur venditores quando decepti sunt ultra dimidiam justii precii. Et si aliquo jure, legis vel consuetudinis, scripte vel non scripte vel non scripte,<sup>c</sup> contra hanc predictam vendicionem venire possemus aliquo tempore, illi juri vel consuetudini expressa ex certa sciencia penitus renunciamus, in judio vel extra, nullo jure vel auxilio decetero nobis retento vel reservato. Et si hec predicta vendicio hodie plus valet dicti precii, vel decetero valebit, totum illud, quicquid sit, remittimus pe-nitus tibi et tuis dono et ex gracia. Et preterea promittimus tibi et tuis totum, ut in hac carta continetur, quod faciemus tibi et tuis bona habere et tenere in pace, sine contradicto alicujus persone, et non contra venturos aliquo tempore per nos vel per aliquam interpositam personam, et tenemur tibi et tuis de omni eviccione, obligantes inde tibi et tuis omnes res nostras mobiles et in mobiles, in vita et in fine. Et ad majorem cautelam, hec omnia supradicta unusquisque nostrum juramus fideliter attendere et observare tibi et tuis, corporaliter tactis sacrosanctis Evangeliiis manibus propriis. Actum est hoc III° kalendas junii, anno Christi M° CC° XXX° III°. Sig+++num<sup>c</sup> Guilme *Polite*, et Johannis et Bernardi, fratris<sup>d</sup> ejus, qui hec omnia supradicta laudamus, firmamus testesque firmare rogavimus. Sig+num Ramundi de Cabareto, qui hoc laudavit ratione mansate, et inde suum foriscapium habuit. Sig+++num<sup>c</sup> Bernardi *Figeres*, Guilmi Traverii, et Bernardi de Tuxano, testium.

Ego Bernardus Niger, levita, scripsi hoc, rogatus, et hoc sig-(SM)-num feci.

- a. Sic A.    b. Sic A.    c. Sic A.    d. Sic A per filiorum.

327

1233, 9 de juliol. Al setge de Borriana

*Cedint a les exhortacions de Ramon Patot, mestre de la milícia del Temple a Provença i a Hispània, Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, eximeix definitivament tots els homes, cristians, jueus i sarraïns, que el Temple posseeix, o posseirà en el futur, al regne d'Aragó i a Catalunya del pagament de totes les exaccions*

*reials, sigui quina sigui la manera com els templers n'hagin fet l'adquisició. El rei estipula que aquestes franquícies s'aplicaran especialment als homes del Temple que resideixen a llur castell de Montsó, així com a la Llitera i al Segrià. Confirma tots els privilegis, donacions, concessions i franquícies atorgats a la casa i als frares del Temple pels seus predecessors, com també totes les possessions que l'orde té al seu regne.*

- A Original, pergami segellat amb el segell penjant de cera vermella de Jaume I, AHM, Montesa, R. 25.
- B Còpia del darrer terç del segle XIII, ACA, Cancelleria Reial, Reg. núm. 309, ff. 42v-43v.<sup>248</sup>
- C Còpia del final del segle XIII, ACA, Cancelleria Reial, Reg. núm. 310, ff. 45v-46.<sup>249</sup>
- D Còpia del final del segle XIII en català, AHN, cod. 1032.
- E Còpia del final del segle XIII en català, AHN, cod. 1312, p. 240.
- F Còpia de mitjan segle XIV, *Cartulario Magno*, AHN, cod. 471, vol. VI, doc. 156.
- G Còpia del final del segle XIV, ACA, Cancelleria Reial, Reg. núm. 1896, f. 14.
- H Còpia autèntica sobre paper del 21 d'abril de 1701 proveïda del petit segell reial de cera vermella, ADPO, Hp183, segons C.<sup>250</sup>

248. La transcripció és precedida per una rúbrica en tinta vermella: «In hoc instrumento continetur quod dominus rex Aragon[um] affranquavit omnes homines et mulieres Templi de questiis et de omnibus aliis serviciis.»

249. La transcripció és precedida per una rúbrica en tinta vermella: «Quod homines Templi cujuscumque conditionis existant non donent ullam questiam vel cavalcata etc. Confirmantur hic etiam omnia privilegia et donationes etc.»

250. «[Transcripció de l'acta del 9 de juliol de 1233] Sig+num mei Don Joannis Baptistae de Aloy S. C. et regiae magestatis mandati scriba in regnis coronae Aragonum cum exercicio in presenti generali Chattaloniae locumttenentia in eisdemque regnis regii archivarii ac [sed.] in exped. politica et gratiae hujus Provinciae qui hujusmodi copiam aliena manu scripta extraxi a registro recondito in regno archivo Barchinonae in armario constructo in prima instancia intitulado "Templariorum", ex libro pergameneo intitulado etiam "Templariorum" a folio ejusdem CXXX, quam cum suo originali legitime comprobavi et clausi solito meo supra apposita signo. Don Balthasar de Niol et Marcet, locumttenens protonotarii, in presenti locumttenentia generali Cathaloniae ita aprobat regius archivarius infra scriptus manu propria. Attestor et fidem facio quod retroscriptus Don Joannes Baptista de Aloy qui hujusmodi scripturas subsignavit et clausit et sacrae catholicae et regiae magestatis mandati scriba in regnis coronae Aragonum cum exercicio in presenti locumttenentia generali Cathaloniae in eisdem regnis regius archivarius fidelis et legalis instrumentis et scripturis publicis per ipsum clausis et subsignatis huic similibus in juditio et extra ab omnibus fides indubia adhibetur et adhiberi solet, in quorum testimonium praesentem manu propria scripsi et regio sigillo parvo in posse meo existentium munivi Barchinone die vicesima prima mensis aprilis, anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo primo. (Sigillum) Don Balthasar de Niol et Marcet (SM)». El verso de l'últim foli porta la signatura topogràfica «35A», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2473».

I Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, pp. 507-510, segons H.

Anàlisi: JAVIERRE MUR, A. L., *Privilegios reales de la Orden de Montesa en la edad media*, Madrid, doc. núm. 35, p. 124.

Indicat: MAGALON, M., «Los Templarios de la Corona de Aragón. Índice de su cartulario del siglo XIII», *BRAH*, t. XXXII (1898), p. 460. MIRET I SANS, Joaquim, *Itinerari de Jaume I el Conqueridor*, Barcelona, 1918, p. 105.

#### Text establert segons BC.

Manifestum sit omnibus quod nos, Jacobus, Dei gracia rex Aragonum et regni Majoricarum,<sup>a</sup> et comes Barchinone<sup>b</sup> et Urgelli<sup>c</sup> et dominus<sup>d</sup> Montispessulani, pie ad memoriam reducetes dilectionem ac bonam et in Domino laudabilem voluntatem quam predecessores nostri erga domum milicie Templi et fratres hactenus<sup>e</sup> habuerunt. Idcirco, corde bono et volenti animo,<sup>f</sup> ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, per nos et per omnes successores nostros, precibus et amore dilecti<sup>g</sup> nostri fratris<sup>h</sup> Raymundi *Patot*,<sup>i</sup> venerabili magistri domus milicie Templi in Provincia et Hyspania, donamus, concedimus et laudamus in perpetuum<sup>j</sup> domino Deo et eidem<sup>k</sup> domui milicie Templi et pre-nominato magistro et fratribus, presentibus et futuris, quod ab<sup>l</sup> hac ora inantea ab hominibus domus Templi Christianis, scilicet, Judeis et Sarracenis, quos in toto regno Aragonum et Cathalonia tota habere noscuntur, vel in futurum ex largitione nostra aut successorum nostrorum, aut aliorum collatione fidelium, aut emptione, aut comutatione, aut aliis justis modis ibidem acquirere poterunt, nullam questiam, vel peitam nullam fortiam, vel tolltam, nec hostem vel cavalcatam, vel apellicum,<sup>m</sup> vel eorum redemptionem aliquam, nullumque<sup>n</sup> malum servicium aut demandam, nullumque<sup>n</sup> bovaticum vel monetaticum, nullumque<sup>n</sup> herbaticum, vel carnagium, vel usaticum, nullamque<sup>o</sup> lezdam vel portaticum, vel consuetudinem novam vel veterem,<sup>p</sup> constitutam vel constituendam, nullamque<sup>o</sup> aliam exactionem regalem, vicinalem, vel aliam aliquam que dici vel nominari possit, queramus aut demandemus unquam, aut demandari faciamus<sup>q</sup> in aliquo loco terre<sup>r</sup> nostre ullo modo, facientes in perpetuum fratres domus milicie Templi et eorum homines et feminas, cujuscumque dignitatis, vel legis, vel conditionis sint, per totam terram nostram, cum omnibus rebus et mercibus suis propriis, franchos, liberos et immunes<sup>s</sup> et penitus alienos a supradictis omnibus et singulis per secula cuncta. Ita quod neque nos neque aliquis homo noster<sup>t</sup> vel alienus supradictis fratribus milicie Templi vel eorum hominibus, ubicumque sunt vel erunt, aliquid de predictis audeat demandare unquam, vel ad eorum aliquid

dandum, vel solvendum, vel faciendum, vel aliquid aliud quod cogitari possit, distringere vel forciare presumat<sup>u</sup> aliquo modo vel aliqua ratione. Predictis autem fratribus milicie et eorum hominibus, presentibus et futuris, ubicumque sint<sup>v</sup> vel erunt, hanc franchitatem et libertatem et perpetuam concessionem et donationem damus et facimus, quamvis hoc diu datum est<sup>w</sup> et concessum, sic eis a nostris predecessoribus et specialiter omnibus illis hominibus et feminis majoribus et minoribus et eorum posteris, quos eadem domus Templi et fratres habent nunc, vel habituri sunt, in castro suo de Montesono et in Litaria et in Segriano et<sup>x</sup> eorum<sup>y</sup> terminis universis,<sup>z</sup> a quibus vero omnibus et aliis universis<sup>z</sup> cum hac carta<sup>aa</sup> perpetuo duratura<sup>ab</sup> eos omnes et eorum successores, cum omnibus aliis<sup>ac</sup> hominibus ejusdem domus, Christianis scilicet, et Judeis et Mauros, cum omnibus rebus, mercibus<sup>ad</sup> et hereditatibus suis, franchos facimus et inimmunes<sup>s</sup> nunc et semper ac penitus alienos. Quia vero ea omnia<sup>ae</sup> que a predecessoribus nostris et nobis ipsis juste et secundum Deum facta sunt et concessa eidem domus Templi et fratribus ejusdem debent semper inviolata manere, idcirco omnia privilegia et quelibet alia instrumenta omnesque donationes, concessiones et franchitates eidem domui milicie Templi et prenominato magistro et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, laudamus, concedimus et presentis scripti patrocinio comunimus, decernentes ea robur perpetuum obtinere, sicut melius, sanius et utilius dici potest ad comunem utilitatem sepe dicte<sup>af</sup> domus et fratrum; et confirmantes<sup>ag</sup> atque laudantes eisdem omnes res suas et possessiones, quas nunc alicubi habent in tota<sup>ah</sup> terra nostra, vel inantea, dante Domino, poterunt adipisci, sicut eas juste et quiete possident, et in eorum instrumentis et privilegiis inde factis a nostris predecessoribus et nobis ipsis plenius continetur. Excipimus tamen et retinemus quintam<sup>ai</sup> partem de acquisitione<sup>aj</sup> terre Sarracenorum quam, Domino adjuvante, facere poterimus,<sup>ak</sup> quamvis prefate domui Templi a nostris predecessoribus esset data. Preterea volumus, statuimus et mandamus ut fratres Templi, si aliquem in causam traxerint vel ab aliquo tracta fuerint crucis insigne<sup>al</sup> ferentes, aut eos super aliquo casu placitari contingerint,<sup>am</sup> non donent nec dare unquam<sup>an</sup> teneantur in aliquo loco dominationis nostre aliquam justiciam vel caloniam vel expensas<sup>ao</sup> ullo modo alicui vel ab aliquibus personis sub quarum examine litigaverint. Mandamus ergo firmiter et districte majori domus,<sup>ap</sup> senioribus, merinis, repositariis, justiciis, zavalmedinis, iudicibus, alcaidis,<sup>aq</sup> adenantatis, vicariis, bajulis,<sup>ar</sup> pedagiariis, lezdariis, statutis et

statuendis, et nostris subditis universis,<sup>z</sup> presentibus et futuris, ut hanc cartam nostram et omnia que in ea continentur firmam habeant<sup>as</sup> et observent, et ab omnibus et singulis faciant inviolabiliter<sup>at</sup> observari,<sup>au</sup> et contra non veniant, nec aliquem contra venire permittant aliqua ratione, si de nobis et suis volunt confidere personis et rebus. Quicumque autem contra hanc cartam nostram venire in aliquo attemptaverit,<sup>av</sup> iram Dei omnipotentis et gloriose virginis Marie omniumque sanctorum incurrat, et de communione corporis et sanguinis Christi alienus penitus<sup>aw</sup> fiat et extortis, et cum Juda traditore partem habeat, et pena Datan et Abiron a Domino puniatur, et ne pena temporalis ei desit nostrum et successorum nostrorum se senciatur<sup>ax</sup> inimicum, et post amissionem rerum suarum a nobis tanquam traditorem sine aliquo remedio punietur. Datum<sup>ay</sup> in obsidione Burriane septimo<sup>az</sup> idus julii, anno Domini M° CC° XXX° III°.

Sig+num Jacobi, Dei gratia regis Aragonum et regni Majoricarum,<sup>a</sup> comitis Barchinone et Urgelli et domini<sup>ba</sup> Montispessulani.

Testes hujus rei sunt: (1a columna) B(erengarius) Ilerdensis episcopus, S(ancius) Cesaraugustanensis episcopus, P(etrus) Dertusensis episcopus, D(ominicus) Segorbiensis<sup>bb</sup> episcopus, (2a columna) F(errandus) infans Aragonum, B(lasco) de Alagone, major domus Aragonum, R(aymundus) de Lyzana, P(etrus) Cornelii, B(lasco) Maza, (3a columna) Valle(sius) de Berga, Bernardus Guillelmi, B(erengarius) d'Entenza, Assallitus de Gudal, Raymundus Exemenii de Lusía, (4a columna) Feranc Petri de Pina, Suerus Melendi,<sup>bc</sup> Peregrinus de Bolas, F(errandus) Didaci, majordomus curie, P(etrus) Petri, justicia Aragonum, (5a columna) F(errarius) de Sancto Martino, Gu(ilelmus) de Cardona, B(ernardus) de Sancta Eugenia, G(uilelmus) de Zagardia, G(uilelmus) de Aquilone.<sup>bd</sup>

Sig+num Petri Johannis, scriptoris, qui, mandato domini regis, hec scripsit loco, die et anno prefixis.

a. Majoricharum B. b. comes Barchinone et regni Majoricarum C. c. et Urgelli omès C. d. domini C. e. actenus B. f. animo volenti C. g. precibus, amore et dilecti C. h. fratres B. i. Pathot C. j. imperpetuum C. k. ejus C. l. quod ad ab B. m. ullam peytam vel forciam vel cavalcatam nec hostem vel toltam vel appelicum C. n. ullumque C. o. ullamque C. p. veteram B. q. sinamus B. r. tere B. s. immunes C. t. hominum nostrorum C. u. presumpmant C. v. sint omès C. w. hoc datum est diu C. x. et omès C. y. eorumque B. z. universis B. aa hanc cartam B. ab. valitura C. ac. aliis omnibus C. ad. mecibus B. ae. omnia ea C. af. se predicte B. ag. confirmationes B. ah. tota omès B. ai. quinta C. aj. aquisicione C. ak. poteramus B. al. signe C. am. contigerit C. an. unquam omès C. ao. expensas C. ap. majordomus C. aq. alcal-

dis C. ar. bajulis *figura abans de* repositariis C. as. hanc B. at. inviolabiliter faciant C. au. observari *omès* C. av. temptaverit C. aw. penitus *omès* C. ax. sciat C. ay. date C. az. VII C. ba. dominus C. bb. Segorbitensis B. bc. Melenchi C. bd. *La llista dels testimonis és incompleta* B.

## 328

1233, 14 d'octubre

*Ramon de Santa Maria es posa d'acord amb fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, a propòsit de la claveguera i de les aigües que s'han d'escolar pel seu mas, que és contigu al del Temple, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Ramon i els seus successors hauran de tenir a llur mas una claveguera ben conservada i neta per la qual s'ecolaran totes les aigües provinents del mas del Temple; el comanador i els seus successors hauran d'escurar la part de la claveguera compresa a l'interior de llur paret, i Ramon i els seus tindran llur claveguera escurada i ben coberta, de tal manera que no pugui embussar-se. Fra Cabot promet que els templers no tiraran terra ni palla a la claveguera per tal de no obturar-la. Per aquesta transacció, Ramon de Santa Maria reconeix haver rebut 41 sous melgoresos.*<sup>251</sup>

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 266v-267, acta núm. 470.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 196-198, segons B.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Sancta Maria, per me et per omnes meos presentes atque futuros, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura venio ad bonam fidem et concordiam et transactionem tecum, fratre Caboto, comendatore domus domus milicie Templi Perpiniani, super cloaca<sup>a</sup> et recepcione aquarum, quas ego debeo recipere per mansum meum qui est juxta mansum vestrum in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, intus ejusdem ville. Cujus transactionis forma talis est: quod ego dictus Raymundus de Sancta Maria, et omnes mei successores imperpetuum debemus tenere in manso

251. Aquest conflicte de veïnatge es remuntava almenys a l'any 1203, data de la solució d'un litigi que enfrontava els templers del Masdèu a Guillem de Santa Maria, molt probablement el pare de Ramon, a propòsit del canal que s'escolava del mas de la milícia del Temple cap al mas de Guillem de Santa Maria; vegeu més amunt l'acta núm. 190.

nostro predicto cloacam<sup>b</sup> ydoneam bene paratam et mundificatam, et nobis quocienscumque opus fuerit et debemus recipere et recolligere per mansum nostrum predictum omnes aquas mansi vestri et vestras pluviales et omnes alias cujuscumque generis sint, et tu, dictus frater Cabotus, et successores tui, teneatis dictam cloacam<sup>b</sup> curatam ex parte vestra, scilicet tantum quantum paries vester continet; et ego et mei tenebimus semper dictam cloacam<sup>c</sup> totam curatam, ita quod sine damno<sup>d</sup> nostro omnes aque vestre et mansi vestri possint libere inde transire, et etiam tenebimus dictam cloacam<sup>b</sup> bene coopertam,<sup>e</sup> ita quod nullo modo ex parte nostra possit rasari. Et ego frater Cabotus, preceptor predictus, per me et per omnes successores meos presentes atque futuros promitto<sup>f</sup> tibi, dicto Raymundi de Sancta Maria, et tuis, quod in dictam cloacam non inmitamus terram neque paleas propter quod dicta cloaca<sup>g</sup> posset impediri vel rasari. Et nos supradicti Raymundus de Sancta Maria et frater Cabotus per nos et per omnes successores nostros promittimus<sup>h</sup> hec omnia supradicta quilibet alteri ad bonam fidem. Preterea ego dictus Raymundus de Sancta Maria, profiteor et recognosco quod pro predicta transactione et concordia habui et accepi<sup>i</sup> a te dicto fratre Caboto XLI solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum<sup>j</sup> me teneo, renuncians exceptioni pecunie<sup>k</sup> non numerate. Actum est hoc II<sup>e</sup> idus octobris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig++na Raymundi de Sancta Maria et fratris Caboti predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig++++na Poncii de Alainano, et Petri *Comte* de Salsis, et Bernardi de Sancta Maria, et Adalberti de Garricis, et Berengarii Laurencii, testium. Petrus Calvetus scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit. Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. coacha B.    b. cloacha B.    c. cloaquam B.    d. dampno B.    e. cohoper-  
tam B.    f. promito B.    g. cloacha B.    h. promittimus B.    i. acepi B.    j. pacat-  
atum B.    k. peccunie B.

1233, 19 d'octubre

*Pere Bremon de Vilallonga ven a fra Pere de Malon, comanador del Masdèu, i a fra Cabot, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat els Estanyols. Com a preu*

*d'aquesta venda, reconeix haver rebut 800 sous melgoresos.<sup>252</sup> Precisa que aquest camp donava cada any cinc aimines d'ordi als templers a causa de la deixa que Gombau de Malloles els havia fet,<sup>253</sup> la qual havia estat confirmada pel difunt Bremon, pare de Pere Bremon.*

*B* Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 216v-217, acta núm. 377.

*C* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 199-202, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Petrus Bre-mundus de Villa longa, per me et per omnes meos vendo atque in presenti irrevocabiliter trado Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et vobis, fratri Petro de Malon,<sup>a</sup> preceptori ejusdem domus, et fratri Caboti, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et successoribus vestris, et cui volueritis, imperpetuum, quendam campum meum, qui est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagneolo, et affrontat ab oriente in campo Raymundi Cabal condam, a meridie in campo Guilelmi Augusti, ab occidente et ab aquilone in campo Berengarii Sinfredi de Malleolis condam, qui modo est domus milicie Templi. Sicut superius dictum est, ita vendo domui milicie Templi Mansi Dei et vobis predictis fratribus, et successoribus vestris, predictum campum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem dicte domus milicie Templi. Dono etiam et cedo vobis, et successoribus vestris, et cui volueritis, omnes actiones et jura, quas et que in dicto et pro dicto campo contra omnes personas habeo vel habere aliquo modo debeo, constituendo vos procuratores in rem vestram dicte domus milicie Templi Mansi Dei. Hanc vero venditionem, cessionem et donationem facio vobis, et cui volueritis, pretio DCCC solidorum malguriensium, de quibus per pacatum<sup>b</sup> me teneo, renuncians exceptioni pecunie<sup>c</sup> non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec venditio modo plus valet dicto pretio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia, gratis inter vivos vobis dono et diffinio, ad omnes vestras voluntates omni tempore facien-

252. Aquesta venda serà confirmada després per la mare de Pere Bremon, Sibil·la, el 22 de gener de 1238; vegeu més endavant l'acta núm. 356.

253. En compliment d'una clàusula del testament de Gombau de Malloles del 21 de març de 1173; vegeu més amunt l'acta núm. 91.



das. Promitto<sup>d</sup> etiam vobis bona fide et per stipulationem me et meos semper dicte domui Mansi Dei et vobis, predictis fratribus, et successoribus vestris, fore legitimos auctores et defensores<sup>e</sup> ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione et de sumptibus si quos in causa evictionis vos facere contigerit, ex quibus credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus predictis et singulis obligo vobis et dicte domui Mansi Dei et successoribus vestris omnia bona mea presentia et futura. Item, promitto<sup>d</sup> vobis quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec venditio vobis valeat vel infringi possit. Nam in presenti de predicto campo me et meos semper denudo, et vos et successores vestros et quos volueritis prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,<sup>f</sup> ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium. Set dictus campus dabat dicte domui milicie Templi V eiminas ordeï annuatim pro legato quod eadem domui de illis fecit Gombaldus de Malleolis, quod legatum confirmavit Bremundus condam pater meus. Actum est hoc XIII<sup>o</sup> kalendas novembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>. Sig+num Petri Bremundi predicti, qui hec omnia laudo. Sig++++na Petri Garrigue, et Guilelmi Mauratoni, et Bernardi Grossi, testium. Petrus Calvetus scripsit hoc vice Petri de Rivo et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus de Rivo, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Molon B.    b. paccatum B.    c. peccunie B.    d. promito B.    e. defensores B.    f. mito B.

### 330

1233, 13 de desembre. Perpinyà

*Nunó Sanç, senyor de Rosselló, Vallespir, Conflent i Cerdanya, en consideració a nombrosos serveis que li ha fet i que no para de fer-li quotidianament, dóna al seu afectíssim i fidel Garcia Reboster, a la muller d'aquest, Ramona, i a tots llurs successors un terreny situat prop de la vila de Perpinyà, pels volts de la Porta de Malloles. Els donataris disposaran lliurement d'aquest terreny i de tot el que puguin edificar-hi.*

B    Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 4, acta núm. 9.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 481-483, segons B.

Manifestum sit cunctis quod nos, Nuno Sancius, Dei gratia dominus Rossellionis, Vallis Asperii, Confluentis et Ceritanie, considerantes et recordantes multa grata et bona servicia que tu, dilectus et fidelis noster Garcia Repositarius, nobis diu et studiose fecisti et quotidie<sup>a</sup> bono anime facere non desistis; idcirco cum hac presenti carta firmiter et imperpetuum valitura, per nos et per omnes successores nostros, gratis et ex certa scientia, damus, concedimus, laudamus et in presenti tradimus per franchum alodium tibi, predicto Garcie Repositorio, et Raymunde uxori tue, et omni vestre proli et cunctis successoribus vestris, et cuicumque vel quibuscumque volueritis, imperpetuum, ad omnes vestras voluntates faciendas, quoddam solum sive *pati* quod habemus juxta villam Perpiniani circa portale de *Malloles*, et affrontat ab oriente in domibus milicie Templi, a meridie vero et occidente in via publica que ducit apud Sanctum Martinum, ab aquilone in quadam vinea Templi; ita quod decetero vos et vestri, et quicumque volueritis, possideatis, habeatis, teneatis et expletetis pacifice et quiete in eternum prenomiatum solum sive *pati* et quicquid infra predictas affrontationes includitur, cum ingressibus et egressibus et juribus suis, et cum omnibus melioramentis et augmentis<sup>b</sup> sive edificii<sup>c</sup> ibidem a vobis vel a vestris facturis usque ad celum, ad dandum, vendendum, inpignorandum et modo quolibet alienandum, ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas, sine alicujus persone contradicto vel impedimento. Nos enim promittimus<sup>d</sup> in fide nostra quod hanc presentem donationem faciemus vos et vestris et quoscumque volueritis habere, tenere et quiete possidere perpetuo contra quamlibet personam vel personas ibidem aliquid postulantem vel postulantes. Nos vero renunciamus sponte omni juri, divino et humano, introducto vel introducturo, quo hec presens donatio posset aliquatenus revocari. Datum apud Perpinianum, idibus decembris, per manum magistri Johannis, notarii nostri, mandato nostro, et ipsius scripto a Bernardo de Bono anno, anno Christi M° CCXXXIII.

Signum (SM) Nunonis Sancii.

Testes hujus rey sunt: (*1a columna*) Olivarius de Termino, Raymundus de Castro Rossellionis, (*2a columna*) Fferrandus de *Narvax*, Guilelmus de Portella, Raymundus de Telleto, (*3a columna*) Fferrandus de Podio, Raymundus *Cadel*, Ff(errarius) *Salcet*.

Signum (SM) Bernardi de Bono anno, qui mandato domini Nunonis et vice magistri Johannis, notarii sui, hoc scripsit et sigillum aposuit loco, die et anno prefixis.

a. cotidie B.    b. auementis B.    c. hedificiis B.    d. promitimus B.

### 331

1233, 30 de desembre

*Guillem Pelegrí de Malloles ven a Ponç de na Lis, fill del difunt Ponç de na Lis d'Orla, un camp que té a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat els Estanyols. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 65 sous melgoresos. Jaume Pelegrí, sagristà de Malloles i germà de Guillem, cedeix a Ponç de na Lis tots els drets i recursos que pot tenir sobre aquest camp. Els dos germans li cedeixen igualment tota la collita de l'any present.*

A    Original, pergamí, amplada 320 mm, alçada 100/110 mm, ADPO, G805.<sup>254</sup>

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Pelegrini de Malleolis, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta inperpetuum valitura vendo, laudo et firmiter concedo atque in presenti irrevocabiliter trado tibi, Poncio *de na Liss*, filio Poncii *de na Liss* de Orulo quondam, et tuis, et cui dare, dimitere,<sup>a</sup> inpingnare et alienare quoquomodo volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, unum campum meum, quem habeo et habere debeo in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagneolum, et affrontat ab oriente, a meridie, ab occidente et ab aquilone in tenedone tui dicti Poncii *de na Liss*. Sicut in his prenomminatis IIII<sup>or</sup> affrontacionibus includitur, sic vendo, laudo et concedo tibi, dicto Poncio *de na Liss*, et tuis, et cui volueris, totum predictum campum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, et modo in presenti te

<sup>254</sup>. El document porta al dors un regest del segle xv en català: «Carta d'en Ponç d'en Alis d'Orla d'un camp a franch alou. Malloles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2103».

in rem tuam procuratorem constituo. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facio tibi et tuis precio LXV solidorum malguriensium, de quibus per pacatum me teneo, renuncians exceptioni pecunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justii precii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec vendicio modo plus valet predicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia, tibi et tuis gratis inter vivos dono et laudo ad omnes tuas voluntates faciendas per liberum et franchum alodium. Promito<sup>b</sup> etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem me et meos semper tibi et tuis de predicta vendicione fore legitimos auctores et defensores<sup>c</sup> ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona nostra, mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque. Nam in presenti de toto predicto campo me et meos denudo, et te et tuos et quos volueris prorsus investio, ad omnes tuas voluntates faciendas. Et ego Jacobus Peregrini, sacrista de Malleolis, frater dicti Guilelmi Pelegrini, per me et per omnes meos presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura valitura solvo, difinio<sup>d</sup> et penitus derelinquo tibi, dicto Poncio *de na Liss*, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, omne juss<sup>e</sup> vel vinculum sive returnum, si quod habeo vel habere aliquo modo debeo in dicto campo. Et quod contra hanc vendicionem nunquam nos ambo veniamus, vel veniri faciamus, per nos vel per aliquam interpositam personam bona fide per stipulationem promittimus.<sup>f</sup> Et totum expletum istius presentis anni tibi et tuis solvimus et difinimus.<sup>g</sup> Actum est hoc III kalendas januarii, anno Domini MCCXXXIII. Sig+num Guilelmi Pelegrini de Malleolis predicti, qui hoc totum laudo et firmo firmarique rogo. Sig+num Jacobi Peregrini, sacriste de Malleolis, fratris dicti Guilelmi Pelegrini, qui hoc totum laudo, firmo. Sig+++na Arnaldi Jausberti de Orulo, et Johannis Amalrici, et Guilelmi Homini Dei de Palacio, testium. Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus predictus, hec scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* dimittere.    b. *Sic A per* promitto.    c. *Sic A per* defensores.  
d. *Sic A per* diffinio.    e. *Sic A per* jus.    f. *Sic A per* promittimus.    g. *Sic A per* diffinimus.



## 332

1234, 7 de maig

*Pere Beneset i Guillem Solà de Rià restitueixen a la casa de la milícia del Temple del Masdèu, a fra Esteve, sotscomanador, i als altres frares d'aquesta casa tota la masada, amb les seves dependències i tinences, que fou abans de Pere Guerau de Nils. Aquesta masada, situada a la vila i terme de Nils, els havia estat donada en acapte per fra Pere de Malon, comanador del Masdèu. Reconeixen haver recuperat els diners que havien donat per aquest acapte. Reconeixen igualment haver restituit als templers el contracte d'acapte estès per Pere, clergue i escrivà de Trullars, sota l'autoritat de fra Rosselló, aleshores sotscomanador del Masdèu.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 197r-v, acta núm. 344.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 155-156, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Benedictus, et Guilelmus *Solan* de Arriano, per nos et nostros, presentes et futuros, bona fide et sine omni enganno solvimus imperpetuum et diffinimus domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et fratribus ejusdem, presentibus atque futuris, et vobis, fratri Stephano, subpreceptori ejusdem, omnem illam mansatam cum suis pertinentiis et tenedonibus, que<sup>a</sup> fuit condam Petri Geraldii de Anilis. Quem mansatam est in villa seu terminis de Anilis, quam nobis dederat condam ad accapitum dominus frater Petrus de Malon,<sup>b</sup> preceptor Mansi Dei. Et profitemur in veritate pro hac diffinitione recuperasse denarios illos quos dederamus condam per accapitum predicti honoris et mansate. Et profitemur vobis et domui predictae cartam accapitis reddidisse que continebatur per manum Petri, clerici et scriptoris in villa de Trullariis, mandato fratris Rossillionis tunc temporis subpreceptoris domus Mansi Dei. Unde promittimus<sup>c</sup> vobis, fratri Stephano, subpreceptori predicto, et fratribus ejusdem domus, quod nunquam decetero nos vel nostri in dicta mansata aliquid vel totum petere sive requirere possimus aliquo modo vel jure, set omnino imperpetuum cum hac presenti pagina solvimus et diffinimus. Actum est hoc nonas madii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>. Sig++na Petri Benedicti et Guilelmi *Solan* de Arriano, qui hoc firmamus et laudamus. Sig+++na Simonis, presbiteri, et Bernardi, presbiteri, et Raymundi Cogastroni, testium.

Ego Guilelmus, sacerdos, publicus scriptor, qui hoc scripsi et meum sig-(SM)-num feci die et anno quo supra, cum litteris<sup>d</sup> rasis et emendatis in linea II<sup>a</sup>.

a. qui *B*.    b. Nalon *B*.    c. promitimus *B*.    d. literis *B*.

### 333

1234, 31 de maig

*Guillem de Vilaclara i el seu germà Ramon venen a fra Esteve, sotscomanador del Masdén, a fra Pere de Paretstortes, comanador del castrum de Palau [del Vidre], i a tots els frares de la milícia del Temple un camp que tenen a la parròquia de Santa Maria de Palau, al camí de Sant Martí. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 300 sous melgoresos.*

*B*    Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 127r-v, acta núm. 204.

*C*    Còpia del començament del segle XX, ALBON, Cart. gén., nouv. acq. lat. 31, ff. 343-347, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Villa clara et ego Raymundus, frater ejus, nos duo insimul, bona fide et sine fraude, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, cum hac carta publica omni tempore valitura vendimus in presenti, sine aliquo retentu, vobis, fratri Stephano, subpreceptori Mansi Dei, et vobis, fratri Petro de Parietibus tortis, preceptori castrum de Palacio, et omnibus fratribus milicie Templi, tam presentibus quam futuris, et cui vel quibus dare, dimittere,<sup>a</sup> vendere aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras et vestrorum successorum perpetuo faciendas, totum unum campum nostrum, quem habemus et tenemus in terminis Sancte Marie de Palacio, ad viam Sancti Martini, pro francho alodio et libero; et affrontat oriente et aquilone in campo Bernardi Amblardi condam, a meridie in campo Bernardi Poncii, occidente in via publica. Sicut in istis IIII<sup>or</sup> affrontacionibus includitur, sic vendimus totum campum predictum pro franquo alodio et libero, generaliter ac specialiter, vobis, fratri Stephano, subpreceptori Mansi Dei, et vobis, fratri Petro predicto, preceptori castrum de Palacio, et omnibus successoribus vestris, et cui vel quibus volueritis, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum successorum dici vel intelligi potest, pro CCC solidis malguriensium bonorum, de

quibus sumus bene paccati in utilitatem nostram maximam, ita quod, ex certa sciencia, excepcioni non numerate peccunie consulte renunciamus. Et promittimus<sup>b</sup> vobis et vestris successoribus, bona fide et per firmam stipulacionem, quod in hoc vos nec vestros successores non engannemus nec decipi ullo modo permittemus,<sup>c</sup> set totum vobis et vestris successoribus tenere et possidere faciemus in pace, sine aliquo contradicto, perpetuo, renunciantes expresse omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quod contra hoc in aliquo vel in toto venire poterimus, in iudicio vel extra iudicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam. Et nullum jus nec dominium sive potestatem in dicto campo nobis vel nostris retinemus, set totum de jure nostro et dominio ac potestate in jus vestrum ac dominium ac potestatem irrevocabiliter transferimus, et ex toto nos denudamus et vos ac vestros successores prorsus investimus, et in corporalem et vacuam possessionem vos mittimus,<sup>d</sup> constituentes vos procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in accipiendo, cedendo vobis et vestris successoribus omnes actiones, petitiones, excepciones, oppositiones, voces et jura et quicquid nos habemus vel habere debemus in dicto campo, promittentes<sup>e</sup> quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus valeat vobis nec vestris hec predicta vendicio, vel infringi possit; quod si forte fecimus, vel decetero faceremus, pro infecto habeatur, et nullas vires prorsus habeat. Et promittimus<sup>b</sup> nos teneri de omni evictione racione nostri facta, ante litem contestatam vel post, unde obligamus vobis et successoribus vestris omnia bona nostra, vita et morte, ubique, diffinientes ex gracia totum hoc quod dicta vendicio plus hoc precio modo valet vel valebit. Et quod omnia singula supradicta attendamus et contra non veniamus, unusquisque nostrum juramus corporaliter per Deum et hec sancta IIII<sup>or</sup> Evangelia, quod sacramentum, cum nostris propriis<sup>f</sup> manibus sponte fecimus. Et est manifestum. Actum est hoc II<sup>e</sup> kalendas junii, anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>, Lodayco regnante rege in Francia. Sig++na Guilelmi de Villa clara, et Raymundi, fratris ejus, predictorum, qui hoc totum fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig++++na Arnaldi Andree, et Petri Jacobi, et Guilelmi Petri, et Deuslosalvi, et Guiraudi, omnium de Palacio testium.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit, cum litteris<sup>g</sup> fideliter rasis et emendatis in XX<sup>a</sup> II<sup>a</sup> linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitere *B.*    b. promitimus *B.*    c. permitemus *B.*    d. mitimus *B.*    e. promitentes *B.*    f. proprii *B.*    g. literis *B.*

## 334

1234, 30 de juny

*Berenguer de Guàrdia confirma a fra Esteve, sotscomanador del Masdèu, a fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i a tot el convent del Masdèu tot el camp que Deulosal, fill del difunt Ponç Ramon de Bages, la seva germana Mascarosa i llur mare Berenguera havien venut a fra Guillem Folc, comanador del Masdèu,<sup>255</sup> al terme de Sant Andreu de Bages, al lloc anomenat Puig Tallat, pel preu de 60 sous melgoresos. Berenguer precisa que l'acta d'aquesta venda, escrita per Andreu, prevere i escrivà públic, porta la confirmació de Berenguera de Sobreporta, la seva esposa. Per aquesta confirmació, reconeix haver rebut 10 sous melgoresos.*

- B* Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 167v-168, acta núm. 281.  
*C* Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 522-523, segons *B.*  
*D* Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 203-205, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Gardia, per me et per omnes meos presentes atque futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura laudo et confirmo firmiterque concedo domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Stephano, subpreceptori domus milicie Templi Mansi Dei, et fratri Caboto, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et omni conventui domus Mansi Dei et cui vel quibus volueritis, totum illum campum quem Deus lo Salvius, filius Poncii Raymundi de Bagis quondam, et Mascarosa, soror ejus, et Berengaria, eorum mater atque uxor dicti Poncii Raymundi, vendiderunt domino Deo et domui milicie Templi et fratri Guilelmo Fulchi, preceptori domus Mansi Dei, in termino Sancti Andree de Bagis, in loco dicto ad Podium taliatum, per liberum et franchum alodium pro LX solidis malguriensium, sicut melius et plenius continetur in instrumento inde facto per manum Andree presbiteri, publici scriptoris, quod cum hoc pre-

<sup>255</sup>. Guillem Folc, comanador del Masdèu: atestat del desembre de 1225 a l'agost de 1230.



senti vobis et successoribus vestris laudo et confirmo. In quo etiam instrumento domina Berengaria de Super porta, uxor mea, laudavit et confirmavit fratri Guilelmo Fulchi et fratribus Mansi Dei totum predictum campum per liberum et franchum alodium imperpetuum, sine ullo retentu. Sicut superius dictum est, ita laudo et confirmo imperpetuum vobis predictis fratri Stephano, subpreceptori, et fratri Caboto et omnibus fratribus Mansi Dei et cui volueritis totum predictum campum per liberum et franchum alodium, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus. Et profiteor et recognosco quod [pro]<sup>a</sup> predicta laudatione et confirmatione habui et accepi a vobis X solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum<sup>b</sup> me teneo, renunciando exceptioni pecunie<sup>c</sup> non numerate. Actum est hoc II<sup>e</sup> kalendas julii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>. Sig+num Berengarii de Guardia predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi de Mutacionibus, et Guilelmi Raymundi de Mirapice, et Petri Fabri, testium rogatorum.

Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. pro omès B.    b. paccatum B.    c. peccunie B.

### 335

1234, 29 de juliol

*Arnau Beneset rep en feu de fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, i dels altres frares d'aquesta casa tots els béns, drets, honors i possessions, homes i dones, masos, masades i bordes que foren del difunt Bernat de Nils, cavaller i vassall de Guillem de Montesquiu, del qual la casa del Masdéu va adquirir la vila de Nils. Promet que per aquest feu, en lloc de l'alberga que Bernat de Nils havia de fer a Guillem de Montesquiu, els donarà 9 sous melgoresos cada any, en l'interval comprès entre Nadal i Quaresma. I per aquest feu serà fidel vassall del Masdéu i de tots els frares d'aquesta casa, i els defensarà i protegirà com cal. Arnau Beneset presta homenatge a fra Pere de Malon posant les mans juntes entre les seves i besant el senyal de la Santa Creu; i els seus successors faran igual amb els successors del comanador. Fra Pere de Malon, fra Esteve,*

sotscomanador, fra Cabot, procurador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Ramon Fabra, amb el consentiment dels altres frares del Masdeu, investeixen Arnau Beneset de tot el feu que pertanyia a Bernat de Nils, excepte els drets sobre els tamarius del riu de Nils i una tinença situada al seu casal de Nils, prop de la porta de la vila, que Arnau deia que era de la seva tinença i que aquest cedeix als templers. Es comprometen a no reclamar-li més de 9 sous per l'alberga i renuncien, per tant, a la sentència en la qual està estipulat que ha de fer l'alberga a dotze comensals i deu muntures. Els templers li cedeixen 2 sous de cens que havien de rebre sobre el seu mas per raó de la donació de Bernat de Nils i estripen en la seva presència les actes que estableixen aquest dret. Els frares renuncien al reemborsament de les costes, que els havien estat adjudicades pel jutge Marquès i altres prohoms de Perpinyà, sota l'autoritat de Ferran de Norvaix,<sup>256</sup> consecutivament al plet que els havia enfrontat a Arnau, en presència de qual estripen l'acta que porta aquesta sentència. Renuncien finalment a totes les altres diligències judicials que havien entaulat en contra seu fins a aquest dia. Arnau Beneset els dona, a canvi del cens de 2 sous, la dominació de les possessions, una situada a Tor i l'altra al Clot de Cirà. Renuncia igualment a totes les diligències judicials que havia entaulat en contra de la casa del Temple.

A Original perdut.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 181v-182, acta núm. 310, segons A.

C Còpia del segle XVI, paper, ADPO, Hp186, segons A.<sup>257</sup>

D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 519-522, segons B.

E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 157-162, segons B.

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus Benedictus, per me et per omnes successores meos, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, sed<sup>a</sup> bona fide, cum hac presenti publica scriptura

256. Ferran de Norvaix és mencionat com a veguer del Rosselló els anys 1209-1210 i el 1229.

257. «Hoc est exemplum sive translatum bene et fideliter sumptum et exemplatum in oppido Perpiniani a quodam publico instrumento in pergameno scripto, non viciato, non cancellato nec in aliqua sui parte suspecto ut prima facie apparebat, cujus series est hujusmodi: [Segueix la transcripció de l'acta del 29 de juliol de 1234].» Al verso hi ha la còpia d'un acord, datat el 2 de maig de 1282, entre Guillem, vescomte de Castellnou, i Arnau de Sant Marçal a propòsit de les justícies del lloc de Bellpuig.

imperpetuum valitura accipio in feudum pro domino Deo et domo milicie Templi Mansi Dei et pro vobis, domino fratre<sup>b</sup> Petro de *Malon*, comendatore domus Mansi Dei, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, omnia bona et jura et dominia et honores et possessiones et homines et feminas, mansos et mansatas et bordas, quecumque fuerint<sup>c</sup> aliquo modo Bernardi de *Agnils* militis condam<sup>d</sup> et vassalli Guilelmi de Monte Esquivo,<sup>e</sup> cujus locum domus Mansi Dei tenet in villa de *Agnils* et in ejus terminis. Et promitto<sup>f</sup> vobis quod pro dicto feudo loco unius alberge,<sup>g</sup> quam Bernardus de *Agnils* predictus debebat facere dicto Guilelmo de Monte Esquivo,<sup>h</sup> dabo singulis annis inter festum Natalis Domini et Carniprivium in hoc intermedio VIII solidos malgurienses vel<sup>i</sup> bone monete IIII<sup>or</sup> denariorum. Et ero pro dicto feudo fidelis homo et vassallus domus Mansi Dei et preceptoris et omnium fratrum ejusdem domus. Et promitto<sup>f</sup> vobis quod fratres et omnia bona milicie Templi deffendam et custodiam ubique, sicut bonus homo et fidelis vassallus debet deffendere et custodire dominum suum et sua bona. Et sub fide fidelitatis facio me hominem domus milicie Templi in manu vestri preceptoris prefati, junctis meis manibus inter vestras, osculando<sup>j</sup> signum sancte Crucis; et hoc idem faciant successores mei vobis et successoribus vestris. Et nos, frater Petrus de *Malon*, comendator domus Mansi Dei, et frater Stephanus, subpreceptor Mansi Dei, et frater Cabotus, procurator domus milicie Templi Perpiniiani, et frater Raymundus Faber, cum<sup>k</sup> consilio et voluntate ac laudamento fratrum domus Mansi Dei, damus et concedimus tibi, dicto Arnaldo Benedicto et successoribus tuis in perpetuum<sup>l</sup> in feudum sub predicta forma omnia bona et jura et dominia, homines et feminas, mansos et mansatas et bordas et generaliter omnia alia quecumque pertinebant ad dictum Bernardum de *Agnils*, cujus locum tu tenes, in omni adjacentia Sancte Marie de *Agnils*, cujus feudi possessionis et quasi te, dictum Arnaldum Benedictum, et tuos sub predicta forma mittimus<sup>m</sup> et investimus, exceptis illis tamarigarii<sup>n</sup> et quadam tenedone que est in sala tua de *Agnils* prope portam que tu dicebas esse de tua<sup>o</sup> tenedone, que nobis diffinis et solvis. Et nos occasione illius albergue amplius non petemus a te nisi dictos VIII solidos, nec etiam illius sentencie in qua continetur<sup>p</sup> quod pro dictis omnibus faceres albergam<sup>q</sup> XII comestoribus et X equitaturis,<sup>r</sup> quia loco illorum XII comestorum et X equitaturarum recipimus singulis annis dictos VIII solidos dicto termino. Et solvimus et diffinimus tibi, dicto Arnaldo Benedicto, et tuis II solidos de cen-

su, quos debebamus accipere pro donacione Bernardi de *Agnils* in suo manso et frangimus coram presencia tua instrumentum quod inde habebamus. Et accepimus<sup>s</sup> pro excambio et pro emenda dicti census dominationes infra scriptarum possessionum. Et solvimus et diffinimus tibi omnes expensas quas fecimus in causa quam tecum habebamus, que fuerunt nobis adjudicate in posse Ferrandi de *Norvaix* per Marchesium iudicem et per alios probos homines ville Perpiniani. Et coram presencia tua frangimus instrumentum iudicii illarum expensarum.<sup>t</sup> Et preterea solvimus et diffinimus tibi omnes alias querimonias, quas usque in hodiernum diem a te habebamus. Et ego dictus Arnaldus Benedictus, solvo et diffinio domui Mansi Dei et vobis predictis preceptori et aliis fratribus<sup>u</sup> et successoribus vestris quicquid juris in tamarigariis de riparia<sup>v</sup> de *Agnils* et in predicta tenedone, que est in sala predicta, dictus Bernardus de *Agnils* vel ego vel<sup>w</sup> antecessores nostri habebamus. Et preterea dono vobis et vestris successoribus dominationes<sup>x</sup> infrascriptarum possessionum pro emenda et excambio dicti census per<sup>y</sup> liberum et franchum alodium. Quarum una est ad *Tor* et alia ad *Clotum*<sup>z</sup> de Cirano. Et solvo et diffinio domui Mansi Dei et vobis et successoribus vestris omnes querimonias quas usque in hodiernum diem de vobis et de domo Mansi Dei habebam. Actum est hoc IIII<sup>o</sup> kalendas augusti, anno Domini M<sup>oaa</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>. Sig+num Arnaldi Benedicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++++na fratris Petri de *Malon*, comendatoris, et fratris Stephani, subpreceptoris, et fratris Caboti et fratris Raymundi Fabri predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig++++++na Arnaldi de Sancto Johanne,<sup>ab</sup> Arnaldi Camoti,<sup>ac</sup> et Guilelmi de Sancto Martino,<sup>ad</sup> et Petri Garriga,<sup>ae</sup> et Bernardi de Ecclesia, et Petri *Sabors*, et Petri de Ferralibus, testium. Raymundus *Carles* scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. set B. b. ffratre C. c. queque sunt C. d. quondam C. e. Guillermi de Montesquivo C. f. promito B. g. albergue C. h. Guillermo de Montesquivo C. i. vel *omès* C. j. hosculando C. k. de C. l. imperpetuum C. m. mitimus B. n. tamarigueriis C. o. sua C. p. continebatur C. q. alberguem C. r. equitaturas C. s. accipimus C. t. expelarum C. u. fratribus aliis C. v. tamarigueriis de riparia C. w. dicti Bernardi de *Agnils*, et ego et C. x. donaciones C. y. pro C. z. Clot C. aa. millesimo C. ab. Joanne C. ac. Camoti *omès* C. ad. Guillermi de Sancto Martinen C. ae. Guarrigua C.